Tertio supponitur, quòd propositio primæ intentionaliter capta est triplex, scilicet mentalis, vocalis, & scripta. Vnde propositio mentalis est conceptus complexus quo cognoscitur aliquod complexum complexe: siue talis conceptus dicatur complexus solum æquiualenter, vt dicunt aliqui scilicet, quòd idem conceptus, quo mediante intelligo hominẽ esse animal, sit vnus actus intelligendi simplex: & dicitur ideo complexus: quia æquiualet duobus conceptibus, puta conceptui hominis & cõceptui animalis cum vno actu syncathegorematico, puta ipsius copulæ: siue talis conceptus sit formaliter compositus ex pluribus conceptibus, & vno actu, seu termino mentali syncathegorematico, qui dicitur actus & non conceptus: quia non significat aliquid, neq; aliqua: vt conceptus quo cognoscitur Petrum currere, dicitur propositio mentalis. Et per conceptum in proposito intelligimus proprie actum intellectus, significantem naturaliter rem, vel res: vt homo, homines: & est duplex, scilicet vltimata & non vltimata: sicut est duplex terminus mentalis, scilicet vltimatus, & non vltimatus. C

De hac materia vide latius li. 1. peri. ca. vlt. dub. 1.

B

Supponitur quarto, quòd notitia seu cõceptus complexus est duplex, scilicet apprehensiua, & adhæsiua. Apprehensiua est, qua simpliciter apprehenditur aliquod complexum: & talis proprie dicitur propositio mentalis. Sed adhæsiua seu iudicatiua dicitur, qua iudicatur ita esse, vel non esse: & talis proprie non dicitur propositio mentatis.

Notitia cõplexa duplex.

SECVNDO sciendum, q̃ pro maiori declaratione supponitur. Primo quòd mediante propositione res mentales concipiuntur in ordine adinuicem: non tamen, quòd ex ipsis fiat aliqua propositio, quæ dicatur propositio realis, quam aliqui ponunt: quia nulla talis est ponenda. Et si dicatur, res subiiciuntur, & prædicantur: igitur ex ipsis fiet propositio. Dicitur quòd non subiiciuntur, neque prædicantur, nisi ad istum sensum, id est concipiuntur adinuicem mediante propositione mentali. Art. 2. D

Non datur propositio realiter.

Secundo supponitur, q̃ significare uerum, est de significatione totali, & propositionali significare esse, quod est: uel fore quod erit: uel fuisse, quod fuit: & hoc in affirmatiuis. Sed in negatiuis est significare, nõ esse quod non est: uel fore quod non erit: uel non fuisse quod non fuit. Significare falsum, est de significatione totali, & propositionali significare esse quod non est: uel fore quod non erit: uel fuisse quod non fuit, per contrarium dicatur in negatiuis.

E Ex quo sequuntur aliqua. Primo, ꝙ licet isti termini: verum & falsum, significent verũ, vel falsum: nõ tamen sunt propositiones: quia nõ significãt significatione propositionali. i. non significant sicut vna propositio: sicut ista, homo est animal: sed tantum vt aliqui termini ad formaliter significandum veritatem, aut falsitatem.

Gregorius de Ari. in prol. q. 1. aliter sentit.

Sequitur secundo, quòd licet aliquid significetur per propositionem: illud tamen proprie non dicitur verum, & falsum. Et quando dicitur: propositio significat verum: ergo significatum propositionis, seu cõplexe significabile dicitur verum, vel falsum. Respõdetur, negando cõsequentiam: quia non dicitur significare verum, eo ꝙ significatũ sit verum: sed quia significat veræ, vel falsæ: vel ita

F esse sicut est: vel nõ esse, sicut non est.

Art. 2. Tertiò sciendum, quòd propositio prima sui diuisione diuiditur in propositionem categoricam, & hypotethicam. Vnde propositio categorica est illa quæ explicite, vel implicite, formaliter, vel æquiualenter habet subiectum, & prædicatum, & copulam, tanquàm principales partes sui. Et ponitur explicite, vel implicite: propter propositiones de verbis adiectiuis in quibus includitur copula, & etiam propter aliquas propositiones de est, secundo adiacente, in quibus includitur prædicatum materiale: vt dicendo, Petrus est: ergo Petrus est ens, capiendo ens participaliter: & ponitur formaliter, vel æquiualenter propter verba exemptæ actionis: vt pluit, tonat: etiam propter verba impersonalia passiuè vocis, vt legitur, quæ omnia sunt propositiones: quia æquiualent propositionibus, cum subordinentur conceptibus complexis: etiã si à, imponeretur ad significandum tantum quantum, animal currit: tunc a, esset ꝓpositio: quia licet in omnibus istis non ponatur subiectum, copula, & prædicatum formaliter: tamen bene æquiualenter. Supponitur vlterius, quòd propositio cathegorica est duplex. s. de est, secundo adiacente, & de est, tertio adiacente. Vnde propositio de est, secundo adiacente est illa, in qua non ponitur aliud prædicatum materiale à suo participio, vt Petrus est: ideſt Petrus est ens: & non dicitur de secundo adiacente eo, quòd istud verbum est, ponatur in secundo loco: sed quia

G

præter ipsum non ponitur aliud prædicatum materiale à suo participio.

H

Sco. in 1. dist. 2. q. 2. in fine solutionis propriæ.

Sed propositio de est tertio adiacente, est illa, in qua præter illud verbum est, ponitur aliquod prædicatum materiale, aliud à suo participio: siue ponatur ante copulam: sicut in propositionibus de modo loquendi inconsueto: vt homo animal est. Et dicitur de est tertio adiacente: eo quod præter istud verbum, est, & suum participium ponitur aliquod prædicatum materiale.

ARGVITVR primo sic: Quod libet diffinitum debet esse aliquid vnum, sed propositio non est aliquid vnum per se, cum sit aggregatum ex terminis. Non valet dicere, quòd propositio pro per se significato est aliquid vnum: quia illa intentio secunda non est aliquid vnum:

cuius

A cuius fundamentum non est aliquid vnum: sed fundamentum propositionis non est aliquid vnum, cum sit tota propositio vocalis, mentalis, vel scripta. Secundo sic: Ista oratio, homo quiest animal, est propositio, cum includat propositionem, s. homo est animal: & tamen non significat verum, neque falsum: imo magis generat imperfectum sensum in animo auditoris. Tertio sic: Omnis propositio significat verum, vel falsum: sed non omnis significat verum: ergo omnis significat falsum. Consequentia probatur, quia arguendo à tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad propositionē alterius, est semper bona consequentia. Ad primum dicitur, quòd verum est de respectu reali, sed non de re-

B spectu rationis: quia relatio rationis potest fundari in quantuncunq; distinctis in re: vt relatio baptismi, quæ est rationis fundatur in ablutione passiua, & in verbis prolatis: sic & in proposito secunda intentio fundatur in subiecto, prædicato, & copula: cuiusmodi sunt secundæ intentiones. Ad secundum dicitur: quòd non est propriè propositio, cum secundum se totam non significet verum, neque falsum: licet bene includat propositionem. Ad tertium dicitur: quòd ista propositio, omnis propositio significat verum, vel falsum: potest esse disiunctiua, vel de disiuncto extremo? Si sit disiunctiua, est falsa, & tunc consequentia est bona: sed sicut antecedens est falsum: ita & consequens. Sed si ipsa sit de desiuncto extremo: tunc ipsa est vera: sed tunc non valet consequentia.

Sco. in 4. dist. 3. q. 1. ī princip.

C Subiectū & prædicatū propositionis quid.

Subiectum est illud, de quo aliud dicitur: scilicet prædicatum. Prædicatum est quod dicitur de alio, s. de subiecto.

Propositionum cathegoricarum, alia vniuersalis: alia particularis: alia indefinita: & alia singularis. Propositio vniuersalis est, illa in qua subiicitur terminus cōmunis signo vniuersali determinatus: vt oīs nis homo currit. Terminus cō munis est, qui aptus natus est prædicari de pluribus: vt homo de Sorte, & Platone. Signa vniuersalia sunt hæc oīs, nullus, quilibet, neuter, & similia.

Propositionis categoricę diuisio.

Signa vniuersalia aquæ.

D

SCIENDVM est primo, q̄ pro declaratione textus supponitur primo, q̄ diffinitio subiecti sic est intelligenda Subiectū est de quo explicite, vel implicite mediāte copula affirmata, vel negata dicitur prędicatū. Sed diffinitio prædicati, sic est intelligenda. Prædicatum est, quod explicite, vel implicite mediante copula affirmata, vel negata dicitur de alio: & ista intelligenda sunt de propositionibus de simplici copula.

Secundo supponitur, quòd duplex est subiectum, scilicet distributionis, & enunciationis. Vnde subiectum distributionis est terminus communis distributus positus à parte subiecti, vt cuiuslibet hominis oculus est dexter: ibi ly hominis, est subiectum distributionis. Sed subiectum

Subiectū duplex.

Enunciationis est illud, de quo principaliter dicitur prædicatum, scilicet oculus. Tertio supponitur, quòd de subiecto propositionis pronuntur aliquæ regulæ. Prima est, quando in aliqua propositione à parte subiecti ponitur aggregatum ex recto, & obliquo, siue rectus præcedat, siue non, tunc totum aggregatum ex recto, & obliquo est subiectum: vt asinus hominis currit, ibi totum hoc, asinus hominis est subiectum: quemadmodum ibi de quolibet ente cuiuslibet contradictionis altera pars est vera, & altera falsa: vbi in subiecto est duplex distributio, & sub qualibet distributione licet descendere, in qua etiam propositione hoc totum, de quolibet ente cuiuslibet contradictionis est subiectum. Secunda regula est, quando à parte subiecti ponitur substantiuum, & adiectiuum, tunc aggregatum ex illis est subiectum, vt homo albus currit, ibi totum hoc, homo albus est subiectum. Tertia regula est, quando à parte subiecti ponitur, qui, vel quæ, vel quod, tunc totum præcedens verbum est subiectum, vt sortes qui est bonus studet: totum hoc sortes qui est bonus, est subiectum. Quarta regula est, quando à parte subiecti ponitur solus obliquus, vt hic, in fornace est panis: tunc ille solus obliquus non est subiectum, sed debet intelligi aliquis rectus, scilicet ens. Quarto supponitur, quòd pro prædicato ponitur talis regula, quando post copulam ponitur solus obliquus, tunc non est prædicatum, sed intelligitur ens, vt lapis est in mari, ideſt lapis est ens in mari, & sic de aliis.

Regulæ de subiecto propositionis.

Sco. in 2 lo. q. 1. respõdẽdo ad tertiã rationẽ philosophorũ.

Regula pro prædicato pro positionis.

SECVNDO sciendum, quòd pro declaratione textus supponitur. Primo, quòd propositio cathegorica de simplici subiecto diuiditur in vniuersalem, particularem, indefinitam, & singularem, & est talis diuisio penes quantitatem capiendo quantitatem metaphorice, pro proprietate propositionis, per quam denotatur subiectum sic vel sic accipi. Secundo supponitur, quòd duplex est propositio cathegorica, quædam est de simplici subiecto, vt homo currit: alia de subiecto composito seu mixto, vt cuiuslibet hominis oculus est dexter. Vnde ibi diuiditur propositio cathegorica de subiecto simplici, & non composito, nam aliter essent multæ propositiones, quæ non essent alicuius quantitatis: sicut ista, cuiuslibet hominis oculus est dexter, quæ neque est vniuersalis, neque particularis, sed est mixtæ quantitatis, scilicet vniuersalis, & indefinita. Tertio supponitur, quòd diffinitio propositionis vniuersalis sic est intelligenda: est in qua explicite, vel implicite, formaliter, vel æquiualenter subiicitur terminus cõmunis signo vniuersali non impedito determinatus vel ab aliquo supplente. Et ponitur implicite, propter tales propositiones, nihil est in ponto, quilibet currit, in quibus explicite non subiicitur terminus communis, sed solum implicite. Dicitur æquiualenter, nam si a, imponeretur ad significandum tantum quantum omnis homo currit, tũc a, esset

Art. 2.

Propositio cathegorica multiplex.

Art. 3.

Sco. in 1. di. 4. q. 1. in prin. respõ. ad quæstio.

A esset propositio vniuersalis, & tamen formaliter non haberet terminum cõmunem determinatum signo vniuersali, sed solum æquiualenter. Dicitur notanter non impedito, propter istas propositiones, non omnis homo currit, nonnullus homo currit, quæ sunt particulares, quia ibi signum impeditur. Dicitur notanter ab aliquo supplente, vel æquiualente, propter istas propositiones, non homo currit, non quidam homo currit, quæ sunt vniuersales, quamuis non ponatur signum vniuersale, quia ponitur aliquod æquiualens.

Art. 2. Propositio cathegorica multiplex.

Art. 3. TERTIO sciendum, quòd diffinitio termini communis sic est intelligenda, est qui ex modo suæ impositionis, vel significationis naturalis natus est prædicari directe de pluribus, essentialiter distinctis vere, affirmatiue, vniuoce, & diuisim, mediante copula non ampliata. Et dicitur notanter ex modo suæ impositionis propter istus terminos, Deus, Sol, Luna, quibus non repugnat ex modo suæ impositionis prædicari de pluribus. Dicitur notanter, vel significationis naturalis, propter terminos communes mentales, qui seipsis significant res naturaliter proprie. Dicitur notanter, natus propter terminos scriptos in libris, qui actu non prædicantur de pluribus. Dicitur notanter, essentialiter distinctis, propter istum terminum, hæc essentia diuina, quæ prædicatur de pluribus realiter distinctis, & tamen non est terminus communis sed singularis: quia cuilibet naturæ correspondet vnum singulare, vt deitati hic Deus, aut hæc essentia diuina. Dicitur notanter, vere affirmatiue, vniuoce, & diuisim, propter terminos singulares, qui possunt prædicari de pluribus falsè negatiue, æquiuoce, & coniunctim. Ex isto sequitur, quòd omne disiunctum ex aliquibus terminis disiunctis est terminus communis, sicut istud disiunctum, Petrus, vel Ioannes, asinus vel homo, quia quodlibet tale potest prædicari vere de pluribus. Ex quo sequitur, quòd differentia est inter disiunctum, & copulatum. Nam disiunctum est terminus communis, & copulatum saltem ex terminis singularibus est terminus singularis: vt istud copulatum, Petrus, & Ioannes. Dicitur notanter, mediante copula non ampliata, quia termini singulares mediante tali copula possunt prædicari de pluribus, vt sortes imaginatur esse Plato, & Petrus imaginatur esse Plato.

Sco. in 1. dist. 4. q. 1. in prin. respõ. ad quæstio.

ARGVITVR primo sic, Prædicatum nunquam dicitur de subiecto saltem vere, quia illa nunquàm est vera, subiectum est prædicatum, ergo diffinitio non est bona.

Secundo sic, Illa propositio, Petrus, vel homo currit, est cathegorica, & tamen non est vniuersalis, neque particularis, neque indefinita, neque singularis, ergo illa diuisio non est bona.

Tertio sic: Si terminus communis prædicaretur de pluribus: vel hoc esset in vna propositione, vel in pluribus: non in vna, cum in vna sit tan-

Etum vnum ſubiectum: nec in pluribus: quia quod ſemel dictum eſt, amplius reſumi non poteſt. Ad primum dicitur, quòd ſubiectum, & prædicatum poſſunt capi dupliciter. Vno modo ſecundæ intentionaliter: & ſic non prædicantur de ſeinuicem: quia hæc eſt falſa, ſecunda intentio ſubiecti eſt ſecunda intentio prædicati: niſi fortè in actu ſignato: &, vt vnum accipitur vt quid, & vnum vt modus, & tunc illa conceditur ſubiectum eſt prædicatum, capiendo ſubiectum vt quid, & prædicatum vt modus. De hoc vide in prologo prædicabilium in 3. nota. in ſol. quinti arg. & tunc ſenſus illius propoſitionis: ſubiectum eſt prædicatum, eſt iſte, terminus ſubiectum in iſta propoſitione, homo eſt ſubiectum habet habitudinem dicentis de altero, ſcilicet, quòd ſit prædicatum: & ſic prædicatum dicit modum illius termini ſubiecti: & ita communiter eſt in intentionibus logicalibus. Pro quo eſt notandum, aliquod accipere vt modum, eſt illud accipere, vt habitudinem alicuius, aut vt modum ſignificandi alicuius. Sed accipere aliquid, vt quid, eſt accipere aliquid vt aliquod obiectum cognitum in ſe: & per illam diſtinctionem clareſcit veritas illarũ propoſitionum, plurale eſt ſingulare: genus eſt ſpecies: ſingulare eſt vniuerſale. Alio modo capiuntur primæ intentionaliter: & ſic vnum bene prædicatur de alio: vt dicendo Petrus eſt homo. Ad ſecundum dicitur, quòd talis propoſitio eſt propriè indefinita: quia totum ſubiectum eſt terminus communis ſumptus ſine ſigno. Dicunt tamen aliqui, quòd eſt mixte quantitatis, puta ſimul ſingularis, & indefinita: & quòd ibi diuiditur propoſitio cathegorica de ſubiecto ſimplici, & nõ mixto. Ad tertium dicitur, quòd terminus communis prædicatur de pluribus in pluribus propoſitionibus: & licèt vnus terminus in ſe reſumi non poſsit, tamen bene in ſuo ſynonimo.

Sco. in 1. di. 2. q. 3. in reſpõ. ad argumenta. Varronis. idem ſup vniuerſalib. q. 8.

F G

Propoſitio particularis eſt illa, in qua ſubiicitur terminus cõmunis ſigno particulari determinatus: vt quidam homo currit. Signa particularia ſunt hæc: quidam, aliter, aliquis, & ſimilia. Propoſitio indefinita eſt illa, in qua ſubiicitur terminus cõmunis ſine ſigno: vt homo currit. Propoſitio ſingularis eſt illa, in qua ſubiicitur terminus diſcretus, vel terminus communis cum pronomine demõſtratiuo: vt ſortes currit, vel ille homo currit. Terminus ſingularis, vel diſcretus eſt, qui aptus natus eſt prædicari de vno ſolo: vt ſortes de ſeipſo.

Signa particularia quæ.

H

PRO declaratione textus ſuppo- Art. 2.
nitur primo, q̃ diffinitio propoſitionis particularis ſic eſt intelligenda: eſt in qua explicite, vel implicite formaliter, vel æquiualenter ſubiicitur terminus communis communiter tentus, ſigno particulari particulariter tento non impedito determinatus,

A terminatus, vel aliquo ſupplente. Vnde iſtæ particulæ ſatis poſſunt patere ex dictis in propoſitione vniuerſali. Secundo ſupponitur, quod duo ſunt gradus propoſitionum particularium. Primus eſt, in quo ponuntur propoſitiones in quibus ſubiecta ſupponunt determinate: vt quidam homo currit: ſecundus eſt, in quibus ſubiectum ſupponit confuſe tantum: vt a, homo currit, poſito, quòd ly a, ſit ſignum confuſiuum tantum. Tertio ſupponitur, quòd ſignum particulare eſt, quod denotat terminum, cui additur, accipi pro omnibus ſuis ſuppoſitis diſiunctiuè. Et ſunt duplicia: quædam ſunt pure ſyncathegorematica: vt quidam, aliquis: alia ſunt partim cathegorematica, & partim ſyncathegorematica:

Gradus propoſitionum duo.

Signum particulare qd.

B vt aliquid, aliquotiens, aliquando. Quarto ſupponitur, quòd ad hoc, quòd aliqua propoſitio dicatur particularis, aliquæ conditiones requiruntur. Prima, quòd terminus communis ponatur à parte ſubiecti: ideo illa non eſt particularis, ſortes eſt aliquis homo. Secunda: quòd tale ſignum teneatur particulariter, ideo illa non eſt particularis, quidam eſt ſignum particulare. Tertia, quod tale ſignum non ponatur inter partes ſubiecti, ſed præponatur toti ſubiecto: ideo illa non eſt particularis: aſinus alicuius hominis currit.

Art. 2. SECVNDO ſciendum eſt, quòd diffinitio propoſitionis indefinitæ ſic eſt intelligenda: eſt propoſitio cathegorica in qua explicite, vel implicite, formaliter vel æquiualenter ſubiicitur terminus communis communiter tentus, vel ſingularis communiter tentus ſine ſigno quantitatiuo, & negatione negante non præcedente. Dicitur notanter explicite, vel implicite, propter illa verba pluit, tonat: quæ faciunt propoſitionem indefinitam, cum ſubordinentur propoſitionibus mentalibus indefinitis, vt iſta pluit, ſubordinatur iſti propoſitioni mentali, natura pluit. Dicitur notanter formaliter, vel æquiualenter, propter illam literam a, impoſitam ad ſignificandum tantum quantum homo currit, quæ eſſet propoſitio indefinita. Dicitur etiam terminus ſingularis communiter tentus: propter iſtas propoſitiones: ſortes eſt dictio biſyllaba: ſortes eſt nomen vocale: C in quibus licet ponatur terminus ſingularis, ſunt tamen indefinitæ: quia talis terminus tenetur communiter. Vnde terminus ſingularis dicitur teneri communiter, quando ſibi, vt ſic tento non repugnat ſupponere pro pluribus vniuoce, & diuiſim. Dicitur notanter ſine ſigno quantitatiuo, propter iſtas propoſitiones: ſolus homo currit: tantum homo currit: quæ ſunt indefinitæ: quia talia ſigna non ſunt quantitatiua, ideſt non variant quantitatem propoſitionis. Dicitur notanter, nulla negatione negante præcedente: quia ſi ponerctur negatio, eſſet vniuerſalis: vt iſta, non homo currit. Et dicitur notanter negante, quia negatio infinitans non variat quantitatem propoſitionis: vt iſta eſt indefinita, non homo currit: ſi ly non, ſit D

negatio

E negatio finitans. Sequitur ex iſtis, quod illæ ſunt indefinitæ, homo eſt ſpecies, animal eſt genus, cum ſubiectis earum nõ repugnet addi ſignum vniuerſale: vt dicendo, omnis homo eſt ſpecies, omne animal eſt genus, licet nõ maneant propoſitiones verę, quod tamen repugnet ſubiectis propoſitionum ſingularium. Sequitur ex hoc probabiliter, ꝙ duæ indefinitæ poſſunt eſſe vere contradictoriæ, vt animal eſt genus, animal non eſt genus, ſunt contradictoriæ, ſicut ille duæ indefinitæ, Deus genuit alium Deum, quæ eſt falſa, & Deus non genuit alium Deum, quæ eſt vera, & ſua contradictoria.

Sen. 1. a. 4. q. 1.

Art. 3. TERTIO ſciendum, ꝙ diffinitio propoſitionis ſingularis ſic eſt intelligenda, eſt illa, in qua explicite F vel implicite, formaliter, vel æquiualenter ſubiicitur terminus ſingularis ſingulariter tentus, vel terminus cõmunis cum pronomine primitiuæ ſpeciei determinante totũ ſubiectũ. Dicitur notanter, ſingulariter tentus, propter iſtas propoſitiones, ſortes eſt dictio biſyllaba, quæ eſt indefinita. Vnde terminus ſingularis dicitur teneri ſingulariter, quando ſibi vt ſic accepto repugnat ſupponere pro pluribus vniuoce, & diuiſim. Dicitur notanter, cum pronomine primitiuæ ſpeciei, quia ſi eſſet deriuatiue, tunc eſſet indefinita, vt meus equus currit: noſter homo venit. Dicitur notanter, determinante totum ſubiectum, quia ſi præciſe determinaret vnam partem, tunc nõ eſſet ſingularis, vt iſtius hominis oculus eſt dexter. Vnde pro maiori declaratione ſupponitur, quod terminus ſin G gularis eſt, cui ex modo ſuæ impoſitionis repugnat prædicari de pluribus eſſentialiter diſtinctis, diuiſim, vere, affirmatiue, & vniuoce, directe, mediante copula nõ ampliatiua. Dicitur notanter, ex modo ſuæ impoſitionis, propter illos terminos, mundus, Sol, Luna, quibus non repugnat prædicari de pluribus. Dicitur notanter, eſſentialiter diſtinctis, propter illum terminum hæc eſſentia, qui prædicatur de pluribus realiter diſtinctis. Dicitur notanter, diuiſim, propter illum terminum, iſti homines, qui prædicatur de pluribus copulatim. Dicitur notanter, verè, affirmatiuè & vniuoce: nam ille terminus ſortes bene prædicatur de pluribus falſe, negatiue, & æquiuoce.

ARGVITVR ſic primo. In iſta H propoſitione, homo vidés quendam aſinum currit, ſubiicitur terminus communis ſigno particulari determinatus, & tamen non eſt particularis ſed indefinita, ergo diffinitio propoſitionis particularis non eſt bona. Secundo ſic. In iſta propoſitione, homo eſt ſpecies, ſubiicitur terminus communis ſine ſigno quantitatiuo: & tamen non eſt indefinita, ergo diffinitio propoſitionis indefinitæ non eſt bona. Quòd non ſit indefinita patet, quia tunc duæ contradictoriæ eſſent ſimul veræ: nam illa propoſitio nullus homo eſt ſpecies, quæ eſſet eius contradictoria, eſt vera, & etiam illa, homo eſt ſpecies, igitur. Tertio ſic: In illa propoſitione, mei aſini intereſt currere, ſubiicitur terminus cõmunis mediante pronomine pri-

A ne primitiuæ ſpeciei, & tamen nõ eſt ſingularis, quia ſubiectum eius prędicatur de pluribus, puta de quolibet meo aſino, reſoluendo obliquum in rectum. Ad primum dicitur ꝙ oportet, ꝙ tale ſignũ particulare ponatur in principio ſubiecti, & quod determinet totũ ſubiectum. Ad ſecundũ dicitur, ꝙ illa propoſitio, homo eſt ſpecies, eſt indefinita, cum ſubiecto eius non repugnet addi ſignum vniuerſale. Et ad improbationẽ dicitur, ꝙ illa propoſitio, nullus homo eſt ſpecies, nõ eſt ſua cõtradictoria, cum termini eodem genere ſuppoſitionis

B non ſupponant, ſed eius contradictoria erit magis illa, homo non eſt ſpecies: neq; eſt inconueniens duas indefinitas, quarum ſubiecta ſupponunt ſimpliciter, eſſe cõtradictorias. Ad tertium dicitur, ꝙ ly mei, capitur dupliciter, ſcilicet primitiue & deriuatiue. Si deriuatiue, tunc ipſa eſt indefinita vel particularis, & eſt ſenſus, alicuius entis, quod eſt meus aſinus, intereſt currere. Si vero capiatur primitiue, hoc eſt dupliciter, nam ly mei, poteſt eſſe adiectiuum ad ly aſini, & tunc eſt ſenſus: mei qui ſum aſinus, intereſt currere, ideſt ego qui ſum aſinus curram, & tunc eſt ſingularis, vel ly mei regitur à genitiuo aſini ex vi poſſeſsionis, & tunc eſt ſenſus, aſini mei intereſt currere, & tunc eſt indefinita, ſicut illa, aſinus mei currit, aſinus hominis currit.

Propoſitionis categor. ſubdiuiſio.

Item propoſitionum categoricarum, alia eſt affirmatiua, alia negatiua. Affirmatiua eſt illa, in qua prædicatum affirmatur de ſubiecto: vt homo currit. Negatiua eſt illa, in qua prædicatum negatur de ſubiecto: vt homo non currit. Diuiſa propoſitione tripliciter. Sciendum eſt, quod triplex eſt quæſitiuum, per quod quærimus de ipſa propoſitione, ſcilicet quæ, qualis, & quanta. Quæ, quærit de ſubſtantia propoſitionis: ideo ad quæſtionem factam per quæ, reſpondendum eſt cathegorica, vel hypothetica. Qualis, quærit de qualitate propoſitionis: ideo ad quæſtionem factam per qualis, reſpondendum eſt affirmatiua, vel negatiua. Quanta, quærit de quantitate, ideo ad interrogationem factam per quanta, reſpondendum eſt, vniuerſalis, vel particularis, vel indefinita, vel ſingularis: vnde verſus. Quæ ca. vel hyp. qualis ne. vel af. quanta par. vel in. ſin.

C

D

Art. 1.

PRo declaratione textus ſupponitur primo, quòd tertia diuiſio propoſitionis, quæ eſt penes qualitatem propoſitionis, eſt in affirmatiuam, & negatiuam; quæ qualitas propoſitionis non eſt aliud quàm affirmatio, & negatio propoſitionis. Et aduerte, quòd ibi eſt diuiſio propoſitionis cathegoricæ, de ſimplici copula, ſicut iſta, homo eſt animal, & non de copula mixta,

E mixta, ſicut iſta: chimera eſt vel non eſt. Vnde ſupponitur ſecundo, quòd ſicut ſunt aliquæ propoſitiones mixtæ quantitatis, quæ ſimul ſunt vniuerſales, & particulares: ita ſunt aliquæ propoſitiones, quæ ſunt mixtæ qualitatis, & affirmatiue, & negatiue: vt iſta, chimera eſt vel, non eſt: & hoc tenendo q̃ ly vel coniungat inter terminos, ſicut de rigore logices facit. Ex quo ſequuntur aliqua correllaria. Primum, quòd non oportet omnes contrarias eſſe diuerſæ qualitatis ſupple in genere, ideſt vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam: Secundo ſequitur, quòd multæ ſunt propoſitiones cathegoricæ, quæ non ſunt affirmatiue, neque negatiue, ſed ſimul affirmatiue, & negatiue: cuiuſmodi eſt iſta: quodlibet eſt, vel non F eſt: quia qua ratione eſt affirmatiua, eadem ratione eſt, & negatiua. Sequitur tertio, quòd ſicut ſunt aliquæ propoſitiones, quæ ſunt de ſubiecto, vel prædicato diſiuncto, vel copulato, puta in quibus partes ſubiecti, vel prædicati coniunguntur per coniunctionem diſiunctiuam vel copulatiuam: ita ſunt aliquæ propoſitiones de copula diſiuncta, vel copulata: vt chimera eſt, vel non eſt.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, quòd propoſitio affirmatiua eſt, in qua explicite vel implicite enunciatur prædicatum de ſubiecto mediante copula principali, vel principaliori parte affirmata: vt homo eſt animal. Et dicitur notãter explicite, propter iſtas propoſitiones: Petrus currit, Petrus dormit: in quibus explicite ponitur copula & prædicatum. Dicitur etiam notanter implicitè, propter iſtam literam a, quæ ſi imponeretur ad ſignificandum tantum quantum homo currit, ſolum implicitè, & æquialenter haberet copulam, & prædicatum. Dicitur notanter mediante copula principali: ꝓpter ꝓpoſitiones, in quibus ponitur implicatio: in q̃bus ponitur copula principalis, & copula minus principalis: vt ſortes qui nõ currit diſputat: q̃ ſimpliciter eſt affirmatiua, cum principalis copula incluſa in ly diſputat, non negetur. Dicitur notãter, vel principaliori parte, propter propoſitiones modales, in quibus multotiens ſolũ principalis pars copulæ negatur: vt ſortem poſsibile eſt non currere. Vnde copula principalis eſt, ſecundum cuius exiſtentiã extrema ordinantur adinuicem. Sed propoſitio negatiua: eſt in qua explicite, vel implicite enunciatur prædicatum de ſubiecto mediante copula principali, vel principaliori parte negata. Ex quo ſequitur, quòd multæ ſunt propoſitiones negatiuæ in quibus prædicatum non negatur de ſubiecto: vt in propoſitionibus de modo loquendi inconſueto: vt homo aſinus non eſt: ibi aſinus eſt prædicatum: tamen non negatur de ſubiecto, ſed bene negatiuè enunciatur de ſubiecto: qnod ſufficit ad propoſitionem negatiuam.

TERTIO ſciendum, ꝙ quæſitiuum propoſitionis eſt duplex, ſcilicet principale, quod non eſt niſi res quærens aliquid de aliquo: vt anima. Aliud eſt inſtrumentale, & minus principale: quod non eſt aliud quam terminus, per quem quæritur de aliqua

Quæſitiuum propoſitiõis duplex.

G

H

A qua re: & de isto est hic ad propositum. Pro cuius declaratione supponitur, quòd ibi non determinatur de omnibus quæsitiuis propositionis, sed solum de his, quæ proportionabiliter se habent ad triplicem diuisionem propositionis cathegoricæ: ita quòd sicut triplex est diuisio propositionis cathegoricæ: ita sunt tria quæsitiua, scilicet. Quæ, quod quærit de substantia propositionis, puta vtrum sit cathegorica, vel hypothetica. Qualis, de qualitate: puta vtrum sit affirmatiua, vel negatiua. Quanta de quantitate: puta vtrum sit vniuersalis, particularis, indefinita, vel singularis. Ex quo sequitur, quòd plura sunt quæsitiua propositionis, per quæ potest quæri de ipsa propositione: scilicet an, ne, vtrum.

B Secundo sequitur, quòd tantum sufficiunt tria quæsitiua secundum numerum trium diuisionum propositionis prius positarum: & illa tria solum enumerauit Petrus Hispanus. Tertio supponitur, quòd illa tria directè, & per se, & vsitate quærunt de propositione cathegorica: licet secundario possint quærere de propositione hypotheca.

ARGVITVR primo sic: Ista propositio, nihil & nemo mordent, in sacco se est cathegorica, & tamen non est affirmatiua, neq; negatiua: igitur diuisio non est bona. Quod non sit affirmatiua, patet quia ibi ponitur negatio in ly nihil. Et quòd non sit negatiua, patet: quia ibi ponuntur duæ negationes. Secundo sic: Ista propositio, quodlibet est, vel nõ est, est cathegorica, & tamen non est affirmatiua, neque negatiua, quia C qua ratione diceretur affirmatiua, eadem ratione diceretur negatiua: cum ad partem principalem copule ponatur negatio. Tertio sic. Ista propositio, homo qui non currit, mouetur: est affirmatiua: & tamen prædicatum negatur de subiecto: igitur. Ad primum dicitur: quòd si negatio inclusa in ly, nihil tenetur neganter, & secunda inclusa in ly nemo infinitanter: tunc est negatiua, & vniuersalis, & tantum valet sicut nullum existens non homo mordet se in sacco. Vel negatio inclusa in ly nihil, potest teneri infinitanter, & secunda inclusa in ly nemo neganter: & tunc est affirmatiua, & indefinita, & æquiualet isti, existens non homo, & nullus homo mordent se in sacco, & eodem D modo posset dici de ista: nihil, & chimera sunt fratres. Ad secundum dicitur: quòd talis propositio non est affirmatiua, neque negatiua, sed est affirmatiua, & negatiua simul. Et quando dicitur, quòd omnis propositio cathegorica est affirmatiua, vel negatiua: debet intelligi de propositione cathegorica simplicis copulæ, & non mixtæ copula. Ad tertium dicitur: quòd licet prædicatum minus principale negetur de subiecto, non tamen prædicatum principale. Dico etiam, quòd ad propositionem negatiuam non requiritur, quod prædicatum negetur de subiecto: sed sufficit, quòd enuncietur de subiecto mediante copula principali, vel principaliori parte negata.

Item

E Propoſitionis cathegor. ſubdiuiſio alia.

Itē ꝓpoſitionū cathegoricarū, quædā participāt vtroq; termino: vt hō eſt animal, hō non eſt animal: aliæ participāt vnō tm̄: vt hō currit, hō diſputat. Itē propoſitionū participantiū vtroq; termino, aliæ participāt ſecundū eundē ordinē: vt hō currit, hō non currit: aliæ vero ordine econuerſo: vt homo eſt animal, animal eſt hō. Itē propoſitionū vtroq; termino participātiū ſecundū eundē ordinē: aliæ ſunt cōtrarię, alię ſubcontrariæ, aliæ cōtradictoriæ, aliæ ſubalternę. Cōtrarię ſunt vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati: vt omnis homo currit, nullus homo currit. Subcōtrarię ſunt particularis affirmatiua, & particularis negatiua: eiuſdē ſubiecti, & eiuſdē p̄dicati: vt quidā homo currit: quidā homo nō currit. Cōtradictorię ſunt vniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, eiuſdē ſubiecti, & eiuſdē p̄dicati, vt oīs homo currit, q̄dā homo nō currit: nullꝰ homo currit: q̄dā homo currit. Subalternæ ſunt vīs affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vīs negatiua: & particularis negatiua: eiuſdē ſubiecti, & eiuſdem p̄dicati: vt oīs hō currit, quidā hō currit: nullus hō currit: quidam hō non currit. G

VIDENDVM eſt conſequēter de oppoſitionibus, & legibus propoſitionū. Pro cuius declaratione ſupponitur primò, ꝙ tres ſunt diuiſiones ad habendū perfectā cognitionē de oppoſitionibus propoſitionū. Prima eſt, propoſitionū cathegoricarū quædā participāt utroq; termino, quæ ſcilicet cōſtituūtur ex ſimilibus terminis, uel ſibi ſynonymis, ut homo eſt animal, homo non eſt animal. Quædam altero tantum, quæ ſic ſe habent, ꝙ aliquis terminus unius eſt ſimilis alicui termino alterius, uel ſibi ſynonymus, ut hō eſt animal, hō eſt aſinus. Quædā uero nullo: quæ ſic ſe habent, ꝙ nullus terminus vnius eſt conſimilis termino alterius, ut hō eſt animal: aſinus eſt bipes. Secundo ſupponitur, ꝙ ſecūda diuiſio eſt iſta: Propoſitionū cathegoricarum, utroq; termino participantiū, quędā participāt ordine eodem: puta illę quæ ſic ſe habent, ꝙ ſubiectū, & prædicatū unius ſunt cōſimilia ſubiecto, & prædicato alterius: ut hō currit, hō non currit. Quædā vero ordine econuerſo: quæ ſic ſe habēt, ꝙ ſubiectū unius eſt cōſimile prædicato alterius, & ecōtra: ut hō eſt animal, animal eſt hō. Tertio ſupponitur, ꝙ tertia diuiſio eſt iſta: Propoſitionū cathegoricarū, utroq; termino participātium ordine eodē, quædā opponuntur contrarię, quædā contradictorię quædā ſubalternæ, & quædā ſubcontrariæ. Quarto ſupponitur: ꝙ ibi nō loquitur de oppoſitione terminorū, ſed ſolū præcisè propoſitionum utroq; termino participantium

F

H

Arti. 1.

A tium ordine eodē. Et aduerte, ꝙ propriè propositiones dicūtur oppositæ, quæ non habent proprie esse in eodē simul quo ad assensum, & dissensum: licet bene quo ad apprehensionem.

Oppositionis cō trariæ conditiones.

SECVNDO sciendum, ꝙ prima species oppositionis propositionum est oppositio contraria. Pro cuius declaratione, est aduertendum: ad hoc, quòd aliquæ propositiones opponantur contrariæ, aliquæ conditiones requiruntur. Prima, quòd tales propositiones participent utroq; termino ordine eodem: & talis conditio est communis ad omnes oppositiones, sic quòd nunquam aliquæ propositiones opponuntur, nisi participent utroque termino ordine eodem. Secunda cōditio, ꝙ sint diuersæ qualitatis, saltem in propositionibus,

B quæ nō sunt de copula mixta: quia in illis possunt esse eiusdē qualitatis in genere, ut omnis homo est, uel nō est animal, omnis homo non est, uel est animal. Tertia conditio, quòd termini talium propositionum supponant eodē genere suppositionis, & ista est communis ad omnes oppositiones, defectu cuius istæ non sunt contrariæ, modus sciendi est subiectum in logica, nullus modus sciendi est subiectum in logica. Quarta conditio, quòd termini teneantur vniuoce, ideo istæ non contrariantur: omnis canis currit, nullus canis currit. Quinta conditio est, quòd termini teneantur æquè ample, & æquè strictè in vna sicut in alia, ideo istæ non contrariantur, omnis homo currit: nullus homo currit: cum homo in prima teneatur pro viris & mulieribus: & in secunda pro viris tantum. C Sexta conditio, ꝙ termini eodem modo appellent: ideo istæ duæ non contrariantur, omnis homo venientem cognoscit, & nullus homo cognoscit venientem. Septima conditio est, ꝙ si in propositione affirmatiua ponatur particularitas, idest terminus supponens determinate, vel confuse tantum, in negatiua non debet poni particularitas, ideo istæ non contrariantur: omnis homo est animal, omnis homo animal non est. Octaua conditio est: quòd particularitas in vna sit vniuersalitas in alia, defectu cuius istæ non contrariantur, cuiuslibet hominis asinus currit, cuiuslibet hominis asinus non currit. Nona conditio est, quòd si in talibus propositionibus ponatur disiunctum copulatum, vel conditionatum, ipD sum totum debet distribui in vtraq;: vel si solum vna pars distribuatur in vna, in alia negatio debet ferri ad coniunctionem, ideo istæ non contrariantur: omnis homo, vel asinus currit, omnis homo, vel asinus nō currit, cum possint simul esse veræ. De istis & aliis cōditionibus latius tractatur in 1. lib. Peri. in 2. tract. quæst. 1.

Art. 3.

TERTIO sciendum, quòd ad contradictorias multæ conditiones requiruntur. Prima est ꝙ terminus distributus in vna, nō debet distribui in alia, vel econtra, terminus non distributus in vna, debet distribui in alia, nisi accipiatur vnica acceptione cum suo determinabili, quia tunc termini vniformiter se habent: vt sortes videns omnem hominem currit, sortes videns omnem hominem

Oppositionis cō tradictoriæ cōditiones.

E nem non currit. Secunda conditio eſt: quòd ſi aliquis terminus in vna contradictoriarum ſupponat confuſe, & diſtributiue reſpectu termini ſupponentis confuſe tantum: tunc talis terminus debet ſupponere in alia determinate. Tertia conditio eſt: quòd terminus ſupponens confuſe, & diſtributiuè reſpectu termini ſupponentis determinate, debet in ſua contradictoria ſupponere confuſè tantum: vt caput habet omnis homo, nullum caput habet omnis homo. Quarta conditio eſt, quòd terminus ſupponens confuſè tantum reſpectu proprij ſigni confuſiui, in ſua contradictoria debet ſupponere confuſè, & diſtributiuè diſtributione incompleta, & imperfecta: vt promitto tibi equum: ego non promitto F tibi equum. Et cum hoc multæ aliæ conditiones requiruntur, quæ videbuntur in logica, quæſt. 1. tracta. 2. primi Perihermenias.

ARGVITVR primo. Iſte non opponuntur contrariæ, cuiuſlibet hominis aſinus currit, & cuiuſlibet hominis aſinus non currit, cum poſsint ſimul eſſe veræ: & tamen vna eſt vniuerſalis affirmatiua, & alia vniuerſalis negatiua: igitur non bene diffiniuntur contrariæ. Secundo ſic. Iſtæ ſunt vniuerſalis affirmatiua & vniuerſalis negatiua: omnis homo, vel aſinus currit: omnis homo, vel aſinus non currit: & tamen non ſunt contrariæ, cum poſsint ſimul eſſe veræ. Tertio: Iſtæ ſunt contradictoriæ: ſortes currit, ſortes non currit, & tamen non ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua. Ad primum dicitur: quòd plus requiritur, ſcilicet, G quòd terminus, qui ſtat determinate, vel confuſe in affirmatiua, ſtet confuſè, & diſtributiue in negatiua: ideo ſua contraria eſt iſta: cuiuſlibet hominis nullus aſinus currit: & ſic de aliis. Ad ſecundum dicitur, quòd ſi in aliqua propoſitione ponatur diſiunctum copulatum, vel conditionatum, & ſecunda pars non diſtribuatur, tunc negatio debet ferri ad coniunctionem: ideo cõtraria iſtius: omnis homo, vel aſinus currit, eſt iſta: omnis homo non, vel aſinus currit. Ad tertium dicitur: quòd ſolum ibi diffiniuntur contradictoriæ de ſubiecto communi, & non de ſubiecto ſingulari: cuiuſmodi ſunt iſtæ: ſortes currit, ſortes non currit.

Subcontrariæ ſunt particularis affirmatiua, & particularis negatiua; eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, vt quidam homo currit, & quidam homo non currit. Subalternæ ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati. Vt omnis homo currit, quidem homo currit: Nullus homo currit, quidam homo non currit. H

PRIMO ſciendum, ꝙ aliquæ conditiones requiruntur ad ſub contrarias. Prima, quòd participent vtroq; termino ordine eodẽ, ideſt ꝙ ſint Art. 1. Propoſitionũ ſubcõtrariarum cõditiones.

Art. 2. Subalternarũ propõnũ conditiones quatuor.

A sint de terminis synonymis, subiectum, & prædicatū vnius sint cōsimilia subiecto, & p̄dicato alterius. ¶ Secunda, q̄ sint diuersarum qualitatū. ¶ Tertia q̄ termini vtrarunq; teneā tur vniuoce æquè ample', & eodem mō appellantes: defectu primæ, istę non sunt sub contrariæ, canis est ani mal latrabile', canis non est animal latrabile defectu secundæ, istæ non subcontrariātur: homo est albus, homo non fuit albus: vel iste homo est albus, quidam homo non est albus, defectu tertiæ, istæ non subcontrariā tur: homo cognoscit venientē, homo venientem non cognoscit. ¶ Quarta conditio est: q̄ quælibet vniuersalitas in vna, sit particularitas in alia: defectu cuius istę non sunt subcontrariæ, homo omne animal est: homo
B nō est animal. ¶ Quinta, q̄ si in affirmatiua ponatur vniuersalitas, nulla vniuersalitas debet poni ī negatiua: defectu cuius, istæ non sunt subcontrariæ, aliquo tpe risibile est ois homo, aliquo tempore nullū risibile est omnis homo, quia sunt simul falsæ.

Art. 2. Subalternarū propōnū conditiones quatuor.

SECVNDO sciendum, q̄ aliquę conditiones requiruntur ad hoc, q̄ propositiones opponantur subalternè. ¶ Prima, q̄ participent vtroq; termino ordine eodem, i. q̄ sint de terminis synonymis, & subiectum, & prędicatū vnius, sint cōsimilia subiecto & prædicato alterius. ¶ Secunda, q̄ sint eiusdem qualitatis. ¶ Tertia, q̄ termini teneantur vniuoce, æquè ample', & eodem modo appellātes, vt faciliter potest dari exemplum. ¶ Quarta q̄ vna habeat plus de vniuersalitate q̄ alia: ratione cuius infe-

rat aliam in bona cōsequentia: de C
fectu cuius, istæ nō sunt subalternæ, omni tpe risibile est ois homo, & aliquo tpe risibile est ois homo: quia licet prima habeat plus de vniuersalitate', q̄ secūda nō tamen infert secūdam in bona consequentia: cum possit esse vera, & secunda falsa.

TERTIO sciendum, q̄ qñ con- Art. 3.
tradictoriæ diffiniuntur, tunc diffiniuntur contradictoriæ de subiecto cōi, & non singulari, ideo licet istæ, sortes currit sortes nō currit, nō sint vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua: tñ sunt veræ cōtradictoriæ: nam singularis affirmatiua, & singularis negatiua semper cōtradictorie opponuntur. Aduerte vlterius, q̄ D
proprie est differentia inter propositionē subalernantē, subalternatā, & subalternā. Propositio subalternans est, ppositio vniuersalis, seu plus habens de vniuersalitate', q̄ infert aliā in bona consequētia. Sed propositio subalternata est propositio particularis, vel indefinita, vel minus habens de vniuersalitate, q̄ nata est inferri a subalternante. Sed propositio subalterna dicitur, tam propositio subalternans, q̄ subalternata. Ex quo sequitur, q̄ omnis propositio subalternata est subalterna, sed nō ecōtra: quia subalternās bene est subalterna, sed non est subalternata.

Propō subalternās, subalterna, & subalternata differunt.

ARGVITVR primo sic: Duæ subcontrariæ nullo modo repugnāt: ergo malè dicitur, q̄ sunt aliquæ propositiones oppositæ subcontrariæ. Antecedēs patet, quia si repugnarēt, hoc esset in veritate, vel falsitate: nō in veritate', cum possint simul esse

C verę:


Art. 1. Propositionū subcōtrariarum cōditiones.

E veræ: nec in falsitate, cum possint simul esse falsæ: vt illæ duæ, quidã homo omne animal est: & quidã homo nullũ animal est. ¶ Secundo sic: Istę sunt sub contrariæ in materia naturali. ſ. homo est cõicabilis, homo non est cõicabilis: & sunt simul veræ. De secunda patet, quia oẽs eius singulares sunt veræ: igitur illa indefinita erit vera. ¶ Tertio sic: Subalternæ inferũt se in bona consequẽtia: ergo non repugnant adinuicẽ, & per consequẽs nulla erit oppositio subalterna. Ad primũ dr̃, ꝙ sub contrarię nõ possunt simul esse falsę. Et ad probationẽ dr̃, ꝙ illæ nõ sunt subcontrariæ: quia qñ in affirmatiua est vniuersalitas nulla debet esse in negatiua: ideo subcõtraria istius: quidã homo omne animal est, non est illa, quidam homo nullũ animal est: sed est illa, quidam homo animal nõ est. Ad secundũ dr̃, ꝙ illæ duæ. ſ. homo est cõicabilis, hõ nõ est cõicabilis, nõ sunt proprie sub cõtrariæ: sed magis cõtradictoriæ: sicut visum est in condõnibus de oppõnibus de istis, hõ est species hõ nõ est species. Dr̃ vltra ꝙ tales indefinitæ nõ requirunt ad earũ veritatem, veritatẽ aliquarũ singulariũ, vel alicuius singularis. Ex quo sequitur, ꝙ aliqñ indefinita est vera, vbi nulla eius singularis est vera, vt hõ est dignissima creaturarum. Ad tertium dicitur ꝙ subalternæ propriè nõ opponuntur, nisi capiendo oppositionẽ large pro repugnantia propositionũ aliquarum in quantitate: ideo Philosophus de ipsis nullam fecit mentionem in lib. Periherm. G

1. Periher min. trac. 2. q. 1. ar. 1.

F

Quilibet homo currit. Nullus homo currit. H



Quidam homo currit Quidam homo non currit.

PRopositionum cathegoricarũ triplex est materia, ſ. naturalis, contingens, & remota. Naturalis est illa, in qua prædicatum est de essẽtia subiecti, vel propriũ eius: vt homo est animal, vel homo est risibilis.

PRIMO sciendũ est, ꝙ materia propositionis põt capi dupliciter. Vno modo põt capi materialiter: & sic ꝑ materiã ꝓpõnis nõ intelligitur aliud, Materia propõnis capit dupliciter.

A aliud, q̃ ſubiectũ, & p̃dicatũ ꝓpõnis. Aliomodo capitur formaliter: & ſic nõ eſt aliud, q̃ habitudo extremorũ adinuicẽ: vt materia huius ꝓpõnis, hõ eſt animal: nõ eſt aliud q̃ habitudo hois, & animal inter ſe. Pro cuius declaratione ſupponit primo, ꝙ ſicut eſt aliqua materia ꝓpõnis: ita ẽt eſt aliqua forma: & eſt duplex. ſ. eſſẽtialis, & accidẽtalis. Eſſentialis eſt copula. Accidẽtalis, nõ eſt aliud, q̃ quãtitas, & qualitas ꝓpõnis. Ex quo ſequitur, ꝙ oĩs ꝓpõ cathegorica ſaltẽ de ineſſe, eſt de eadẽ forma eſſentiali: quia eſt de eadẽ copula: ſed nõ quælibet ꝓpõ cathegorica eſt de eadem forma accidẽtali: qa vna eſt affirmatiua, & alia negatiua: alia vniuerſalis alia particularis. Supponitur ſcdo ꝙ ꝓpõ propriè non eſt in materia: ideo B iſta eſt falſa, ꝓpõ eſt in materia: ſed debet dici, ꝙ ꝓpõ eſt de materia, ita ꝙ capitur ibi in, ꝓ de. Vnde quærere aliq̃ ꝓpõnẽ eſſe in materia, non eſt aliud, q̃ q̃rere de qua habitudine extremorũ eſt talis propoſitio, ſeu de quibus terminis eſt talis propoſitio.

Forma ꝓpõnis duplex.

Art. 2.

SECVNDO ſciendũ ꝙ materia ꝓpoſitionũ eſt triplex: vel melius, triplex eſt materia ꝓpoſitionis: quia in prima materia ſtat determinate: modo nulla determinata materia ꝓpoſitionũ eſt triplex. ſ. naturalis contingens & remota. Nam cuiuſlibet propoſitionis extrema ſic ſe habent, ꝙ vnũ nõ põt verè & affirmatiuè cõpetere alteri: & ſic eſt materia remota. vel vnũ cõpetere poteſt alteri: & hoc dupliciter, quia vnũ cõpetit alteri ꝑ ſe, & ſic eſt materia naturalis: vel accidẽtaliter, & ſic eſt materia contingẽs. Vnde ex iſtis ſupradictis ſequũtur aliquæ ꝓpõnes. Prima eſt, ꝙ propoſitio de p̃dicatione directa, & indirecta ſibi correſpondens ſunt de eadem materia: & ꝓpõ negatiua, & affirmatiua vniuerſalis particularis indefinita, & ſingularis de cõſimilibus terminis ſunt de eadem materia: ex quo ſequitur ꝙ oẽs ꝓpõnes oppoſitę adinuicẽ, ſunt in eadẽ materia; cum oẽs tales cõponantur ex cõſimilibus terminis. Secũdo ſequitur, ꝙ multæ ſunt ꝓpoſitiones in materia naturali, q̃ ſunt impoſſibiles: vt iſta, omne animal eſt homo, nullus hõ eſt animal. Secunda ꝓpoſitio: in quacunq; materia eſt ꝓpoſitio cathegorica de ineſſe de præſenti, in eadem materia eſt propoſitio de præterito & futuro, & propoſitio modalis diuiſa de quocunq; modo: quia oẽs tales conſtituuntur ex conſimilibus terminis. D

C Quæ ꝓpõnes ſint de eadem materia.

Materia propõnũ triplex.

TERTIO ſciendum, ꝙ materia naturalis eſt, in qua p̃dicatum eſt de eſſentia ſubiecti, vel ꝓpriũ eius, q̃ eſt ſic intelligẽda: Materia naturalis eſt habitudo extremorũ ſic ſe habentiũ, ꝙ p̃dicatũ dr̃ de ſubiecto vere, & affirmatiuè, ꝑ ſe primo, vel ſcdo mõ. Pro cuius declaratione ſupponitur, ꝙ ſolũ hic diffinit materia naturalis de p̃dicatione directa: ſed ſi debeat diffiniri, vt cõprehendat oẽs propoſitiones q̃ in hac materia reponuntur debet ſic diffiniri; eſt habitudo extremorum, quorũ vnũ natũ eſt verificari de alio vere, & affirmatiue per ſe primo, vel ſecundo modo. Ex quo ſequitur falſitas dicẽtiũ, ꝙ ſolũ in hac materia reponuntur ꝓpoſitiones neceſſariæ, quia iſta, homo non eſt animal,

Art. 3.

Materia naturalis propõnũ quid.

Defectus nonnullorum.

E mal, eſt in iſta materia, & tñ eſt impoſſibilis. Et ꝑ maiori declaratione ponũtur aliquæ regulæ. ¶ Prima: oĩs propoſitio, in qua ꝑdicatur diffinitio de diffinito, vel pars diffinitionis de diffinito, vel de inferiori, aut ſuperiori, ad diffinitũ eſt in iſta materia. Quæ propõnes ſint in materia naturali.

¶ Secunda regula: qñ ſuperius ꝑdicatur de ſuo inferiori aut, econtra, eſt in iſta materia: vt homo eſt animal, animal eſt homo. ¶ Tertia regula, qñ differentia, vel ꝓpria paſſio prædicatur de eo, cuius eſt differentia, vel ꝓpria paſſio, vel de inferiori, vel ſuperiori, aut econtra, eſt in iſta materia. Exemplũ de differentia, vt homo eſt rationalis, Petrus eſt rationalis, animal eſt rationale. Exemplũ de ꝓpria paſſione, vt homo eſt riſibilis, ſortes eſt riſibilis animal eſt riſibile.

F ¶ Quarta, qñ idẽ ꝑdicatur de eodẽ, vel ſynonymum de ſynonymo, vel conuertibile de conuertibili, ſunt in iſta materia: vt homo eſt homo, lapis eſt petra, Marcus eſt Tullius.

¶ Argvitvr primo ſic: Sicut propoſitio habet materiã. ſ. ſubiectũ, & ꝑdicatũ, ita etiã habet formã. ſ. copulam, ergo ita debet q̃ri in qua forma eſt aliqua ꝓpoſitio, ſicut in qua materia. ¶ Secundo ſic: iſta ꝓpoſitio, ſortes eſt homo, vel aſinus, eſt ꝓpoſitio cathegorica, & tñ non eſt in aliqua iſtarũ materiarũ: igit: ¶ Tertio ſic: Iſta ꝓpoſitio eſt in materia naturali, animal eſt homo, & tamen prædicatum non eſt de eſſentia ſubiecti, nec proprium eius: igitur.

Ad primum dr̃, ꝙ etiã ita poteſt q̃ri in qua forma eſt aliqua ꝓpoſitio ſicut in qua materia: licet tñ hoc nõ ſit ita vſitatum. Ad ſecundũ dr̃, ꝙ ſicut ſunt aliquæ ꝓpoſitiones mixtæ quãtitatis, aut qualitatis, ita etiã aliquæ ſunt ꝓpoſitiones mixtæ materiæ. i. de duplici materia: vnde regula eſt, ꝙ ꝓpoſitio de ſubiecto, vel de ꝑdicato mixto eſt in illa materia, ſicut propoſitio de extremis ſimplicibus. Ad tertiũ dr̃, ꝙ talis non eſt in materia naturali, capiendo materiã naturalem ſtricte, quemadmodum cœpit Petrus Hiſpanus, ſed bene capiendo materiam naturalem large, vel poteſt dici, ꝙ eſt in materia naturali indirecte, licet non directe. G

SECVNDO sciẽdũ, ꝙ isti modi, possibile, cõtigẽs, & necesſe possunt capi dupliciter. Vno mõ primè intẽtionaliter. & hoc dupliciter. Vno modo cathegorematicè: & sic sunt dr̃iæ entis: & tũc, possibile, valet tm̃, sicut res possibilis, &, necesſe, sicut res necesſaria. Secundo modo syncathegorematicè. & sic sunt quædã syncathegoremata determinatia copulã rõne cõpositionis. & tunc dicuntur facere propositionẽ modalẽ diuisam. Alio modo capiunt secundò intẽtionaliter, & sic sunt dr̃iæ ꝓpositionũ: & dicuntur

Modi capiũtur dupliciter.

Adiectiuum duplex.

Propositio modalis composita q̃d

É cuntur facere propõẽm modalẽ cõpositã. Ex quo seq̃tur, q̃ duplex ẽ ꝓpositio modalis. ſ. cõpoſita, & diuiſa. Cõpoſita eſt, in qua modus ſubijciť, vel p̃dicatur: vt poſsibile eſt ſortem currere, & iſtæ nõ ſunt ꝓpriè modales, ſed dicẽtes: ſed vocant modales ſolum pp̃ ſimilitudinẽ, quã habent cũ modalib. diuiſis. Sed modalis diuiſa eſt propõ cathegorica, in qua modus ſe tenet ex parte copulæ, tanquã determinatio eius: ut hõ poſsibiliter eſt currẽs. Et aduertẽ, q̃ in propoſitionib. modalib. cõpoſitis illud verbum, eſt, ſine determinatione dr̃ copula; ſed in diuiſis ſemper ſumiť cum determinatione: vt qñ modus tenet aduerbialiter: tunc, eſt, dr̃ eſſe copula totalis, & modus determinatio, & nõ ẽ pars copulæ: ut ſortes poſ
F ſibiliter currit. Sed qñ modus tenet nominaliter, tũc aggregatum ex iſto verbo, ẽ, & iſto infinitiuo, eẽ, explicitè, vel implicitè dr̃ eſſe copula totalis. Sic q̃, eſt, eſt pars minus principalis &, eſſe, eſt pars principalis: vt ſortẽ poſsibile ẽ eẽ albũ: aggregatũ ex ly eſt, &, eſſe, dr̃ eſſe copula totalis.

Art. 3. TERTIO ſciendũ, q̃ propõ modalis ſic diffinitur a Pet. Hiſp. ſ. eſt, q̃ modificať aliquo iſtorũ quatuor modorũ, poſsibile impoſsibile contingẽs & neceſſe. Vnde aduerte, q̃ ipſe ſolũ diffinit propõnem modalẽ compoſitam, q̃ non eſt modalis: ideo inſufficienter diffinit: & q̃ ſolùm diffiniat, patet in eius exemplis. Non eſt ẽt dicendũ, q̃ ipſe diffiniat propõnẽ modalem diuiſam, quę propriè eſt modalis: quia ipſe exẽplificat de vero, & falſo, q̃ non faciunt propõnem modalem diuiſam, ſed ſolũ compoſi G tã: iõ ſufficienter determinat de modalibus: q cq̃d dicãt expoſitores. Sed ſi diceres, q̃d ergo erit modalis diuiſa, q̃ ſolum eſt modalis? Dico, q̃ põt ſic diffiniri ſiue deſcribi: Eſt cuius copula modificata eſt aliquo mõ, determinante cõpoſitionẽ p̃dicati cũ ſubiecto. Ex quo ſequitur, q̃ qñ dicit Petr. Hiſp. q̃ verbum debet ſubijci, modus aũt p̃dicari, ſolùm loquiť de modali cõpoſita. Sequitur ſecundò, q̃ propõ non dr̃ ideo modalis, quia in ipſa ponitur modus ſimpliciter: ſed quia in ipſa ponitur modus, determinans compoſitionem prędicati cum ſubiecto.

Quare Sco. in 1. d. 21. & in 2. q. 2. d. 9.

¶ARGVITVR primò. ſic. Albedo adiacet rei, & tñ nõ eſt modus: ergo diffinitio modi non eſt bona.

¶Secundò ſic. Nullũ ſubiectũ vel H prędicatum eſt determinatio copulę, ſed modus eſt ſubiectum vel prædicatum: igitur.

¶Tertiò ſic: Nullũ purũ cathegorema põt eſſe determinatio copulę; ſed poſsibile, & impoſsibile, ſunt pura cathegoremata: ergo non pñt determinare copulã. Ad primũ dr̃, q̃ adiacere: p̃t capi dupl̃r. vnomõ primè intẽtionaliter, vt idem eſt, q̃ inhęrere, & ſic bene albedo adiacet rei. Aliomõ capiť ſecũdò intẽtionaliter, vt tñ valet, ſicut ſignificare p̃ modũ adiacẽtis, & ſic ſolũ adiectiuũ adiacet. Ad ſm dr̃, q̃ poſsibile, & impoſsibile, capta ſcd̃ò intentionaliter, ſũt ſubiectũ, uel p̃dicatũ propõnis, & ſic faciũt propõnẽ modalẽ cõpoſitã. ſed ipſa capta primò intentionaliter, & ſyncathegorematicè faciunt propõnem

Error auctoris.

A nem modalẽ diuisã: & sic nõ ſubijciũ tur, nec ꝓdicanꝰ. Solutio tertij patet in 2. notab. De qualitate modaliter.

Sciendum aũt, ꝙ quilibet iſtorũ quatuor modorũ quatuor facit propõnes modales, ideo cũ modi ſint quatuor, quater quatuor erunt propõnes, & ſic erũt ſexdecim. Verbi gratia, iſte modus, poſſibile, ſi ſumaꝰ ſine negatione facit unã ꝓpoſitionẽ modalẽ, ut ſortẽ currere eſt poſſibile. Si aũt ſumaꝰ cũ negatione lata ad uerbũ, facit ſecundã. vt ſortẽ non currere, eſt poſſibile. Si uero cum negatione, poſita ad modũ; facit tertiã, ut ſortem currere, non eſt poſſibile, ſed cum negatione poſita ad uerbũ & ad modũ facit aliã, ut ſortem non currere, nõ eſt poſſibile. Et hoc modo ſcãm unuquẽque aliorũ modorũ ſumũtur quatuor propoſitiones modales.

Sco. in 1. d. 21. & in 2. q. 2. d. 9.

B

Art. 1. De qualitate modalium.

SCIENDVM eſt primo, quòd qualitas in modalibus diuiſis attenditur eodem modo, ſicut in cathegoricis de ineſſe. ſ. ex parte copulæ tota lis, vel principalis partis: ita quòd illa dicitur, propriè affirmatiua; in qua nulla negatio, neganter capta; ponitur, vel cuius copula principalis, vel principalior pars copulæ non negatur. Sed propoſitio dicitur negatiua, in qua totalis copula, vel principalior pars copulę negatur. Et dicit, principalior pars, propter tales propoſitiones, ſortem poſſibile eſt non eſſe, ſortem poſſibile eſt non currere, in quibus totalis copula non negatur: tamen principalior pars copulę negatur. ſ. infinitiuus, qui eſt principalior pars: quia ratione eius extrema vniuntur adinuicem. Ex quo lequitur, ꝙ modus non eſt pars copulę, ſed ſolum determinatio copulæ: licet multi dicant oppoſitum, & debẽt iſta intelligi de propoſitione modali diuiſa, & non compoſita, quę ẽ mera de ineſſe. Et ſi quis quęrat, qd eſt propoſitio modalis compoſita? Dicitur quòd eſt, in qua ponit modus a parte ſubiecti, vel prędicati, ve rificabilis de tota propoſitione mediante copula non modificata. Et dicitur notanter, de tota propoſitione, propter iſtas propoſitiones: deum diligere, eſt bonum: deum odire eſt malum: in quibus ponitur modus a parte prædicati, non tamen ſunt modales compoſitæ? quia talis modus non poteſt verificari de tota propoſitione.

C

Error aliquorum.

Propoſitio modalis cõpoſita quid.

D

SECVNDO ſciendum, quòd omnes propoſitiones in quibus ponuntur iſti modi, poſſibile &c. ſolẽt omnes diſtingui ſecundum ſenſum compoſitum, & ſecundum ſenſũ diuiſum, licet tñ de rigore ſermonis non debeant diſtingui; nã ſi modus ponatur a parte ſubiecti, vel prædicati ſunt cõpoſitæ, ſi vero a parte copulę ſunt diuiſę. Vnde ſenſus cõpoſitus fit, faciendo modũ ꝓdicari de tota ꝓpoſitione, correſpõdente dicto, vel econtra, vt ſenſus cõpoſitus iſtius ꝓpõnis album poſſibile eſt eſſe nigrũ, eſt iſte, hęc propoſitio, album eſt nigrum, eſt poſſibilis. Sed ad dandum ſenſum diuiſum, oportet mutare ſubiectũ, i illud ꝓnomẽ hoc ſupponẽs

Art. 2.

Sco. in 2. d. 2. q. 9.

E pro illo, pro quo supponebat subiectū: & hoc maxime, qñ subiectū est cōcretū cōnotatiuum, vt sensus diuisus istius ꝓpositionis, albū possibile est esse nigrū, est iste: hoc pōe est esse nigrū, vel pōt dari ꝑ vnā copulatiuā: vt hoc est albū, & hoc pōt esse nigrū.

TERTIO sciendū, ꝙ quantitas in modalibus diuisis tripliciter attēditur. ¶ Primo ex parte subiecti dicti: & sic idē est iudiciū sicut de quātitate propositionū de inesse. Aliomodo ex parte modi: & sic dico, ꝙ isti duo modi, necesse, & impossibile, se habent circa copulā, sicut, oīs, nullus, circa subiectū: nam, necesse, distribuit copulā ꝑ tō quolibet tēpore, importato per ipsam: & etiā, impossibile: sed cū hoc, impossibile, includit negationem: sed, possibile, & F contingens, faciunt copulā stare determinate pro tempore, importato per ipsam. Ex quo sequitur ꝙ sensus huius propositionis, hominē necesse est esse aiaī, est talis: hominē pro quolibet tēpore necesse est esse aial. & sensus istius, hoiem possibile est, esse animal: est iste: hominē pro aliquo tēpore possibile est esse animal. ¶ Tertio attēditur ex parte subiecti, & modi simul. Ex quo sequitur, ꝙ Dubita dio. aliqua propositio potest dici simul vniuersalis, & particularis: vt omnē hominem possibile est currere: aliquando particularis, & vniuersalis simul: vt sortem necesse est esse animal. Sed quid de quantitate propositionum modalium cōpositarū? Respōdetur, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquod signū faciat specialiter ad quantitatē modalium compositarum, oportet ꝙ capiatur in neutro genere: vnde hæc G propositio, omnem hominē esse animal, est possibile: nō est vniuersalis: quia sensus eius est, talis propositio; omnis homo est animal, est possibilis: modo talis est indefinita. nam dictum supponit materialiter pro pluribus ꝓpositionibus indefinitis: sed si debeat fieri vniuersalis, oportet addere signum vniuersale in neutro genere cum ista particula ly, vt omne ly, omne omnem hominem esse animal est possibile: & est sensus omnis talis, propositio: omnis homo est animal, est possibilis, & similiter dicatur de alijs.

¶ ARGVITVR primo sic: In ista propositione: sortes est possibilis, ponitur aliquis istorum modorum, & tñ non est modalis. igitur. ¶ Secūdo sic: Ista propositio possibile est sortem, currere non est modalis: & tñ H modificatur aliquo istorum modorum igitur. ¶ Tertio sic: In ista propositione: omnem hominem currere, est possibile, subijcitur terminus communis, signo vniuersali determinatus. ergo est vniuersalis: cuius oppositum dictum est: ideo non est modalis. Ad primum dicitur, ꝙ ille modus non determinat compositionem prædicati cū subiecto, ideo non est modalis. Ad secundum dicitur, ꝙ illa diffinitio propositionis modalis datur solū de cōposita, quæ non est propriè modalis, sed de inesse. Ad tertium dicitur, ꝙ licet ibi subijciatur terminus cōmunis, materialiter tētus, signo vniuersali materialiter tento, determinatus. non tñ personaliter tento. Vel potest dici breui- Regulæ ꝙ æquipollentia propositionū modalium.

A breuiter, ꝙ tale signū nō determinat totū subiectū. sed solū partē subiecti.

Harum autem propositionū modalium æquipollentiæ quatuor regulis cognoscuntur: quarum prima est: ¶ *Cuicunque dicto affirmato attribuitur possibile, eidem attribuitur contingens: & ab eodem dicto remouetur impossibile: & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse: vt sortem currere est possibile: sortem currere est contingens: sortem currere non est impossibile: sortem non currere non est necesse.* ¶ *Secunda regula: Cuicunque dicto negato attribuitur possibile, eidem attribuitur contin-*
B *gens: & ab eodem remouetur impossibile, & ab eius contradictorio opposito remouetur necesse: vt sortem non currere est possibile: sortem non currere est contingens: sortem non currere non est impossibile: sortem currere non est necesse.* ¶ *Tertia regula est: A quocunque dicto affirmato remouetur possibile: ab eodem remouetur contingens. & eidem attribuitur impossibile: & eius contradictorio opposito attribuitur necesse: vt sortem currere non est possibile, sortem currere non est contingens, sortem currere est impossibile, sortem non currere est necesse.* ¶ *Quarta regula est: A quocunq; dicto negato remouebitur possibile, ab eodem remouetur contingens, &* C *eidem attribuitur impossibile, & eius contradictorio opposito attribuitur necesse, vt sortē non currere, nō est possibile sortem nō currere, non est contingens, sortem non currere, est impossibile, sortem currere est necesse, Istarum autem regularum exempla disponuntur in quatuor lineis, siue ordinibus figuræ sequentis, qui possunt per hos versus denotari.*

Primus amabimus, edentulique secundus.

Tertius iliace, purpures requus.

Destruit, v, totum sed, a, cōfirmat vtrunq;.

Destruit, e, dictum, destruit, D *i, q; modum.*

Omne necessariat, impossibile quasi nullus.

Possibile, quidam, quidam nō, possibile non.

E, dictum negat, i, q; modū, nihil, a, sed, v, totum. Omnes autem propositiones, quæ sunt in prima linea, æquipollent per primam regulam, & conuertuntur inter se, quæ vero in secunda per secundam, quę in tertia per tertiam, quæ in quarta per quartam. Item æquipollentiæ, vel consequentiæ modalium possunt haberi per hanc regulam. Omnes propositiones de possibili, & impossibili æquipollent, verbo similiter se habente, & modo dissimiliter,


Regulæ æquipollentiæ propositionū modalium.

E liter, vt sortem currere est possibile, sortẽ currere nõ est impossibile & oẽs de impossibili, & necessario ꝙquipollent, verbo dissimiliter se habẽte, & modo similiter, vt sortem currere non est impossibile. & sortẽ non currere nõ est necesse. sed oẽs propositiones de possibili et necessario æquipollẽt, verbo & modo dissimiliter se habentibus. Et intelligitur modus similiter, aut dissimiliter se hẽre quantum ad affirmationem, & negationem: vt dicatur modus similiter se habere, cum affirmatur in vtraq;, vel in vtraq; negatur. Dissimiliter autem quando affirmatur in una, & negatur in alia, & eodẽ modo intelligendum F est de verbo, sicut dictum est de modo. Et sciendum est, ꝙ in prædicta regula non facimus mẽtionem de contingenti, eo ꝙ conuertitur cum possibili, vnde idem ẽ iudicium de propositionib. vtriusque. Exẽpla autem huius quærantur in figura disposita per quatuor ordines, quia ista regula generalis est ad omnes. Contin gẽs & po tibile ide

SCIENDVM est primò, ꝙ quatuor sunt dictiones ad cognoscendũ æquipollẽtias propositionũ modaliũ, s. Amabimus, Edentuli, Illiace, & Purpurea. Et sunt quatuor literæ, q̃ dant intelligere istas dictiones. s. a, e, i, & u, vnde per a, intelligitur propositio, de aliquo modo, in qua explicitè nulla negatio ponitur. Per e, intelligit propõ, in qua negatio ponit post modum. s. vel ad infinitiuũ, qñ modus tenet nominaliter, vel ad esse, quãdo modus tenet aduerbialiter per, i intelligit propõ, in qua negatio ponitur ad modũ. H Per v, intelligit propõ, in qua negatio ponitur post modum & ad modum.

Purpurea
sortem non possibile est non currere
sortem non contingens est non currere
sortem impossibile est non currere
sortem necesse est currere

Illiace
sortem non possibile est currere
sortem non contingens est currere
sortem impossibile est currere
sortem necesse est non currere.



Amabimus
sortem possibile est currere
sortem contingens est currere
sortem non impossibile est currere
sortem non necesse est non currere

Edentuli
sortem possibile est non currere
sortem contingens est non currere
sortem non impossibile est non currere.
sortem non necesse est currere.

A ADVERTE vlterius, ꝙ in qua libet prędictarum dictionum ponuntur quattuor vocales. Vnde per primam intelligitur propositio de possibili, per secundam, propō de contingenti: per tertiā, propō de impossibili: per quartam, propō de necessario: Non ꝙ oporteat, ꝙ illæ propōnes sint semper de possibili, vel cō, tingenti, vel impossibile, vel necessario: sed ꝙ in ipsis ponat modus, possibile, contingens, impossibile, vel necesse. Et debent signari illæ dictiones per digitos: & facere vnam figuram quadrangula rem. Vnde p primam syllabam huius dictionis, Amabimus, intelligitur, ꝙ propositio, in qua ponitur iste modus possibile, debet esse sine negatione. Per secun
B dam: ꝙ propositio, in qua ponitur, contingens nullam debet habere negationem. Per tertiam: ꝙ in propositione in qua ponitur impossibile, debet poni negatio ad modū. Per quartam: ꝙ in propositione in qua ponitur, necesse debet poni negatio ad modum, & post modum. Et similiter posset practicari in alijs dictionibus. Aduerte tamen, ꝙ omnes istę equipollentiæ dantur de modali diuisa, attendendo ęquipollentiam ex parte modi tantum, licet multi attribuant modalibus compositis, quòd tamen non est verum.

Nonnullorum error.

Arti. SECVNDO sciendum, ꝙ equipollentię, quę communiter dantur in modalibus attenduntur penes quantitatem modi. licet tamē possint attendi pęnes quantitatem subiecti. & etiam penes quantitatē modi, & subiecti simul. & aduerte, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquę propositiones C ęquipolleant, oportet, ꝙ subiecta & prædicata eodem modo accipiantur, siue vniformiter. Ex quo sequitur ꝙ istę nō ęqpollent omne ens possibile est esse animal, aliquod ens possibile est esse animal: cum vna sit vera, & reliqua falsa. Aduerte vlterius ꝙ omnes propositiones modales diuisę de eadem linea ęquipollent, dummodo subiecta & prædicata eodem modo accipiantur. & hoc attendendo ęquipollentiam ex parte modi. sed si acci piantur ex parte subiecti tantum, eo dē modo accipitur æquipollentia hic sicut in illis de inesse, dummodo modus tencatur vniformiter. vt istæ æquipollent: non quilibet homo possibiliter est currens: quidam homo nō possibiliter est currens. Sed pro ęquipollentia modaliū ex parte modi, & D subiecti simul, ponunt aliqua regulę.

¶ Prima: Si in aliqua propositione præponatur negatio signo & modo, tunc æquipollet vni de signo contradictorio, & modo contradictorio. vt istę æquipollent: non quilibet homo possibiliter est albus, quidam homo impossibiliter est albus. Regulæ aliquæ.

¶ SECVNDA regula: Si in aliqua propōne ponatur negatio post signum & modum, ęquipollet vni de signo contrario, & modo contrario, vel subalterno: vt quilibet homo necesario non currit æquipollet isti: nullus homo impossibiliter currit. De subalternis potest poni alia regula, quæ satis facilis est, sicut in illis de inesse.

TERTIO sciendum, quòd propositiones modales compositę in eadem linea, non æquipollent: quia Arti.

pro-

E propositiones æquipollentes debent esse eiusd em subiecti, & prædicati: sed modales compositæ in eadem li nea non sunt eiusdem subiecti & prę dicati: vt patet de istis duabus, sortē currere est possibile: sortem nō currere nō est necesse. Nam subiectum in prima est, hoc dictum affirmatū, sortem currere, & prædicatum est ly, possibile, sed subiectum secundæ est, hoc dictum negatum, sortē non currere, & prædicatum est ly, necesse. Et si quis dicat in istis modalibus compositis vna sequitur ad aliam: vt bene sequitur sortem currere est possibile, ergo sortem currere non est impossibile. & hoc non fit, nisi per æquipollentias. Respondetur, ꝙ talis consequentiæ fundantur in ali-
F quibus regulis, quarum. ¶ Prima est talis: Si aliqua propositio est possibilis, ipsa non est impossibilis: & econtra. ¶ Secunda est: Si aliqua pro positio est possibilis, sua contradictoria non est necessaria. ¶ Tertia: Si aliqua propositio est necessaria, sua cōtradictoria ē impossibilis. ¶ Quarta est: Si aliqua ꝓpositio est impossibilis sua cōtradictoria ē necessaria. ¶ Arguitur primo sic: Istæ duæ propositiones sunt in eadem linea, hominem non possibile est currere, oēm hoiem impossibile est currere; & tñ non æquipollent: igitur. ¶ Secundò sic: Istæ non æquipollēt, nō ois hō possibiliter currit: quidam hō impossibiliter currit; & tñ sunt in eadē linea: igit. ¶ Tertiò sic: In istis propositionibus, ois hō possibiliter non currit. nullus hō possibiliter currit, seruātur oēs cōditiones, siue ea, quæ debent obseruari in æquipollē- G
tijs: & tñ nō æquipollent: igitur. Ad primū dicitur, ꝙ est defectus: quia subiecta non tenentur vniformiter. Ad secundū dr, ꝙ illæ benè æquipol lent, attēdēdo æquipollētiā ex parte subiecti, & nō ex parte modi. Ad ter tium dicitur: ꝙ modus non tenetur vniformiter: ideo non æquippollēt.

Diuisio propōnū modaliū.

Item propositionum modaliū aliæ sunt contrariæ, aliæ subcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ subalternæ. Vnde quartus ordo, & tertius contrariātur, siue propositiones positæ i tertia, & quarta lineis. Primus ordo, & secundus subcontrariantur primus ordo, & tertius contradicunt, & similiter secundus, & quartus. sed H *primus ordo subalternatur quarto, & similiter secūdus tertio. Vnde versus.*

Tertius est quarto semper cōtrarius ordo.

Sit tibi linea subcontraria prima secundæ.

Tertius est primo contradictorius ordo.

Pugnat cum quarto, contradicendo secundus.

Prima subest quartæ vice particularis habens se.

Hanc habet ad seriem, se le ge secunda sequentem.

Art. 1. PRimo sciēdū, ꝙ ꝑ declaratione propositionū modaliū supponit, ꝙ isti modi, possibile, & impossibile, cōtingens, & necesse, æqualiter ampliāt terminos ꝑcedētes, & sequētes

pro

A pro illo, ꝙ est, vel pōt esse: aliter proposiones de diuersis modis nūquā opponerentur, cū termini deberent teneri vniformiter. Secundò supponitur, ꝙ de oppositionibus propositionū modaliū diuisarū ponūtur aliquę: regulæ quarū prima est. Propositiones modales diuisæ de subiectis singularibus, & modis contrarijs opponūtur cōtrariè sēm formā; seruatis conditionibus requisitis ad contrarias: vt sortem necesse est esse animal, sortem impossibile est esse animal, & de modis contradictorijs opponuntur contradictorie: de modis subcontrarijs, subcontrarie & de modis subalternis, subalternæ seruatis conditionibus requisitis ad tales oppositiones: Et si quis dicat, duę singulares non possunt opponi contrariè: ergo malè dictum est, ꝙ duæ singulares de subiectis & modis cōtrarijs opponuntur contrarie. Respondetur, ꝙ duæ singulares de subiectis singularibus non sunt vniuersales, tamen de modis benè possunt opponi contrariè: & hoc secundum formam: quia non possunt simul esse verę: & similiter dicatur de alijs.

Præcepta ꝙ oppositione modaliū diuisarū.

Diuisio propōnū modaliū.

Instantia.

B

Secvndo sciendū ꝙ propositiones modales diuisæ de subiectis communibus, & de modis cōtrarijs opponuntur contrariè, seruatis conditionibus requisitis ad contrarias: vt omnem hominem necesse est esse animal, omnem hominem impossibile est esse animal: & de modis cōtradictorijs opponuntur contradictorie? & de modis subcontrarijs, subcontrarie: & de modis subalternis, subalternæ: seruatis conditionibus requisitis ad tales oppositiones. Vnde propositiones modales diuisæ de tertia, & quarta lineis, opponūtur contrarie: & de prima & secunda lineis, opponuntur subcontrariè: & de prima & tertia lineis, opponūtur contradictoriè: & etiam de quarta & secunda: Sed propositiones modales diuisæ de prima & quarta, & etiam de secunda & tertia lineis opponuntur subalternè: seruatis conditionibus requisitis ad tales propositiones, de quibus satis visum est. Sed restat vna parua difficultas: vtrū propositiones de contingenti, specialiter capto eodem modo equipolleant & opponantur, sicut propositiones de contingenti, generaliter capto? Respondetur, quòd nō: quia contrariæ de contingenti specialiter capto, & subcontrariæ solum opponuntur secundum modum enunciandi, & non secundum formam: quia aliquando sunt simul falsæ, & aliqñ simul verę: vt alias videbit in logica. dubit. 3. tract. 2. periherm. 2.

Art. 2.

C

Superius cart. 7. h. c.

D

Instātiæ.

Tertio sciendum, ꝙ in modalibus compositis eodem modo sumuntur oppositiones, sicut in illis de ineſſe: ita quòd singularis affirmatiua contradicit singulari negatiuæ, obseruatis conditionibus, requisitis ad contradictionem: vt istæ duæ cōtradicunt: hoc ly, hominem currere est possibile, hoc ly, hominē currere non est possibile. similiter vniuersalis, & particularis contradicunt, obseruatis conditionibus, vt omne ly hominem currere est possibile, quoddam ly hominem currere nō ē possibile. Et particularis affirma-

Art. 3.

Modales compositę quō opponūtur.

E firmatiuæ & negatiua opponuntur subcontrariè: vt quoddam ly hominem currere est possibile, quoddam ly hominem currere non est possibile. & similiter dicatur de alijs oppositionibus. puta de contrarijs, & subalternis. s. quòd vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua opponũtur contrariè: & vniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua opponuntur subalternè. seruatis conditionibus requisitis ad tales oppositiones: vt omne ly hominem currere est possibile, nullum ly hominem currere est possibile. Et si quis dicat: quis est sensus huius propositionis: omne ly hominem currere est possibilẽ. Dicitur, ꝙ talis est sensus: omnis talis propositio, homo currit, est
F possibilis. Et si quis dicat qd est propositio possibilis. Dicitur ꝙ est illa, quæ significatione totali & propositionali significat ita esse, sicut possibile est esse.

¶ Arguitur primo sic: Istæ propositiones, possibile est esse Deũ: ens impossibile est esse deum, sunt in prima & tertia lineis: & tamẽ non opponuntur contradictorie, cũ possint simul esse veræ: igitur. ¶¶ Secundo sic. Istæ duæ, omnem hominem possibile est currere, omnem hominem possibile est non currere oppo-
nuntur cõtrariè: cum vna sit vniuer- G
salis affirmatiua, & alia vniuersalis negatiua: & tamen non sunt de tertia, & quarta lineis. ¶ Tertio sic: Istæ duæ sortem contingit esse animal, sortem contingit non esse animal, sunt in prima & secunda lineis: & tamen non opponuntur subcontrariè, cum sint simul falsæ. Ad primum dicitur: quòd non obseruantur conditiones requisitæ ad contradictorias: ideo non opponuntur contradictoriè. Ad secundum dicitur: ꝙ propositiones vniuersales ex parte dicti, & particulares ex parte modi, non seruant aliquam legẽ oppositionis, neque econtra. cuiusmodi sunt illæ, de quibus fit instãtia. Et cum arguitur: ista est vniuersalis affirmatiua, & alia vniuersalis negatiua. Respondetur H
ꝙ verũ est ex parte dicti, sed non ex parte modi. Ad tertiũ dicitur: ꝙ si, contingens, capiatur generaliter, vt conuertitur cum possibili: tunc illæ duæ opponũtur subcontrarie secundum formam, & non sunt simul falsæ. Sed si contingens accipiatur specialiter pro illo, quod potest esse, & non esse: tunc illæ duæ non sunt in prima, & secunda lineis: quia lineæ non sunt ex contingenti, capto specialiter. sed ex contingenti capto generaliter.

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus secundus.

Porphyrianas quinq; voces, seu (vt vocant) Prædicabilia summatim comprehendens.

Prædicabile, & vniuersale quid.

PRædicabile quãdoque sumitur propriè quãdoque cõmuniter, & sic dicitur prædicabile, quod de pluribus vniuocè prædicatur, vt homo de Sorte, & Platone &c. Quandoque sumitur cõmuniter, & sic dicitur prædicabile, quod de vno solo, siue de pluribus prædicatur vniuoce, vel æquiuoce, vt homo de sorte, vel de platone. Vnde prædicabile proprie sumptum, & vniuersale idẽ sunt secundum rem, tamen differunt secundum rationem: quia vniuersale diffinitur per esse in, prædicabile vero per, dici de. Est autem prædicabile, quod aptum natum est dici de pluribus. Vniuersale autem, quod aptum natũ est esse in pluribus. Prædicabile autem propriè sumptũ, siue vniuersale diuiditur per genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens. Et solum de his hic intendimus.

PRIMO sciẽdum, q̃ postquam determinatum est, de propositionibus, & earum passionibus, consequenter determinandum est de prædicabilibus, & vniuersalibus. Pro cuius declaratone supponitur primo, q̃ duplex est vniuersale sc. in causando vt deus: & in prædicando, vt homo: de quo solum est hic ad propositum. Secundò supponitur, q̃ vniuersale in prædicando potest capi dupliciter, Vnomodo primè intentionaliter: alio modo secundè intentionaliter, seu pro per se significato. Vnde vniuersale primò intentionaliter captum, non est aliud quam aliquid cognitum, vel cognoscibile vt vnũ in multis, & de multis, cui ex natura rei non repugnat sic esse; cuiusmodi sunt significata adæquata terminorum communium. Sed vniuersale secundò intentionaliter captum, non est aliud, quam quidam respectus rationis causatus per actum cõparatiuum intellectus, comparans sibi aliquid in ordine ad sua inferiora, vt vnum in multis, & de multis: & sic diffinitur in textu: vt quando intellectus cognoscit significatũ adæquatum

Art. 1.

Vniuersale duplex.

D Sco. in 1. d. 23. & ibi reportantes. d. 15. q. 2.

Sco. in 2. d. 3. q. 1. & 2. metaph. q. 18.

E quatum iſtius termini, homo in ordine ad ſua inferiora: puta ad petrũ, ſortem: ex tali cognitione cauſatur vnus reſpectus rationis, qui vocatur vniuerſale. Ex quo ſequitur, quòd vniuerſalia non ſunt niſi per intellectum: qualitercunque capiãtur, ſiue primò intentionaliter: ſiue ſecundò intentionaliter: & hoc capiendo vniuerſale pro conceptibus obiectiualibus.

Art. 2. Scot. q. 4. prologi. Inſtãtię. SECVNDO ſciendum, ꝙ logicus principaliter conſiderat de vniuerſali, ſecundè intentionaliter capto, quod eſt ſubiectum in hac ſcientia: & de eius ſpeciebus ſubiectiuis: quę ſunt quinq; vniuerſalia. ſ. genus ſpecies, differentia, proprium, & accidens: & minus principaliter

F de vniuerſali, primè intentionaliter capto. Sed reſtant aliquæ paruæ difficultates. ¶ Prima: vtrũ ſint aliquæ naturæ, ſeu res communes, ſicut dicunt aliqui. Dicitur, quòd aliquid eſſe commune poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per realem exiſtentiam. ſic. ſ. ꝙ ſit aliqua res, quæ realiter ſit in pluribus: & ſic nulla eſt talis, ſupple creata. Aliomodo per indifferentiam. quia ſcilicet quantum eſt de ſe ſibi nõ repugnat eſſe in multis, licet nunquam ſit: & ſic bene ex natura rei ſunt tales res communes. ¶ Secunda difficultas: nonne termini dicuntur vniuerſalia in prædicãdo, cum ſoli illi ponantur in propoſitionibus? Reſpondetur, ꝙ termini poſſunt dici vniuerſalia in ſignificando, ſupponendo, & prædicando. Et tale eſt triplex, ſecundum, ꝙ triplex eſt terminus, ſcilicet mentalis, vocalis, & ſcriptus: vt eſt iſte terminus, G homo, tam mentalis, vocalis, quàm ſcriptus: ſed res cognitæ ſignificatæ adæquate per tales terminos, dicuntur vniuerſalia in eſſe concepto, ſeu in eſſe obiectiuali.

An dentur res cõmunes. Scot. q. 1. prolog. & in 2. d. 3. q. 1.

TERTIO ſciẽdum, ꝙ ſi vniuer Art. 3. ſale & prædicabile accipiantur ſecũdè intentionaliter, ſic habent, ſicut ſubiectum & propria paſſio: ſic, ꝙ vniuerſale eſt ſubiectum: & prædicabile propria paſſio: quæ ſemper eſt eadem cum ſubiecto. Et aduerte, ꝙ ſicut in primis intentionibus, & rebus inueniuntur propriæ paſſiones, ſpecies, differentiæ, & genera: ita in ſecundis intentionibus inueniũtur propriæ paſſiones, differentiæ, ſpecies, & genera: ſicut etiam in priuationibus, quæ non ſunt entia realia, H inuenitur genus, & ſpecies. Sed ſi accipiantur primè intentionaliter. tũc eſt idem conceptus obiectiualis, vel eadem res cognita, quæ dicitur vniuerſalis, & prædicabilis. Aduerte vlterius, ꝙ vniuerſale, ſecundè intentionaliter captũ, eſt genus ad quinque vniuerſalia: ita quòd illa quinque ſunt ſpecies vniuerſalis. Ex quo ſequitur, ꝙ iſtæ ſunt concedendæ: genus eſt ſpecies, differentia eſt ſpecies: immo etiam iſta eſt concedenda: ſpecies eſt ſpecies, ſecundũ prædicationem denominatiuam, & hoc non eſt inconueniens. puta, quando vnum accipitur vt quid, & aliud vt modus. de quo vide Porphyrium parte procemiali in fine nota. 2. Scot. 6. q. quot. in fine pri. mi argu.

ARGVITVR primo ſic: Ex natura rei in re inuenitur natura, quæ eſt apta natą eſſe in pluribus: ergo Sco. in 1. d. 2. q. 1.

ex

A ex natura rei inueniunt vniuersalia.

SECVNDO sic: Si vniuersale, primè intentionaliter captum, esset res cognita, vt vna in multis & de multis sequeretur, ꝙ res subijcerentur, & ꝑdicarentur: quod est falsum.

TERTIO sic: Termini nati sunt de pluribus ꝑdicari: ergo termini dicuntur vniuersalia, & nõ ipsæ res cogniræ. Ad primum dicitur, ꝙ ad hoc ꝙ aliud dicatur actu vniuersale, duæ conditiones requiruntur.

PRIMA, ꝙ illud si cõmunicabile pluribus.

SECVNDA, ꝙ sit in potentia ꝑpinqua, vt dicatur de pluribus: quæ conditio sibi solũ conuenit per intellectum. Ad scd̃m dicitur ꝙ res nõ subijciuntur, neq; prædicantur, sic ꝙ ex ipsis fiant propositiones: tñ possũt B dici, subijci, vel prædicari: capiendo subijci, & prædicari, vt idẽ est, ꝙ termini tam mentales, quam vocales, q̃ scripti dicunt benè vniuersalia in significando, supponendo, & prædicando sed non in essendo.

Genus dicitur tripliciter. Primo modo dicitus genus vt est collectio multorum, quèadmodo se habentium adinuicẽ, & ad vnũ principiũ: vt collectio eorum qui sunt de eadem parentela: & descẽdũt ab vno auo, vt Romani à Romulo. Secũdò modo dicitur genus principium vniuscuiusque generationis: vt patet, vel patria. Tertiò mõ dicitur genus, cui supponitur species: & hoc vltimo modo sumitur hic. & diffinit sic: Genus est, quod prædicatur de pluribus, differentib. specie in eo qd̃ C quid: vt animal ꝑdicatur de hoĩe & de equo: quæ ſpecie differunt.

PRIMO sciendum, quòd omne æquiuocum prius est distinguendũ, quàm diffiniendum. Et quia genus, ẽ ęquocũ: iõ prius ẽ distinguendũ, q̃ diffiniẽdũ. Pro cuius decłone suppo nitur, ꝙ genus tripliciter accipitur. Primomodo accipitur ꝑ collectione multorum, quodam modo se habentium adinuicem, & ad vnum principiũ: vt collectio Romanorũ dr̃ genus. Secundomodo dr̃ genus principium illius collectionis: vt Romulus dicit genus Romanorũ. Et illud principiũ est duplex. s. in producẽdo, vt pater: & conseruando, vt locus. Tertiomodo dicitur, cui supponit̃ species: & de isto est hic ad propositum. Supponit̃ tertiò ꝙ hic nõ determinatur de omnibus acceptionibus generũ, sed solũ D de illis, ad quarum similitudinẽ sumitur genus logicum. Vnde genus logicum habet similitudinem cũ genere primomodo dicto: quia sicut genus primomodo dictũ cõtinet multa ita genus logicum continet multas species. Conuenit ẽt cum genere secundomodo dicto, quia sicut genus secundo modo dictum, est principiũ multorum: ita genus logicũ est principium multarum specierum: & hoc quidditatiuum.

SECVNDO sciendum, ꝙ genus sic diffinitur, Est, quod prędicatur de pluribus specie differẽtibus in quid. in qua diffinitione per illud relatiuum, quod, intelligitur vniuersale, quod est genus ad quinque vniuersalia: & totum residuum ponitur ad

E disse-

Art. 1. 1. Cęl. tex. cõ. 110. Genus tripliciter ſcapitur.

Art. 2. Diffinitio generis.

E differentiam illorum vniuerſalium. Vnde primò ponitur, de plurib. qđ capitur poſitiuè. ſ. de multis ad differentem indiuidui, quod non prædicatur de multis: Secundo ponit, differentibus ſpecie, ad differentiã ſpeciei, quæ non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Tertiò ponitur, in quid, ad differentiã, differentiæ, proprii, & accidentis, q̃ p̃di cantur in quale. ¶ Aduerte, q̃ ibi diſfinitur genus ſecunde intentionaliter captum, & non primæ intentionaliter captum: cũ nihil ſit vnum & vniuocum tanquam genus ad omnia genera, primæ intentionaliter capta. ¶ Vlterius aduerte, q̃ licet genus ſecundæ intentionaliter captũ, ſit ſpecies vniuerſalis, tamẽ in actu ſignato, qui fit per iſta verba, dĩ, prę- F dicatur de plurib. differentib ſpecie.

Scot. in 1. d.8.q. 5. aliàs 2.

Art. 3. Error multorũ.

TERTIO ſciendum, quòd genus, quod hic diffinitur, capitur ſecundæ intentionaliter: de quo diffinitio eius quidditatiuæ prædicatur. Ex quo ſequitur falſitas aliquorum dicentium: q̃ genus ſecundæ intentionaliter captum, diffinitur pro genere primæ intentionaliter capto. & ſi quis dicat: ibi diffinitur illud, pro quo genus ſupponit, vt dicendo: genus eſt, quod &c. ſed genus ſupponit pro prima intentione: quia omnis terminus concretiue acceptus, ſupponit pro ſignificato materiali: ſed genus eſt terminus concretiuus. Reſpondetur, quòd quilibet terminus de bonitate intellectus poteſt ſupponere pro ſuo ſignificato, licet aliquando de vſu pro alio ſupponat. Et aduerte, quòd ſicut iſta eſt denominatiua & accidentalis, G animal eſt genus: ita & iſta, animal prædicatur de pluribus, nam ſicut diffinitum prædicatur de aliquo, & eius diffinitio: quia nulla ſecunda intentio prædicatur quidditatiuæ de primis, ſed tantum denominatiue.

Scot. in 1 d.23.

Scot. in 1. d.4. & in 3. d.7.q.3.

Sco. in 1 d.23.

¶ ARGVITVR primò ſic. Genus eſt ſpecies vniuerſalis, ergo non prędicatur de pluribus differentibus ſpecie: cum ſpecies ſolum prædicetur de pluribus, differentibus numero. igitur: ¶ Secundò ſic: Si diffinitio generis eſſet bona: ſequeretur, quòd iſtæ eſſent concedę dę: homo eſt genus, equus eſt genus, cum differant ſpecie: igitur. ¶ Tertio ſic. Genus prædicatur in quale: ergo male dicitur, quòd prædicatur in quid. Antecedens patet, quia coloratum eſt genus, & prædicatur in quale, vt patet dicendo, paries eſt coloratus. Ad primum dicitur, quòd genus prædicari de pluribus differentibus ſpecie, poteſt intelligi dupliciter. Vnomodo in actu exercito, vt dicendo, homo eſt genus, & ſic non eſt intelligendum. Alio modo in actu ſignato, qui fit per iſta verba, dicitur, prædicatur, & ſic intelligitur hic. & per hoc patet ſolutio ad ſecundam rationem. Ad tertium dicitur, quòd concreta accidentium poſſunt ad duo comparari. Vno modo ad ſua inferiora, & ſic prædicantur in quid, aliomodo ad ſua ſubiecta, & ſic prædicantur in quale.

H

Ad

A *Ad cognoscendum hoc membrum, de differentib. specie, oportet scire, quot modis dicitur differens. vnde tot modis dicitur differens, quot modis dicitur idem: Idem ãt dicitur tripliciter. s. idẽ genere, idẽ specie, idem numero. Eadem genere sunt, quęcunq; sub eodem genere continentur, vt homo, & asinus sub animali. Eadẽ specie sunt, quęcunq; sub eadẽ specie continentur, ut sortes, & Plato sub homine. Idem numero dr quadruplicit er. s. idem nomine, idem diffinitione, idem proprio, & idem accidente. Eadem nomine sunt, quorum res est vna, nomina vero plura: vt* B *Marcus, Tullius. Eadem diffinitione sunt, quorum unum ẽ diffinitio alterius: ut animal rationale, mortale: est diffinitio hominis. Eadẽ proprium sunt: quorum unũ ẽ proprium alterius: vt hõ, & risibile. Eadem accidẽte sunt, quorum vnum est accidens alterius, ut sortes, & albedo, quę est in ipso. Similiter differens dicitur tripliciter, s. genere, specie, & numero. Differentia genere sunt, quæ sub diuersis generibus continentur, vt homo sub animali, & arbor sub planta. Differentia specie sunt: quæcunque sub diuersis speciebus continentur: vt sortes sub homine: & brunellus sub asino. Differentia numero sunt, quæ* C *faciunt diuersum numerũ, vt sortes, & plato. Illud vero dicitur p̃dicari in quid, per quod conuenienter respondet ad interrogationẽ factã per quid, vt si q̃ratur q̃d est homo? conuenienter respondet, animal, & ideo animal p̃dicat in q̃d de homine. Aliter aũt diffinitur sic genus. Genus est, cui supponitur species. Item genus diuidit in genus generalissimum, & genus subalternum. Genus generalissimum est, supra q̃ non est aliud genus superueniẽs, vel genus generalissimum est, q̃ cum sit genus, non potest esse species. Et diuiditur in decem genera generalissima, quæ sunt decem* D *prædicamenta. s. Substãtia, quãtitas, qualitas, relatio, actio, passio, situs, habitus, vbi, & quando. Hæc autem decem dicuntur genera generalissima, quia nullum genus habent supra se. Et licet ens sit supra ipsa, tamen non dicitur de ipsis vniuoce, sed æquiuoce, ideo non est genus. De his autem nihil ad præsens dicetur: sed in prædicamentis. Genus subalternũ est, quod cũ sit genus, bene potest esse species, ut animal est genus hominis, & equi, & species corporis animati.*

PRIMO sciẽdũ, q̃ ad cognoscẽdũ illã particulã, differẽtib. specie videndũ ẽ quot modis dr idem: q̃a opposita, iuxta se posita, magis elucescunt. Vnde idem, dicitur tribus mo

Art. 1.

E dis, scilicet genere, specie, & numero Vnde eadem genere, sunt quę immediatè, & directè continentur sub eodem genere, vt homo, & equus, & p oppositum de differentib. genere dicatur. Eadem specie sunt, quæ directè continentur sub eadē specie, supple specialissima, vt sortes, & plato sub homine, & per oppositum dicat de differentibus specie. Sed idem numero dicitur quadrupliciter. s. noie, diffinitione, propositione, & accidente, quorum diffinitiones satis patent in textu. Vñ inter istas idētitates maior idētitas ē idētitas numeralis, q̄ vt plurib. infert alias idētitates, sed maior diuersitas est diuersitas generica. Et aduerte, q̄ est dr̄a inter ista, diuersum, differens, & non idem. Nā illa sunt diuersa, quæ in cōceptu quidditatiuo non conueniūt vt vltimę differentiæ, sed differētia semper in cōceptu quidditatiuo cōueniūt: vt sortes, & plato, & ista solum dicūtur de ente, sed, nō idē, dr̄ tā de ente, q̄ de nō ente. vt chimera est non idē hoi, & tñ non differt ab homine. quia, negatio extra genus, sicut nō homo, nō idē. dr̄ tā de ente, quàm de non ente.

Idem nu. 4.

Sco. in 1. d. 3. q. 3. & d. 8. q. 4. & in 2. d. 3. q. 6.

Differētia inter diuersū, differens & non idē.

F

Sco. in 1 d. 28. q. 1.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̄ illūd dr̄ prædicari in quid, per quod conuenienter respondet ad q̄onem factam p quid. vt si quæratur, quid, est homo? respondetur, animal. ideo animal prædicatur in quid de homine. ¶ Vnde aduerte, q̄ quicquid prædicatur in quid, prædicatur per se primomodo, sed non econtra, quia differentię prædicantur per se primomodo de speciebus, & non prędicantur in quid, se in quale. ¶ Aduerte ēt q̄ prædicari in quid, & esse de quidditate, non sunt idem, quia differentiæ sunt de quidditate specierū, & tñ non prædicantur de speciebus in qd, sed in quale. ¶ Aduerte vlterius q̄ omne superius prędicatur in quid de suis inferioribus, siue sit in tetminis primæ intentionis, siue secundæ intentionis.

G

Prædicar in quid esse de q ditate d ferant.

TERTIO sciendum q̄ secunda diffinitio generis est ista, Genus est, cui supponitur species, quæ debet sic itelligi. Genus est vniuersale sub quo directè, & immediatè ponitur species. Et dicitur notanter, directè, propter differentias, quæ ponuntur a latere. Dicitur etiam notanter, immediate, propter indiuidua quæ solum mediante specie ponūtur sub genere. Ex quo sequitur, q̄ species est proprium correlatiuum, & non indiuiduum. Et aduerte, q̄ genus diuidit i genus generalissimum & subalternū. Vnde genus generalissimum est, qđ cum sit genus non pōt esse species, qa species habet genus supra se igitur. sed generalissimum non habet genus supra se. igitur. Ex quo sequitur alia diffinitio genus generalissimi, ē, quod nō habet aliud genus super veniens. Et diuiditur in decem p̄dicamenta. s. in substantiam, quantitatē, & qualitatem, & sic de alijs, sic scilicet q̄ decem sunt generalissima, ex ponendo generalissimum, negatiuè. Sed genus subalternum est, quod cū sit genus, benè potest esse species sub alterna. vt animal respectu corporis, est species. & respectu hominis, est genus

Art. 3. Secundi diffinitio generis

H

¶ ARGVITVR primo sic, Animal

B

Species quid.

Scot. in 1 d. 8. q. 3. aliàs 2. subaltern nū quid.

A mal & ſubſtantia ſunt idem genere: & tamen non continentur ſub eodē genere igitur.

¶ Secvndo ſic, Genus & ſpecies ſunt duę ſpecies, ergo vnum non continetur ſub alio.

¶ Tertio ſic, Generaliſſimū eſt ſpecies generis, ergo malè dicitur q̄ generaliſſimum non pōt eſſe ſpecies. Ad primū dr̄: q̄ licet non contineantur ſub eodem genere: tn̄ vnum continetur ſub alio, quod ſufficit. Ad ſm dicitur: q̄ vnum non ponitur ſub alio in actu exercito, tamen benè in actu ſignato. Ad tertium dr̄· q̄ committitur fallacia figuræ dictionis, arguendo à ſuppoſitione ſimplici ad perſonalem.

B Species quid. *Species eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid. In hac .n. diffinitione hoc verbum, prædicatur, dicit aptitudinem, & non actum. Similiter & in alijs: vt hō prædicat̄ de ſorte, & platone, & de alijs particularibus hominib. qui differūt numero, vt prius patuit. Diffinitur etiam ſic ſpecies: Species eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: & de qua genus in eo quod quid prædicatur. Et diuidit̄ in ſpeciem ſpecialiſsimam & ſubalternam. Species ſpecialiſsima eſt, quę cū ſit ſpecies, non poteſt eſſe genus: vt homo, equus, & ſimilia. Vel eſt illa, ſub qua non eſt alia inferior ſpecies ſub ſe. Species ſubalterna eſt: quę cum ſit ſpecies, bene pōt eſſe genus. Vnde quęcūque ſunt inter genus generaliſsimum, & ſpeciem ſpecialiſsimam; poſſunt eſſe genera, et ſpecies: ad aliud tamen et ad aliud ſumpta: ſunt enim: genera reſpectu inferiorum: ſpecies vero reſpectu ſuperiorū: ſicut patet in arbore. Vt hoc autem ſit magis planum, ſumatur exemplum i vnoquoque prædicamento: vt ſubſtantia eſt genus primum, & ſub hoc ponitur corpus: & ſub corpore, corpus animatum: ſub corpore animato, anima: ſub animali animal rationale, & ſub rationali, homo: & ſub nomine ſunt indiuidua, vt ſortes, & plato.* Indiuiduū quid. *Indiuiduum eſt, quod de vno ſolo prædicatur, vt ſortes de ſeipſo.*

Art. 2.

Primo ſciendum, quōd conſequenter videndum eſt de ſecundo p̄dicabili, ſcilicet ſpecie. Vnde ſpecies dicitur duobus modis. Vnomodo vt eſt pulchritudo, vt forma rei. & ſic non capitur hic. Aliomodo pro eo, quod ponitur ſub aſſignato genere, & ſic capitur adhuc dupliciter. Vno modo primè intentionaliter, & ſic non eſt aliud quàm ſignificatum adęquatum alicui⁹ termini cōmunis, vt indifferens eſt ad multa differentia numero. Aliomodo ſecundè intētionaliter; & ſic eſt reſpectus rōnis, cauſatur per actum comparatiuū noſtri intellectus comparantis, tale ſignificatum adęquatum in ordine ad ſua inferiora: & ſi capit̄ hic. Et eius, ſunt tres diffinitiones. Prima ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus, differentibus numero in eo qđ quid & debet intelligi q̄ in illis plurib. plu-

Spēs dupliciter capitur.

Scot. in 1. d. 8. q. 3. aliàs 2.

E rificetur ſpecies ſecundum naturam
Et debet intelligi in tali diffinitione
ſolum, ad differentiã generis, quod
prædicatur de pluribus differentib.
ſpecie. Secunda diffinitio: ſpecies eſt
quæ ponitur ſub aſſignato genere,
ſupple immediatè, & directè. Et po-
nitur notanter, & ſub aſſignato ge-
nere. i. ſub determinato quia non po
nitur ſub quocunque genere. Tertia
Vide Por- diffinitio: Species eſt, de qua genus
phy. in no- in eo quod quid prędicatur. Et de-
tab. 3. pri. bent intelligi iſtæ, diffinitionem in
tract. pri. actu ſignato, qui exercetur in pri-
cap. mis. Et aduerte ꝙ licet vnius rei vel
termini non ſint plures diffinitio-
nes quidditatiuæ. tamẽ poſſunt eſſe
plures per additamentum.

Art. 2. SECVNDO ſciendum ꝙ ſicut,
F genus diuiditur in genus generaliſ-
ſimum, & genus ſubalternum. ita
ſpecies diuiditur in ſpeciem ſpecia-
liſſimam, & ſpeciem ſubalternam.
ſunt tales diuiſiones totius in modo
in ſuas partes. ſic ꝙ ſpecies ſpecialiſ-
ſima, & ſpecies ſubalterna non ad-
dunt ſupra ſpeciem, niſi differentias
accidentales. Ex quo ſequitur, ꝙ ſpe
cies ſpecialiſſi ma, & ſpẽs ſubalterna
non dñt aliquem per ſe vnum conce
ptum, ſed ſolum per accidens: quia
eſſe fundamentum in natura non ha
bente aliam communem inferiorẽ,
eſt accidentale ſecundæ intentioni,
ſpeciei, igitur iſtæ ſunt contingen-
tes ſpecies ſpecialiſſima eſt ſpecies:
Vnde ipſius ſpeciei ſpecialiſſimæ,
ſunt duæ diffinitiones. Prima eſt,
ꝙ cum ſit ſpecies, non poteſt eſſe ge-
nus: ſecnnda ꝙ cum ſit ſpecies, non
habet aliam ſpeciem inferiorem: &
diuiditur ſolum per differentias in- G
diuiduales. Sed ſpecies ſubalterna
eſt, ꝙ cum ſit ſpecies, poteſt eſſe ge-
nus. quia diuiditur per differentias
formales conſtituentes, ſpecies: vt
animal per rationale, & irratio-
nale.

TERTIO ſciendum, quòd Pe- Art. 3.
trus Hyſpanus inciden taliter deter-
minat de indiuiduo, dicens; Indiui-
duum eſt, quod de vno ſolo prędica
tur vt ſortes de ſeipſo: & dicitur de
vno ſolo ad differentiam prædicabi
lis, quod prædicatur de plurib. ¶ Et Obiectio.
aduerte, quòd ibi diffinitur indiui-
duum ſecundè intentionaliter cap-
tum. Et ſi quis dicat, indiui-
duum ſecunde intentionaliter cap-
tum prędicatur de pluribus: puta de
hoc indiuiduo, & de illo. ergo malè H
dicitur, quòd de vno ſolo prædica- Solutio
tur. Reſpondetur, quod indiui-
duum, ſecundè intentionaliter cap
tum, eſt ſpecies: ideo prædicatione
exercita prędicatur de pluribus dif-
ferentibus numero. puta de hoc in-
diuido, & de iſto: Sed prædicatione
ſignata & eſſentialiter, ſolum prædi
catur de vno ſolo. ¶ Aduerte, quod
in diffinitione indiuidui debent in-
telligi illæ particulæ, quæ ponebã- Superius
tur in diffinitione termini diſcreti. in 1. trac.
¶ Aduertefinaliter, ꝙ ſeptem ſunt de propo-
proprietates indiuiduis: quib. indi- ne ſingu-
uiduum cognoſcitur, & diſtinguitur lari.
ſaltem extrinſece, ab alijs quæ
continentur in iſtis verſibus.

Forma, figura, locus, ſtirps, no-
men, patria, tempus.


Hæc ſeptem propriè continet om
nis homo.

AR-

A ¶ Arguitur primo sic: Species prædicatur de pluribus differentibus specie, vt homo est species, asinus est species: ergo malè dicitur, q̃ solum, prædicatur de pluribus differentibus numero. ¶ Secundo, sic: Illa, de quibus prædicatur species, solum differunt numero: ergo species non prædicatur de plurib. differentibus numero. ¶ Tertiò sic: Si individuum, secundè intentionaliter captum, esset species, sequeretur, quòd essent plures species vniuersalis quàm quinque, sed hoc est falsum: igitur. Ad primum dicitur: q̃ species accidentaliter bene prædicatur de pluribus differentibus specie. sed non quidditatiuè. Ad secũdum dicitur, quòd argumentum benè probat, si ly pluribus teneatur cõ
B paratiuè: sed non si teneatur compositiuè. Ad tertium dicitur, negando consequentiam: quia licet individuum sit species: non tamen est species vniuersalis, sed alicuius alterius nobis innominati.

Differentia quid? & quotuplex.

Differentia dicitur tripliciter: cõiter, propriè, & magis propriè. Communiter differẽ C *tia est, qua vnum differt ab altero separabili accidente: vt sorte sedens differt a platone currẽte. Propria differentia est, qua vnũ differt ab altero inseparabili accidente: vt sortes simus differt a platone aquilo. Differentia magis propria est, qua vnum differt ab altero specifica differentia: vt homo per rationale differt ab equo, & asino. Et diffinitur sic: Differentia est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale, vt rationale p̃dicatur de homine, & de his, quæ differunt specie: sumus. n. rationales nos, & dij, vt vult Porphyrius: sed mortale additum nobis, separat nos ab illis. Illud autem* D *dicitur prędicari in quale, per quod conuenienter respondetur ad interrogationem, factam per quale: vt cum quæritur, qualis est homo: conuenienter respondetur rationalis, & ideo rationale prædicatur de homine in quale.*



Aliter ſic diffinitur: Differentia eſt, qua abundat ſpecies a genere: vt homo abundat ab animali his differentiis, rationale, mortale. Et ſciendum eſt, quòd eadem differentia eſt diuiſiua, et conſtitutiua, ſ. diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei: vt rationale diuidit animal cum differẽtia ſibi oppoſita. Dicimus enim: animalium aliud rationale, & aliud irrationale: & iſtæ duæ differentiæ

A *ferenti e constituũt diuersas ſpecies ſubanimali. Omnis.n. differentia, adueniens generi, conſtituit ſpeciem: & ideo conſtitutiua, vel diuiſiua nominatur: mortale enim additum ſuper hoc genus, animal, conſtituit ſpeciem.*

Imò Ari. 7. Metap. 14. *Et dicit Boetius, quod ſola ſpecies diffinitur, diffinitio enim cõſtat ex genere & differentia, ſed ſola ſpecies habet genus & differentias: & omne illud, quod habet genus & differentias, diffinitur.*

Art. 1. PRIMO ſciendum, quòd poſt quàm determinatum eſt de ſecũdo prædicabili. ſ. de ſpecie, conſequenter determinandum eſt de tertio, ſ.

B de differentia. dicendo, ꝙ differẽtia capitur tripliciter. ſ. communiter, ꝓprie, & magis proprie. Vnde differen tia communis eſt, qua alterũ differt ab altero ſeparabili accidente, vt ſortes albus differt a platone nigro: & differentia dicitur communis non ꝓ ꝓdicationem, ſed ſm vſum cõiter loquentium. Differentia propria eſt, qua alterum differt ab altero inſeparabili accidente: vt ſortes ſimus differt a platone aquilo: Et dicitur propria: quia eſt in vſu propriè loquentium. Dria magis propria eſt, qua alterum differt ab altero ſpecifica dria vt rationale, & irrationale. Et dicit magis propria: quia eſt in vſu propriiſſimè loquentium. i. ſapientiũ. & de iſta ſecundò intentionaliter capta, eſt hic ad propoſitum: & diffinit ſic: Eſt, quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quale eſſentiale: & dicitur, eſſentiale, ad differentiam accidentis, & proprii, quę ꝓdicantur in quale accidentale. Vnde illud dicitur ꝓdicari in quale, per quod conuenienter reſpondet ad interrogationem factam per quale: vt ſi quæratur, qualis eſt homo, conuenienter reſpondetur, rationalis.

Differentia capit tripliciter

C

Art. 2. Differentia multiplex.

SECVNDO ſciẽdum, quòd Petrus Hiſpanus nõ ſolum diffinit differentiam genericam: q̃ nõ facit tertium prędicabile, ſed driam, q̃ ẽ cõmunis ad driam genericam, & ſpecificam, & diffinitur ſic, vt eſt tertium ꝓdicabile: Eſt, qđ ꝓdicatur de pluribus in quale eſſentiale. Vnde duplex eſt dria magis propria. ſ. generica, & ſpecifica. Generica eſt, q̃ conuertitur cũ gne, & facit ipſum differre ab oi alio: vt ſenſibile conuertitur cũ animali: & facit ipſum differre ab omni alio. Sed differentia ſpecifica eſt, q̃ conuertitur cũ ſpecie, & facit eã differre ab omni alio. vt rõnale: & talis ſic diffinitur. Eſt quod prędicatur de pluribus differentib. numero in quale eſſentiale. Et aduerte, ꝙ differẽtia ſiue generica, ſiue ſpecifica eſt eadẽ res cum illo, cuius eſt differentia: licet tamen diſtinguatur formaliter: vt rationale eſt idem cum homine: tamen diſtinguitur formaliter.

D

Scot. in 2. d. 3. q. 3. in 2. d. 3. q. 6.

Art. 3. Scot. in 1. d. 8. q. 2.

TERTIO ſciendum, ꝙ aliter diffinitur: differẽtia eſt, qua ſpecies abundat a genere. i. qua ſpecies actu & eſſentialiter plura cõtinet, quàm genus: vt per rationale homo plus continet actu, & eſſentialiter q̃ animal: quia differentia, quæ diuidit genus, non continetur in genere actu, ſed ſolum in potentia. i. ſicut in magis

E gis communi. ¶Et aduerte, ꝙ ista diffinitio conuenit tam differentiæ genericæ, quàm specificæ. ¶Aduerte vltra, ꝙ eadem differẽtia est diuisiua generis, & constitutiua speciei. i. ꝙ illa dria, q̃ cum sua opposita diuidit genus: illa eadem constituit speciẽ: vt rõnale cũ irrationali diuidit animal, & constituit hominem.

¶Argvitvr primò sic: Diffinitio driæ non conuenit driæ specificæ, sicut rõnali: ergo non est bona.

¶Secundò sic. Dria, & illud cuius ẽ dria, sunt idem: vt homo & rationalẽ: sed illud, cui est idem, non prædicat in quale: ergo neq; differentia.

¶Tertiò sic. Quicquid cõtinet species, continet & genus; & cum hoc plus, ergo malè dr, ꝙ differentia est, F qua abundat species a genere. Ad primum dr, ꝙ differentia specifica non continetur sub dria generica: q̃ ibi diffinitur, iõ non oportet, ꝙ diffinitio sibi conueniat. Ad secundum negatur consequentia: qa licet sint idem realiter: distinguuntur tamen formaliter; quod sufficit. Ad tertiũ dicitur, quod genus in potentia benè plura continet, quàm species, sed non in actu.

Proprium quid, & quotuplex.

PRoprium dicitur quadrupliciter. Vnomodo dicitur proprium: quod cõuenit soli, sed non omni: vt esse grammaticum. Secundo modo dicitur proprium, qđ conuenit omni, sed non soli: vt esse bipedem. Tertio modo dicitur proprium, quod conuenit omni, et soli; sed non semper: vt canescere in senectute. Quarto modo dicitur proprium, quod cõuenit omni, & soli, & semper: vt risibile ineſt omni homini, & soli speciei hominis, & semper: non enim dicitur homo risibilis eo, ꝙ semper actu rideat: sed quia aptus natus est ad ridendum: & proprium, hoc modo sumptum: est vnum de quinque predicabilibus: & diffinitur sic ab Aristotele. Proprium est, quod conuenit omni, & soli, & semper, & conuersim prædicatur de re: & non indicat quid est esse rei, vt risibile ineſt homini. Non indicat quid est esse rei, ponitur in diffinitione propij, ad differentiã diffinitionis, quæ conuersim prædicatur de re, & indicat quid est esse rei: substãtia animata sensibilis conuertitur cum G *animali, & indicat eius esse: qa omnis diffinitio datur per substãtialia. omne enim superius est de essentia inferioris. Diffinitio.n. diffinitur sic ab Aristotele. Diffinitio est oratio, quid est esse rei significans: proprium autem non indicat quid est esse rei.*

H

Art. 1. proprium dicit quatuor modis.

Primo sciẽdũ, ꝙ postq̃ determinatum est de tertio prædicabili; consequenter determinandum ẽ de quarto, s. de proprio. Vnde ꝓprium dr quadrupliciter. Primo, ꝙ in ẽ soli, supple: speciei, & non omni, supple indiuiduo illius speciei, vt esse grammaticum conuenit soli homini, & non omni: & hoc accipiẽdo grãmaticum pro illo, qui hẽt grammaticam acqnisitam ꝑ laborem, & exercitium.

A citium. ſecundomodo dr̃ ꝑprium, quod ineſt omni, ſupple individuo, ſed non ſoli ſpeciei, vt eſſe bipedem, conuenit omni homi, ſupple perfecto; ſed non conuenit ſoli homini, qa conuenit aubus: tertiomo dr̃ ꝑprium, quod ineſt omni, ſoli, ſed nō ſemper; vt caneſcere, quod ineſt oi, ſoli, ſed non ſemper: & conuenit oi homini ſupple viuenti ſm cōem cursum naturæ, & ſoli. Et licet multa alia animalia dicantur griſeſcere, nō tamen caneſcere, quartomodo dr̃ ꝑprium, quod ineſt omni, ſoli, & ſemper: vt riſibile conuenit omni homini, & ſoli, & ſemper: quia ſiue ſortes ſit, ſiue non ſit, ſemper eſt riſibilis: & de iſto eſt hic ad propoſitum: & non de aliis.

SECVNDO ſciendū, ꝙ iſte' ter
B minus, proprium, poteſt eſſe terminus primæ intentionis, & ſecūdæ intentionis. Quando eſt terminus primæ intentionis, & ſic tm̃ ſignificat, quantū hoc complexum, res, q̃ non
sc. in quo pōt communicari: & ſic opponitur tupl. q. 4. cōi. Sed quando eſt terminus ſecūdę intentionis, ſignificat reſpectum rōnis qui attribuitur, quò ad denominationem alicui cognito, ſeu ſignificato adæquato termini propriæ paſſionis: vt riſibile, ſenſibile: & ſic eſt hic ad propoſitum.

Art. 3. TERTIO ſciendum, ꝙ ꝑpriū ſecundè intentionaliter captum, p̄t dupliciter diffiniri. Vnomodo vt ꝑprium, & ſic diffinitur in textu, eſt quod accidit omni, ſoli, & ſemper, & conuerſim. i. conuertibiliter prædicatur de re. i. de ſubiecto: vt riſibile eōuertibiliter prędicatur de hoie.

Aliomodo vt eſt quartum prędicabi C
le ab alijs diſtinctum: & ſic diffinitur: eſt quod prædicatur de plurib. accidentaliter intranſmutabiliter in eo quod quale. vnde per hoc quod dicitur tranſmutabiliter differt ab accidente: per hoc quod dicitur, in qualem differt a ſpecie, & genere. Et aduerte quòd prædicari accidentaliter poteſt capi dupliciter: Vnomodo vt diſtinguitur contra p̄dicari eſſentialiter: & ſic ibi capitur. Aliomō vt diſtinguit contra p̄dicari neceſſario: & ſic ibi propriè non accipitur.

¶ ARGVITVR primò. Omne vniuerſale dēt immediatè p̄dicari de plurib. ſed proprium immediate nō prædicatur de plurib. vt patet de riſibili, quod prędicatur de pluribus mediante ſpecie: igitur. ¶ Secundo ſic: Omne vniuerſale dēt habere ali- D
quem proprium modum prędicandi: ſed proprium non hēt, quia hoc eſſet p̄dicari de pluribus differentib. numero, vel ſpecie. Tertio ſic: Ridere eſt proprium hois, & tamen nō facit iſtud quartum p̄dicabile: igitur. Ad primum dicitur, ꝙ non oportet omne vniuerſale prædicari de pluribus immediatè, licet benè oporteat ipſum prędicari de pluribus. Ad ſecundum dicitur, quòd prędicari de pluribus in quale accidentaliter, & intranſmutabiliter, eſt proprius modus prædicandi proprij. Ad tertium dicitur, ꝙ licet riſibile ſit proprium hominis, non tamē ridere, ſed eſt eius accidens.

Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Accidens quid.

Art. 1. proprium dicit quatuor modis.

E ptionem : vt album, nigrum, hæc enim possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionẽ. Aliter diffinitur sic, accidens est, quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, nest autem rei. Vel sic : Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse : vt album, nigrum, sedere & huiusmodi. Et de his duabus diffinitionibus vltimis dicit Aristoteles, quòd secunda melior est quàm prima : quia ad cognoscendum primam oportet scire quid sit genus, quid species, quid differentia, quid proprium : secunda F autem per se finita est ad cognoscendum, quid per eam dicitur.

Negatio cognoscit per affirmationẽ 2. periher. in fi. & 4. Meta. 2. & 16.

Accidens duplex.

Accidentium aliud separabile aliud inseparabile. Separabile est illud, quod potest separari a subiecto: vt album, nigrum, sedere, & huiusmodi. Inseparabile est, quod non potest separari à subiecto : vt nigredo in coruo, & albedo in cygno. Non tamen est contra diffinitionem, qua dicitur, quòd accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem : quia vt vult Porphyrius : coruus potest intelligi albus, & æthiops nitens candore, præter subiecti corruptionem.

Cap. de accidente.

Accidentium aliud commune: aliud proprium commune, vt album, nigrum, proprium, ut albedo Sortis, Simitas platonis.

POSTQVAM determinatum, G
est, de quarto prædicabili: consequẽ Art. 1.
ter determinandum est de quinto, & vltimo, scilicet de accidente. Vnde accidens dupliciter accipitur, scilicet primè intentionaliter, & secundò intentionaliter. primè intentionaliter capit dupliciter. Vnomodo ꝓ denominato, & sic est forma, q̃ ꝓt adesse & abeẽ. i. inhærere, & non inhærere subiecto, vt albedo, nigredo. Aliomodo formaliter, & sic est respectus formæ inhærentis. ad subiectum, cui inhæret. & tunc dicitur denominatiuè de nouem prædicamentis: vt albedo est accidens. Aliomodo accipitur secundò intentionaliter: & sic est respectus rationis, qui attribuitur alicui cognito, quod potest adesse, & abesse subiecto: & debet ibi capi, adesse, & abesse, secundò intentionaliter, quemadmodum visum est in materia contingenti. Vnde illa secunda intentio non habet solum accidens reale pro fundamento, sed potest etiam fundari in natura humana Christi.

Accidens capit dupliciter.

H

Art. 3. Diui duplex cident

Car. 19. scot. in 1. d. 13. e sin 3. d 7. q. 1. Diffinitiones tres de accidẽte.

SECVNDO sciendum, ꝙ accidentis, secundò intentionaliter capti, tres sunt diffinitiones. Prima est, quòd potest adesse & abesse subiecto, præter subiecti corruptionẽ, quæ potest exponi dupliciter. Vnomodo realiter, & sic est sensus: accidens est forma, quæ potest adesse, & abesse id est, inhærere, & non inhærere subiecto, præter subiecti corruptionem, ideſt præter hoc, quòd propositio exprimens fiat impossibilis. Aliomodo exponirur logicaliter, & tunc est sensus,

A sus, accidens est vnum vniuersale, quod potest affirmatiuè, & negatiuè enunciari de subiecto, præter hoc, quod propositio fiat impossibilis, secunda diffinitio. Accidens est vniuersale, quod, supple, respectu sui subiecti, non est genus, neque species, neque proprium, &c. Tertia diffinitio, Accidens est, quod contingit eidem inesse, & non inesse, & est eadem in sententia cum prima, & potest exponi, sicut prima. Vnde in omnibus istis potest diffiniri accidens in rarione prædicabilis, & sic diffinitur. Accidens est vniuersale, quod potest prædicari de pluribus accidentaliter, & transmutabiliter in eo quod quale.

B Art.3. Diuisio duplex accidentis. TERTIO sciendum, ꝙ ipsius accidentis duæ sunt diuisions: Prima accidentium aliud inseparabile. Separabile est, quod potest per naturam faciliter separari a subiecto: vt albedo, & nigredo. Inseparabile est, quod per naturam, & faciliter non potest separari a subiecto: vt nigredo corui, similitas nasi secunda diuisio: accidentium aliud commune, aliud proprium. i. singulare. Commune est, quod potest prædicari de pluribus: vt album nigrum. Proprium est quod non potest prædicari de pluribus: vt hoc album hoc nigrum. Ex quo sequitur, quòd ibi capitur commune, ut distinguitur contra singulare.

¶ ARGVITVR primo. Conbustio est accidens domus: & tamen nō pōt adesse, & abesse subiecto, præter subiecti corruptionem: igitur. ¶ Secundō sic: Accidens est species vniuersalis: ergo malè dicitur quod accidens est, quod non est genus, neque species. ¶ Tertiò sic: In tertia diffinitione accidentis ponuntur opposita. s. inesse, & non inesse: igitur nō est bona. Ad primum dicitur, quòd combustio non pōt adesse & abesse capiē do ly adesse, & abesse, primè intētio naliter, sed benè capiendo secundè intentionaliter. Ad secundum dicitur ꝙ accidens secundè intentionaliter captum, est benè species vniuersalis, tamen benè respectu sui domi nati non est genus neque species. Ad tertium dicitur, in aliqua diffinitione sine aliquo incontinenti tribus modis possunt poni opposita. Primo disiunctim: vt ꝓpositio est oro, verum vel falum significās. Secundo modo copulatim. vt contradictio est affirmatio, & negatio, eiusdem de eodem. tertio modo mediate aliqua dictione, sub qua non repugnat ipsis conuenire alicui: sicut sunt istæ dictiones, potest, & contingit.

C

Commune est autem omnibus quinque prædicabilibus de pluribus prædicari. Differunt autem genus, & species: quoniam genus de plurib. prædicatur, quàm species, & quàm alia prædicabilia, & per hoc differt ab aliis. Differentia autem differt a genere, quoniam genus prædicatur in quid, differentia vero in quale. Item differentia differt à specie, eo quòd prædicatur de pluribus speciebus: species vero non. Similiter differentia differt ab accidente, quia accidentia

Communitates & diuersitates quinq; prædicabilium.

E tia suscipiunt magis & minus, intensionem & remissionem; differentia vero non suscipit magis neque minus. Differt autem species a genere, quia genus continet species, & non continetur ab eis. Species autem differt a differentia, quia ex pluribus differentijs bene constituitur una species: ut istæ differentiæ, rationale, mortale coniunguntur ad constitutionem huius speciei, homo, species vero non coniungitur speciei, vt gignat aliam speciem, quædam enim particularis equa cuidam particulari asino permiscetur ad muli generationem, sed non equa & asinus in communi.

F Species autem differt à proprio, quia species natura, prior est proprio, proprium verò posterius est specie. Præterea, quorum termini et diffinitiones sunt differentes, ipsa sunt differentia, ergo species, & proprium sunt differentia. Species autem differt ab accidente, quia species prædicatur in quid, accidens vero in quale, vel quomodo se habet, species etiam uatura prior est accidente: enim accidens natura posterius est suo subiecto. Proprium autem differt ab accidente, quia proprium de una sola specie prædicatur, cuius est proprium, accidens vero de pluribus speciebus, & accidens primo inest indiuiduis, & per posterius generibus & speciebus: non enim dicitur homo, aut animal currit: nisi quia sortes, uel plato currat, proprium autem primò conuenit speciei, & per speciem conuenit indiuiduis. Item genus, differentia, species, proprium æqualiter participantur ab omnibus, de quibus prædicantur, accidens vero non, sed suscipit intensionem, & remissionem. Item genus, differentia, proprium vniuocè prædicantur, accidens autem non prædicatur vniuocè, sed denominatiue.

Prædicari autem vniuocè, est prædicari secundum vnum nomen, & rationem vnam, secundum illud nomen sumptam, vt homo secundum vnum nomen prædicatur de sorte, & platone, vt sortes est homo, plato est homo, & ratio eius, secundum illud nomen est vna, vt animal rationale, mortale. Et ob hoc ens non potest esse genus, quia licet secundum vnum nomen prædicetur de pluribus, non tamen secundum vnam rationem. Ratio enim entis, secundū q̄ dicitur de substantia, ē ens per se. Secundum autem q̄ dicitur de alijs nouem prædicamentis, est ens in alio, & sic prædicatur secundum diuersas rationes, & ideo non prædicatur vniuoce, sed potius æquiuoce, aut multipliciter.

G Prædicari vniuoce, æquiuoce

H & denominatiue quid.

A citer. *Prędicari autem æquiuoce, est prædicari vno nomine, & rationibus diuersis, secundum illud nomen sumptis: vt canis vno nomine, prædicatur de cane latrabili, sydere celesti, & pisce marino: non autem secundum illud nomen ratio est eadem omnibus, sed alia, & alia. Denominatiua dicuntur, quęcunque ab aliquo solo casu sut differentia, & secundum illud nomen habent appellationem: vt a grammatica grammaticus, a fortitudine fortis: vnde grammaticus, & fortis prędicantur denominatiuè:*
B *ergo, & accidens denoiatiuè dicitur prædicari.*

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ postquàm determinatum est de vniuersalibus secundum se: consequenter determinandum est de ipsis comparatiuè, ponendo aliquas conuenientias, & differentias eorum. Vnde conueniunt omnia prædicabilia in hoc, ꝙ de pluribus, ideſt de multis prædicatur. Sed differunt primo. quia genus prædicatur de pluribus, quàm alia. Deinde ponit differẽtias ipsius differentiæ ab alijs, quæ satis patent in textu. Et quando dicitur, ꝙ accidẽs suscipitur magis, & minus, & differentia non debet intelligi, ꝙ differẽtia non suscipit magis, & minus respectu illius, cuius est differentia: licet benè possit suscipere magis & minus respectu subiecti, sicut accidens cuius est differentia, cum sint idem. Deinde ponitur differẽtia speciei ab alijs. quæ satis patẽt in textu. Et quando dicitur, ꝙ genus continet speciem & non econtra: debet intelligi eadem continentia: quia genus continet speciem in potentia, & species continet genus in actu.

Accidens qũo suscipit magis & minus

C

Secvndo sciendum, ꝙ consequenter ponit differentias proprij ab alijs: dicens, ꝙ proprium differt ab accidente. quia accidens prædicatur de pluribus differentibus specie, vt albũ de homine, & boue proprium vero de vna sola specie. vt risibile de solo homine, & debet intelligi de proprio speciei, quia proprium generis præiudicatur de pluribus differentibus specie vnde sicut species habent suas proprias passiones, ita & genera. Deinde ponit differentiã accidentis ab alijs dicens, ꝙ accidens bene potest prædicari de suis subijcibilibus, respectu quorum est accidens secundum magis & minus alia vero non, vt animal non prædicatur de homine, boue, & leone secundum magis, & minus. Art. 2.

D

Tertio sciendum, ꝙ prædicari vniuoce, est prædicari per se, vno nomine, & vna ratione, id est, vno conceptu obiectiuali, sumpto secundum illud nomen, ita ꝙ illa dicitur prædicari vniuoce de aliquibus, quod importat aliquod per se communicabile illis, vt homo prædicatur vniuoce de sorte, & platone quia important aliqd ipsis ꝑ se cõicabile puta humanitatem. Ex quo sequitur, ꝙ ens dicitur vniuoce de decem Art. 3. sco. in 1. d. 3. q. 1. & d. 8. q. 3. alias 2.

Ecem prædicamentis, licet non habeat rationem ideſt diffinitionem: habet tamen conceptum communem ipſis, qui non eſt aliud, quàm ipſa entitas cognita, vel cognoſcibilis. Sed prædicari æquiuoce, eſt prędicari vno nomine, & rationibus. i. conceptibus diuerſis, ita quod illud dicitur prædicari æquiuoce quod non importat aliquid communicabile ſecundum illud nomen illis, de quibus prædicatur, vt canis non importat aliquid communicabile, ſecundum illud nomen, cani latrabili ſyderi celeſti, & piſci marino. Sed p̄ dicari denominatiue, eſt prędicari vno nomine, & vna ratione accidentali, cuiuſmodi ſunt omnia accidentia reſpectu ſuorum ſubiectorum, & F omnes termini ſecundę intentionis reſpectu rerminorū primæ itētionis.

¶ Argvitvr primò ſic, prædicabilia ſunt ſecundæ intentiones, G ſed ſecundæ intentiones non prędicantur de pluribus cum ſoli termini de pluribus prædicentur. igitur. ¶ Secundò ſic, Senſibile eſt propriū, & tamen prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, igitur &c. ¶ Tertiò ſic. Aſinus & equa ſunt duæ diſtinctæ ſpecies, ex quibus generatur tertia ſcilicet mulus, ergo ex duabus ſpeciebus poteſt fieri vna tertia. Ad primum dicitur, quòd viſum eſt alias quid ſit dicendum. Ad ſecundum dicitur, quod proprium ſpeciei de vna ſola ſpecie prædicatur tamen proprium generis, cuiuſmodi eſt ſenſibile, de pluribus ſpeciebus prædicatur. Ad tertium dicitur, quod ex duabus ſpeciebus extrinſecè, & effectiuè poteſt conſtitui tertia, non tamen intrinſece, & formaliter. H

supr. ca. 33. H. & in Leg. magna ſupra prohœm. Porph. 5. 1. art. 1.

Aequiuoca quid.

Art. 1.

SVM-

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Tertius.

Decem Aristotelis Cathegorijs concinnè respondens.

AD cognoscendū prædicamenta, q̃dam sunt necessariò p̃mittenda: sine quorum cognitione nequaquàm p̃t haberi cognitio p̃dicamentorum. Eorum ergo, q̃ dicuntur: quædam sunt vniuoca, q̃dam æquiuoca: & quędam denominatiua, Æquiuoca dicuntur, quorum solum nomen est cõe: & rõ substantiæ secundum illud nomen, est diuersa: vt animal significat animal viuum, & animal pictum: & nomen eius solũ est cõmune, & secundum illud nomẽ, ratio substantiæ est diuersa. Dicimus. n. de leone picto in pariete: ecce terribile animal: & de leone viuo idem dicimus, æquiuocè. Et de statuis regũ dicimus: isti sunt tales reges, & de his, qui adhuc regnant, idem dicimus, sumẽdo nomen regis æquiuoce.

Aequiuoca quid.

Art. 1. SCIENDVM est primò, quòd postquàm in secundo tractatu determinatum est de vniuersalibus cõsequenter in hoc tertio tractatu determinandum est de prædicamentis: cuius subiectum assignatur, prædicamentum, sub ratione ordinabilitatis: de quo alias magis videbitur in logica notabili. 2. q. prohœmiali. Et antequã determinetur de prædicamentis, primò determinandum, D est de Ante prædicamentis: quæ valent ad notitiam prædicamentorũ habendam. Vnde ante prędicamentum est quoddam documentum, valens, immediatè, & a priori ad notitiam prædicamentorum habẽdam. Et dicitur notanter, immediatè, propter vniuersalia, quæ mediatè valẽt ad cognitionem prædicamentorum habendam. Dicitur etiam notanter, a priori, propter post prędicamenta, quæ valent ad cognitionẽ prædicamentorum a posteriori. Et aduerte, q̃ in generali tria sunt ante prædicamenta, scilicet diffinitio, quæ valet ad cognitionem, siue ad cognoscendum modum prædicandi ipsorum prædicamentorum de suis inferioribus, vel de prima substantia. Secundum est diuisio, quæ valet ad cognoscendum cond itionem eorum, quæ

E reponũtur in prædicamento: quia omnia talia debẽt esse incomplexa. Tertium est regula, quę valet ad cognoscendum ordinem eorum, quæ reponuntur in prædicamentis. Sed in speciali sunt septẽm, scilicet tres diffinitiones, duæ diuisiones. & duæ regulæ.

SECVNDO sciendum quòd primum ante prædicamentum in spali est diffinitio æquiuocorum: de qua solum per accidens ibi determinatur: cum solũ per accidens valeat ad cognitionem prædicamentorũ. Vnde æquiuoca sic diffiniuntur. Aequiuoca dicuntur. i. sunt conceptibilia, quorum nomen. i. vox, est commune: & secundum, illud nomen ratio, i. conceptus obiectiualis, vel formalis, est diuersa: ita ꝙ illa sunt æquiuoca q̃ non conueniunt in aliquo cõceptu obiectiuali, importato per illud nomen. i. per illam vocem, per quam significantur: vt canis latrabilis, piscis marinus, sydus cœleste dicuntur æquiuoca respectu illius vocis, canis: quia non conueniunt in aliquo conceptu, importato per illã vocem, canis licet possint conuenire in conceptu importato per aliud nomen, vt puta per substantiam, vel corpus. Ex istis patet, ꝙ ibi accipitur nomen largè, pro voce, & non vt est, pars orationis, ab alijs distincta: etiã ibi non accipitur ratio pro diffinitione, sed pro conceptu.

Scot. in 1. d. 3. q. 3.

Art. 3. Acquiuoca duplicia.

TERTIO sciendum, ꝙ æquiuoca sunt duplicia scilicet ęquiuoca æquiuocata, & æquiuoca æquiuocãtia. Vnde ęquiuoca ęquiuocata possunt capi dupliciter, scilicet primè intentionaliter: & sic sunt tres significati G catę per idem nomen diuersis conceptibus. i. quæ non conueniunt in aliquo conceptu, importato per nomen, per quod significantur: vt canis latrabilis, piscis marinus, & sydus celeste respectu liuius vocis, canis. Aliomodo secundè intentionaliter. & sic sunt respectus rationis ipsarum rerum cognitarum ad vocẽ, per quam signãtur. Etiam ęquiuoca æquiuocantia possunt capi dupliciter. s. primè intentionaliter: & sic sunt termini, significantes plura diuersis conceptibus. i. qui non significant aliquem conceptum communi cabilem illis quæ significant: vt canis: Aliomodo capiũtur secundè intentionaliter: & sic sũt respectus rõnis ipforum terminorum ad res significa H tas per ipsas Aduerte vltra ꝙ duplex est æquiuocum æquiuocans, scilicet a casu, & a consilio. A casu est terminus plura æque primò significans diuersis conceptibus: vt canis. Sed a cõsilio est terminus, plura significans diuersis conceptibus, vnũ per prius, & reliquum per posterius: vt homo significat hominem viuum, & hominem pictum: hominem viuum, per prius, & hominem pictum per posterius. & similiter posset dici de quolibet termino vocali, significante substantiam.

¶ ARGVITVR primo sic: prędicamenta sunt entia realia, ergo de ipsis non est hic determinandum. ¶ Secundò sic: Aquiuoca non diffiniuntur: ergo male ponitur diffinitio eorum. ¶ Tertiò sic: Si iste terminus, homo, esset æquiuocum a consi

lio

A lio sequeretur, ꝙ ista esset distinguẽda, homo currit: cum omnis propositio, in qua ponitur terminus æquiuocus, sit distinguenda. Ad primum dicitur, ꝙ prædicamenta possunt capi, dupliciter. Vnomodo primè intẽtionaliter: & sic sunt res cognitę, seu conceptus cõmunicabiles, sicut substantia, quantitas: & de ipsis hic per se non determinatur. Aliomodo secundę intentionaliter, ut sunt respectus rationis, qui attribuuntur talib. reb. cognitis: & sic de ipsis hic determinatur. Ad secundum dr, ꝙ æquiuoca æquiuocantia, primę intentionaliter capta non diffiniuntur: tamen bene æquiuoca æquocata, secundę intentionaliter capta.

Ad tertiũ dr, ꝙ quando in aliqua ꝓ
B positione ponitur terminus æquiuocus a consilio respectu prędicati, conuenientis significato principaliori: tunc illa non est distinguenda per illam regulam. ¶ Omne analogũ, per se positũ, stat pro suo famosiori significato. sed quando ponitur respectu prædicati, conuenientis significato minus principali: tunc illa est distinguẽda, & hoc ꝓp vsũ logicorũ.

Colligit ex 7. Met. tex. com. 25.

Vniuoca quæ.

Vniuoca dicuntur, quorum nomen est commune, & rõ substantiæ secundum illud nomen est eadem: vt hoc nomen, animal, ẽ cõmune homini, boui, & leoni: & similiter ratio substantię secundũ illud nomen est eadem: ut homo ẽ animal, bos est animal: & homo substantia animata sensibilis: bos est substantia animata sensibilis: & sic nomen est cõe eis, &

C *ratio secundum illud nomen est eadem: nihil. n. aliud est homo, secundum ꝙ est animal, quam substantia animata sensibilis & similiter bos. Denominatiua dicũ*

Denominatiua q.

tur, quæcunque ab aliquo solo casu sunt differentia, & secundũ illud nomen habent appellationẽ: vt a grammatica grammaticus & a fortitudine fortis, differũt solo casu. i. sola cadentia, quę est a parte rei: & secundum illud nomen habent appellationẽ. Nomẽ. n. denominatiuum debet cõicare cum nomine vniuoco in principio, & differre in fine: vt a gram-

D *matica grammaticus, ab albedine albus. Eorum quæ dicuntur: q̃dam dicuntur cum complexione ut homo currit, quędam sine complexione, ut homo, vel currit.*

Art. 1.

Primo sciendum, ꝙ vniuoca sic diffiniuntur. Vniuoca dicuntur. i. sunt conceptibilia, quorum nomen i. vox est commune: & ratio. i. conceptus secundum illud nomẽ est eadem: vt homo, bos respectu animalis sunt vniuoca: quia cõueniunt in aliquo conceptũ ipsis communicabili, importato per illud nomen, per quod secundario, & adęquate significantur. Et sunt duplicia scilicet vniuoca vniuocata, & vniuoca vniuocã tia vnde vniuoca vniuocata possunt capi dupliciter, scilicet pro denominato, & pro per se significato. Pro denominato sunt res, secundario significatæ per nomen cõmune vno conceptu. Sed pro per se significato

Vniuoca duplicia.

E ſunt reſpectus rationis illarum rerũ ad tale nomen. Sed vniuoca vniuocã tia ſunt termini ad placitum, ſecũdario ſignificantes ſecundum vnum, conceptum vt homo reſpectu Petri, & Guillermi. i. ꝙ ille terminus eſt vniuocum uniuocans, qui ſignificat aliquid pluribus communicabile.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, ꝙ denominatiua ſic diffiniuntur. Denominatiua dicuntur quæcunque .i. quæ ab aliquo, ideſt a ſuis denominantibus ſolo caſu. i. ſolis finalibus terminationib. differunt, & habent appellationẽ .i. denominationem ſm illud nomen, ideſt ſecundum nomĩna abſtractorũ: vt grãmaticus a grãmatica album ab albedine. Ex quo patet, ꝙ quæcunque, ibi capitur particulariter, & numerus ſingularis ꝓ F numero plurali reſpectu huius, ab aliquo ſolo caſu. Et ſunt triplicia de

Denominatiua triplicia. nominatiua. ſ. voce tantum, ſignificatione tantum, voce, & ſignificatione ſimul. ¶ Voce tm̃ ſunt, quę conueniunt in principio dictionis cum ſuis abſtractis, & differunt in fine: ſed non important eandem formã: vt ſtudioſus a ſtudio. ¶ Sed denominatiua ſignificatione tm̃ ſunt, quæ non conueniunt in principio dictionis cum ſuis abſtractis. tamen bene in re ſignificata · vt ſtudioſus à virtute: ¶ Sed denominatiua voce, & ſignificatione ſimul ſunt, quæ conueniunt in principio dictionis cũ ſuis abſtractis: & differunt in fine: & important eandem formam accidentalem denominato: & talia dffiniuntur in textu. vnde in qualibet denominatione, proprie dicta, tria repe-

riuntur, ſcilicet denominans, quod G non eſt aliud, quam abſtractum: denominatiuum, quod eſt ipſum concretum; & denominatum, quod eſt ſubiectum: vt Petrus eſt albus: albedo eſt denominans, albus denominatiuum, & Petrus eſt denominatũ.

TERTIO ſciendum, quòd prima diuiſio anteprædicamentalis eſt Art. 3. iſta: Eorum, quæ dicuntur. i. quæ p vocem exprimuntur, vel ſignificantur: quædam dicuntur cum complexione, vt homo currit: quædam ſine complexione, vt homo. Vnde illa dicuntur cum complexione', quæ mediante' conceptu complexo exprimuntur: & illa ſine complexione quæ mediante' conceptu in complexo exprimuntur; & eſt duplex complexio, ſcilicet diſtans: & indiſtans: de quib. alias viſum eſt. Et aduerte, H ꝙ iſta diuiſio valet ad cognoſcendũ Supr. car. b. ea, quæ ſunt in prædicamẽto ab illis, q̃ non ſunt in p̃dicamento. Nam Sco. in 1. ſola entia incomplexa finita & limi- d. 8. q. 3. & in quot tata ponuntur in prædicamento: vn lib. q. 5. de ꝓ hoc qđ dr̃ entia: remouent nõ entia, vt ꝙ chimera. per hoc qđ dr̃, incõplexa, remouentur cõplexa, quæ non ſunt in prædicamento. Et ſi qs dicat: corpus animatum eſt quid cõ Inſtantię. plexum, & tamen eſt in prædicamẽto: igitur. Reſpondetur, ꝙ corpus animatũ poteſt capi dupliciter. Vno modo, vt repreſentat aliquod complexum: & ſic non eſt in prædicamẽto. Alio modo vt circumloquitur nobis aliquod incomplexum, & ſic bene eſt in prædicamento. Et per hoc, quod dicitur limitatum remouentur tranſcedẽtia, per hoc, quod dicitur

A citur finita, remouetur Deus; quia Deus non est in prædicamento.

¶ Argvitvr primo sic: Bos & homo vniuocantur in animali, & tamen ratio animal non est eadē: quia ratio animalis ſm vnūquodq; animal, est altera, & altera. ¶ Secundo sic, Album, & nigrum sunt denominatiua, & tamen a nullo denominante solo casu differunt, igit. ¶ Tertio sic, Si prima diuisio esset bona, sequeretur, q̄ res reponerentur in prę dicamento, quia illa, quæ dicuntur sine complexione, sunt res, & sola talia reponuntur in prædicamento.

Ad primum dicitur, q̄ rationem animalis secundum vnumquodq; animal esse alteram, & alteram, potest intelligi dupliciter. Vno mō ſm q̄ p

B nomen animalis importat̄, & sic negatur. aut secūdum quòd per nomina specialia animalium importatur & sic conceditur. Ad secundum dicitur, quòd in illa diffinitione numerus singularis debet accipi pro numero plurali. Ad tertium dicitur, q̄ res poni in prædicamento potest intelligi dupliciter. Vnomodo sic, qđ subijciantur & prædicētur, sic quòd ex ipsis fiant propositiones; & sic non reponuntur in prædicamento. Alio modo, quòd concipiantur in ratione superioris, & inferioris, & sic benè ponuntur in prædicamento.

Sed priusquam alterum membrum diuisionis huius subdiuidatur, distinguendi sunt modi essēdi in: quia necessarij sunt ad sequentem diuisionem cognoscēdā, & ad ea quę postea dicentur.

Octo modi essendi in.

¶ *Primus igitur modus essēdi in* C *est quando aliquid dr̄ esse in aliquo, sicut pars integralis in suo toto: ut digitus in manu, et paries in domo.* ¶ *Secūdus modus essendi in, est sicut totum integrale in suis partib. simul sumptis: ut domus in pariete, tecto, & fundamēto.* ¶ *Tertius modus est, sicut ſpecies in suo genere: ut homo in animali, vel vnumquodq; inferius ī suo superiori.* ¶ *Quartus modus est, sicut genus in ſpecie: ut aīal ī hoīe, vel similiter quodlibet superius in suo inferiori.* ¶ *Quintus modus essēdi in, dicitur sicut forma ī materia: & iste quintus modus subdiuiditur: quia quædam* D *est forma substantialis, ut aīa est forma substantialis hominis: q̄dam est forma accidentalis, vt albedo hoīs. Et prima harum dicitur proprie esse in, sicut forma in materia, ut anima in corpore. Alia autem dicitur esse in alio, sicut accidēs in subiecto: ut albedo in pariete.* ¶ *Sextus modus essendi in, est sicut aliquid est ī sua causa efficiēte: ut regnum in regēte. Septimus modus essendi in, est sicut aliquid est ī suo fine, vt virtus in beatitudine.* ¶ *Octauus modus essendi in dicitur, sicut aliquid est in suo cōtinēte, ut uinū ī vase, & locatum in loco. Hos autem octo modos essēdi in, distinguit Arist. iiij. physico. tex. com. xxiij. Boetius autem assignat no-*

E uem: quia subdiuidit quintum, ut dictum est: vnde versus.

In prædica. cap. de substãtia.

Insunt pars, totum, species, genus, & calor igni.

Rex in regno, res in fine, loco que locatu.

Diuisio rerum.

Eorum quę sunt; quædam dicũtur de subiecto, in subiecto vero nullo sunt, ut genera, ſpecies substãtiæ, & differẽtiæ earum: q̃ oĩa dicuntur substãtię vniuersales extenſo noĩe substãtia: vt homo animal rationale. Dici de subiecto prout hic sumitur, ẽ superius dici de inferiori, vt animal dicitur de homine, & homo de ſorte, & color de albedine: & eſse in subiecto ſumitur, ſecũdum q̃ accidens est in ſubiecto. F *Alia verò neque de ſubiecto dicũtur, neque in ſubiecto sũt: vt indiuidua ſubſtantiæ. Alia dicũtur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto: vt genera & ſp̃es aliorũ nouẽ prædicamẽtorum dicũtur de inferioribus, & ſunt in ſubiecto, ſicut accidẽs in ſubiecto, ut color dicitur de albedine, ut de inferiori, & est in corpore, vt in ſubiecto. Alia vero in ſubiecto ſunt, et de ſubiecto nullo dicũtur: vt hæc ſcientia est in anima, vt accidens in ſubiecto: ſed non dicitur de aliquo inferiori: ut iſte color est ĩ corpore, vt in ſubiecto, & non dicitur de ſubiecto: omnis. n. color in corpore est.*

Dici de subiecto & esse in subiecto qd

Regulæ. *Quando alterum de altero prædicatur; ut de ſubiecto, quęcunq; de eo, quod prædicatur? dicũtur.* G *omnia de ſubiecto dicũtur vt ſortes est homo: homo est animal: ergo ſortes est animal. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ: ut animalis & ſciẽtiæ, quæ ſunt diuerſa genera. Differentia enim aĩalis ſunt rationale, irrationale: diuiditur enim per has differentias vt animalium aliud rationale, aliud irrationale. Differẽtiæ aũt ſcientiæ ſunt naturale, morale: et ſermocionale: diuidimus enim ſciẽtiam per has differemtias, vt ſciẽtiarum alia naturalis, alia moralis, alia ſermocionalis.*

Primo sciendum, q̃ ad perfẽcte cognoſcendum ſecundam diuiſionem ante prædicamentalem, põnuntur octo modi eſſẽdi in: qui ſatis patent in textu: iõ ponitur ſecũda diuiſio. Eorum quæ ſunt: quædã dicũtur de ſubiecto, & in ſubiecto nullo ſunt: vt genera, & ſpecies prædicamenti ſubſtãtiæ. Vnde dici de ſubiecto, eſt ſuperius p̃dicari de ſuo inferiori. Sed eſſe in ſubiecto, eſt eſſe in alio, ſicut accidens in ſubiecto, vel denominatiue p̃dicari de ſubiecto, ſicut ſunt genera, & ſpecies p̃dicamẽtorũ accuſantis. Alia ſunt, q̃ nõ ſunt in ſubiecto, quia non ſunt accidẽtia: neq; dñr de ſubiecto, qa non ſunt ſuperiora. ſicut indiuidua p̃dicamenti ſubſtãtiæ: vt Petrus, Ioannes. Alia ſunt, q̃ ſunt in ſubiecto, & de ſubiecto dñr; vt genera, & ſpecies accidentium. H Art. 1.

Art. 2.

Art. 3.

A tiũ. Quædam sunt in subiecto, & de subiecto nullo dñr, vt individua accidentium, vt hæc albedo, hæc nigredo: & valet ista diuisio ad cognoscẽdũ dñiam eorũ, quę ponuntur in pdicamento substantiæ ab his, quæ ponunt in prædicamento accidentis.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ prima regula ante prędicamentalis est ista, Quando alterum de altero dr &c. q̃ dẽt sic intelligi, quando aliquod superius pdicatur de suo per se inferiori, quicquid essentialiter, vel per se pdicat de illo superiori, etiam prædicabit de inferiori, vt si animal pdicat de homine, qcqd prædicatur essentialiter, vel per se de animali, etiam pdicabit de homine. Et dr notanter, essentialiter, quia non oportet, ꝙ qc

B quid accidentaliter prædicat de superiori, prædicetur de inferiori, nã genus bene prædicatur de animali, & tamen non prædicat de homine. Et valet ista regula ad cognoscendũ ordinem eorum, quæ ponuntur in vno prædicamento & in alio.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ secũda regula ante prædicamentalis ẽ ista; Diuersorum generum &c. quæ sic ẽ intelligenda, quãdocunque sunt diuersa genera quorũ vnũ nõ continet sub alio, nec ambo sub vno tertio, tunc illorũ generũ sunt diuersæ species, & differentiæ, animal & scientia sunt duo genera: quorum vnum non continetur sub alio, nec ambo sub vno tertio, ideo habent diuersas species & differentias. Et dr notãter, quorũ vnum non continet sub alio, nec ambo sub vno tertio, quia tunc eorum possunt esse eædem species & differentiæ, quia tunc talia genera es C sent subalternatim posita. Et valet ista regula ad cognoscendũ ordinẽ eorum, quæ ponunt in distinctis pdicamentis. diuersa enim prædicamenta habent diuersas species & differentias.

ARGVITVR primò sic. Sortes essentialiter prædicat de seipso, ergo male dr, ꝙ non dr de subiecto. ¶Secundò sic. Non sequit homo est animal, animal diuidit per rationale & irrationale, ergo homo diuidit per rationale & irrationale, ergo prima regula non est bona. ¶Tertiò sic. Animal & scientia sunt genera non subalternatim posita, & tamen eorum est eadem differentia. s. rationale, ergo secunda regula non est bona. Ad primum dr, ꝙ sortes bene p D dicatur de seipso. sed non tanquam de per se inferiori, ideo non dr de subiecto. Ad secundum dr, ꝙ variatur genus suppositionis in tali argumentatione. Ad tertium dr, ꝙ rationale non est differentia animalis & scientiæ, nisi capiendo rationale æquiuoce.

Eorum, quæ secundũ nullã cõplexionem dicuntur: singulũ aut significat substantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut agere: aut pati, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere. Est enim substãtia (vt exemplariter dicãt) vt homo equus, quantitas, vt bicubitum, tricubitum: ad aliquid, vt duplũ triplum: qualitas vt albedo, nigredo, vbi, vt in loco esse: quando, ut

E heri fuisse: cras fore; situs; vt iacere, sedere habere. vt armatum esse, calciatum esse: agere; ut secare, vrere; pati, ut secari uris.

His habitis dicendum est de
7. Meta. 4 vnoquoque predicamentorum: et primo de substantia, cũ sit prior alijs prædicamentis.

Substãtia quid & quotuplex.

Substantia aũt diuidit ꝑ primam & secundam. Prima substantia est q̃ propriè, principaliter, & maximè substare dicitur. Vel prima substantia est quę neque in subiecto est: ne que de subiecto dicitur; ut aliquis homo, aliquis equus. Secundæ substãtię sũt ſpecies, in quib. sunt primę substantię, & harum ſpecierum genera. vt homo & animal. Est. n.
F aliquis homo in homine. qui est ſpecies, & homo in animali, qđ est genus. Indiuidua substantiæ dicuntur primæ substantię; quia primo ſnbstant alijs. Genera vero & ſpecies earum dicuntur secundæ substantię; quia secundò substant alijs, ut aliquis homo dicitur grammaticus: & currens; & animal, & substantia; ergo hõ dicitur grammaticus, currẽs, animal & substantia. Item ea quæ dicuntur de subiecto; omnia predicantur nomine & ratione; vt homo predicatur de sorte & platone. Eorum vero, quę sunt in subiecto: in plurib. quidem neque nomen, neque ratio predicatur de subiecto; vt hæc albedo; vel hoc albũ. In aliquib. aũt nomen nihil ꝑ G hibet prædicari de subiecto, rationem vero prædicari de subiecto, est impossibile: vt album prædicatur de subiecto: ratio vero albi nũ quam de subiecto predicatur. Itẽ Quæ magis substãtia. secundarũ substantiarũ ſpecies ẽ magis substãtia, q̃ genus, q̃a ſpẽs ẽ ꝓpinqor primę substantiæ q̃ genus: & ẽt q̃a plurib. substat. quibuscunq; n. substat genus, eisdem substat ſpecies, & cum hoc species substat ipsi generi. Sed ſpecies ſpecialiſſimę equaliter substant, & æqualiter sunt substantię, vt homo equus & similia. Art. 1.

Primo sciendum, quòd post quam determinatum est de antepre dicamentis: consequenter determinandũ est de ꝑdicamentis, ponendo H talẽ diuisionem. Eorum, quę fm nullã complexionẽ dñr, singulum aut significat substantiam, aut q̃titatem &c. ita q̃ ꝓprie accipitur ibi actus signatus pro exercito, sicut in multis locutionib. & hoc tenẽdo, q̃ res sũt in prædicato. ita quòd est sensus. singulum aut significat substantiam. i. ẽ substantia. Ex quo sequit, q̃ diuisũ istius diuisionis, est dicibile incomplexũ, finitũ, & limitatum. Et si quis dicat, ibi diuidit illud, quod significat substantiam: sed solus terminus est hmõi: igitur. Respondet, negando, q̃ ibi diuidatur illud, qđ significat substantiam. sed illud, quod est substantia, aut quãtitas: quia ibi accipit actu signatus ꝓ actu exercito.

Art. 3.

Secvndo sciendum, q̃ substantia diuidit in primam, & secũdã Art. 1.

quia

A quia omnis substantia finita aut est vniuersalis,& sic est scda substantia: vel particularis,i.singularis· & sic est prima,vt aliqs hō.i. iste homo. Vnde prima substantia est, q̃ propriè, principaliter , & maximè substare dr̃.Et dicitur, propriè, ad differentiã accidentium, quæ propriè non substant,& dicitur,principaliter ad differentiam secundarum substãtiarũ, quæ principaliter non substant:& dicitur.maximè.i.pluribus modis substandi,ad differentiam secundarum substantiarum.vel poreſt sic diffiniri:est,quæ nec est in subiecto,nec de subiecto dr̃:& debet ibi intelligi substantia.ita ꝙ sensus. Prima substantia est substantia, quæ nec est in subiecto.&c. Sed secundæ substantiæ gña & species:in quibus sunt primę

B vt aliquis homo:iste homo in hoīe, sicut supple inferius in suo superiori.Vnde dici de subicto, est prædicari noie & ratione.i.affirmatiuè & essentialiter:vnde illa, quæ sunt in subiecto,sicut accidentia: non prædicantur neque nomine,neque ratione.ideſt essentialiter.

Art.3. TERTIO sciendũ, ꝙ secundæ substantię differunt adinuicẽ: quia species est magis substantia q̃ genus qa species ẽ propinquior primis substantijs: quia immediatè dr̃ de ipsis. Secundò,quia plurib.substat species q̃ genus. i. plurib. modis substandi substat,q̃ genus: quia substat accidẽtibus:& cum hoc substat generi : sed species specialissimę æqualiter sunt propinquę primis , & æqualiter substant æqualib. modis substandi. Ex quo patet, ꝙ vna substantia non dr̃, magis substare, eo ꝙ sit subiectũ pluriũ accidentiũ: qa tunc homo esset magis substantia: sed qa plurib. modis substandi substat. Ex quo sequit̃ secundo, ꝙ inter primas substantias vna nõ est magis substantia q̃ alia.

C

¶ ARGVITVR primo sic. Chimera non est in subiecto, neq; de subiecto dr̃ : & tñ non est prima substãtia: igitur diffinitio primę substãtię non est bona. ¶Secundo sic. Substantia nõ suscipit magis & minus : ergo species nõ est magis substantia· q̃ genus. ¶Tertio sic: homo substat pluribus accidẽtib.quàm equus: ergo species specialissimę non æqualiter substant. ¶Ad primum dr̃,ꝙ talis diffinitio nõ dat̃ simpliciter per negationem,sed intelligit̃ positiuum.i.substantia.·Ad secũdum dr̃ , ꝙ patet qd sit dicendum:qa vna substantia non

D dr̃ magis substantia, q̃ alia:eo ꝙ suscipiat magis & minus : sed quia plurib.modis substandi substat, Et similiter dicatur ad tertium.s. ꝙ non dr̃ magis substantia , eo ꝙ substet pluribus accidentibus : sed quia pluribus modis substandi substat.

His visis, dicendũ est de communitatib. & proprietatib. substantiæ.Commune est omni substantię in subiecto non esse , quia esse in subiecto competit solum accidenti. Hoc patet in primis substantijs per diffinitionem primę substantiæ. In secundis autem patet inductione, & syllogismo. Inductione sic ; homo non est in subiecto, equus non est in subiecto , neque animal, & sic de singulis: ergo

Substãtiæ proprietates quæ & quot.

Ergo nulla secunda substantia ẽ in subiecto. Syllogismo sic: nihil eorum, quæ sunt in subiecto, p̃dicaṫ nomine & ratione de subiecto: sed omnis secunda substantia p̃dicaṫ nomine & ratione de subiecto. ergo nulla secunda substãtia est in subiecto. Hoc ãt non est proprium substantiæ, sed etiam differentię competit: & hoc intelligiṫ de differentijs substantię. Nec ẽ instantia de partib. substantiæ, q̃ sunt in suo toto: & ideo videnṫ esse in subiecto, qa alius est modus essendi in, vt accidens in subiecto: & alius sicut pares ẽ in suo toto; vt prius patuit. Item omnib. secundis substantijs, & differentijs earum conuenit vniuoce p̃dicari de primis. Hæc.n.omnia p̃dicanṫ de primis substantijs nomine & ratione; quare vniuoce p̃dicanṫ. Item omnis prima substantia significat hoc aliqd. i. indiuiduu, & vnum numero, sed secunda substantia videṫ significare hoc aliqd sub appellationis figura: eo p̃ est in prima substantia, vel ẽt de essentia eius, non tamen significat hoc aliqd, sed potius quale quid, siue quid commune: non enim illud, quod significatur per scãm substãtiam est vnum numero, sicut illud, quod significatur per primam substantiam.

Art. 1. Primo sciendum, quòd consequenter determinandum est de proprietatibus substantiæ. Vnde sex sunt prioprietates substantiæ. Prima: commune est omni substantiæ ĩ subiecto non esse, cum hoc solum conueniat accidentibus:. de primis substantijs patet; quia prima substitia est substantia, quæ nec est in subiecto, nec de subiecto, dicitur. De secundis patet inductione, & syllogismo. Inductione sic. equus non est in subiecto: homo non est in subiecto: & sic de alijs: ergo nulla secunda substantia est in subiecto Syllogismo sic: quia nihil, quod est in subiecto: prædicatur nomine & ratione. i. essentialiter, de illo subiecto; sed secũdæ substantiæ: prædicantur essentialiter de primis substantijs igitur nulla secunda substãtia est in subiecto. Et aduerte, q̃ in illa propositione intelligitur, esse, ita, q̃ est sensus: cõmune est omni substantiæ esse, & nõ eẽ in subiecto: Et si quis dicat, ista proprietas conuenit dĩjs, substantiæ videlicet. rationali: ergo non conuenit soli substantiæ: quia differentię, non sunt substantiæ: ergo non est bona. Respondetur, q̃ differentiæ non sunt substantiæ: capiendo substantiam strictè pro omni illo, quo est directè in prædicamento substantiæ: sed benè capiendo substantiam large, pro omni illo, quod est in prædicamento substantiæ siue directè siue indirectè. etiam partes integrales nõ sunt in toto, sicut in subiecto: sed secundum alium modum essendi in.

Secvndo sciendum quòd secunda proprietas substantię est ista: Oĩbus sẽcundis substantijs, & earũ differentijs conuenit, vniuoce prædicari de primis: patet quia secũdę substantiæ

Art. 2.

Dubitatio

Dubitatio

A stantiæ ꝑdicantur de ꝑimis vno nomine, & vna ratione .i. essentialiter: ideo licet differentiæ non habeãt rationem .i. diffinitionem tamen essẽtialiter prædicantur. Et si quis dicat accidentia prędicantur vno nomine & vna ratione de suis subiectis: quia de quocunq; ꝑdicatur diffinitum & diffinitio: sed accidẽs prędicatur de subiecto: ergo eius diffinitio: Rñdetur, negando consequentiã: quia ibi non accipitur ꝑdicari ratione .i. diffinitione: sed vt idem est, quòd essentialiter prædicari.

Dubitatio

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ tertia ꝓprietas substantiæ est ista: Omis prima substantia significat hoc aliqd i. terminus priæ substantiæ significat B hoc aliquid .i. rem q̃ est vna numero: vel sic, omnis prima substantia significat hoc aliquid .i. hoc aliquid: capiẽdo actum signatum ꝓ actu exercito. Et si quis dicat, terminus secũdę substãtiæ significat hoc aliquid, sicut prima substantia: igitur. Respondetur, ꝙ non significat hoc aliquid, licet videatur significare hoc aliqd, ꝓpter figuram appellationis .i. ꝓpter hoc, ꝙ volumus secũdas substãtias sub nominibus primarum substantiarum: sed significat quale qd̃ .i. aliquid cõmunicabile. Ex quo sequitur, ꝙ terminus primæ substantiæ, & secũdæ substantiæ, non significãt adequatè idẽ.

¶ ARGVITVR primò sic: Istæ terminus, homo est substantia; & tñ ẽ in subiecto: igitur prima ꝓprietas substantiæ non est bona. ¶ Secundò sic: Ista est falsa, petrus est prima substantia, ergo non conuenit secundis substantijs vniuocè, ꝑdicari de primis. ¶ Tertiò sic: Prima substantia non est terminus: ergo nõ signãt hoc aliquid. Consequẽtia tenet: qa solus terminus significat. Ad primũ dicitur, ꝙ iste terminus, homo, non est substantia, sed est terminus substantiæ. Dico ẽt, ꝙ aliquid esse in subiecto potest capi dupliciter. Vnomodo primè intentionaliter: & sic C Esse in subiecto dupliciter. qlibet terminus est in subiecto. Alio modo secundè intẽtionaliter: vt idẽ est, quod denominatiuè ꝑdicari, & sic non quilibet terminus est in subiecto. Ad ſm dr̃. ꝙ secunda substãtia capitur dupliciter. Vnomodo secundè intentionaliter: & sic non, põt ꝑdicari de primis: nisi in actu signato. Aliomodo primè intentionaliter & sic bene ꝑdicatur de primis. Dicit̃ ad tertium, ꝙ in ista ꝓprietate substantiæ, capitur, substantiæ pro termino substantiæ, vel actus signatus pro actu exercito. D

Item substantiæ nihil est contrarium, sed hoc non est propriũ substantiæ, quia non cõuenit soli substantiæ, sed etiam quantitati & ꝙbusdam alijs. Item substantia non suscipit magis et minus, non enim dico, ꝙ vna substãtia non magis substat, quàm alia, sed dico, ꝙ vnaquæque substantia secundum suum esse non intendit neq; remittit, vt album quandoque ẽ magis album, quandoq; minus albũ, sortes verò non est magis homo vno tempore: quam in alio tempore, nec magis homo, quàm plato. Item proprietas prium est substantiæ, cum sit vna, & eadem

E dem numero sc̃m sui mutationẽ esse susceptibilem contrariorum, vt idem homo aliquando est albus, aliquando niger, aliquãdo calidus, aliquando frigidus, aliquãdo prauus, aliquãdo studiosus. Neq; est instãtia de oratione: qa licet hæc eadem oratio; sortes sedet, aliquãdo sit vera, aliqñ falsa, tamen hoc non ẽ sc̃m sui mutationem, sed sc̃m mutationem rei; vt quia sortes sedet, vel currit. Et ideo nota, ꝙ verum & falsum sunt in reb. vt in subiecto: & sunt in oratione, vt in signo: vnde ꝙuiuocat̃ modus, essendi in, cum dicitur verum, vel falsum esse in rebus, & in oratione.

F Similiter æquiuocatur, susceptibile, cum dicitur, res est susceptibilis veri, & falsi, & oratio est susceptibilis veri et falsi, sicut equiuocat̃ susceptibile, cum d̃r, vrina ẽ susceptibilis sanitatis, & animal est susceptibile sanitatis, hæc enim suscipit sanitatem, quia significat eam, illud vero quia est subiectum eius, & ita hoc ꝓprium non conuenit orationi, sed soli substantiæ.

Art. 1. PRRIMO sciendum quòd quarta ꝓprietas substantiæ est ista: Substantiæ nihil est contrarium: quia cõtrarietas est solũ inter quatuor qualitates primas: q̃ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: sed substã-
Phi. 50. tiæ nõ sunt hmõi. igit̃. Et si quis dicat in quolibet in genere est vna prima cõtrarietas: sed substantia est ge G nus. igit̃: Rñdetur, ꝙ cõtrarietas capit̃ tripl'r. Vnomõ large, vt se extendit ad priuatiuè oppositã. Aliomodo cõmuniter, vt est repugnantia duarum differentiarũ, diuidentiũ aliqd genus & isto modo potest inueniri i quolibet genere. Aliomodo propriè & sic est inter, quatuor qualitates primas.

SECVNDO sciendum, ꝙ quin- Art. 2.
ta ꝓprietas substantiæ est ista. Quod substantia nõ suscipit magis, neque minus: q̃ põt exponi dupliciter. Vno modo primè intentionaliter: aliomodo secundè intentionaliter. Primè intentionaliter sic exponit̃, substantia non suscipit magis. i. non suscipit similes ptes perfectionales in eodẽ loco, & situ neq; minus. i. nõ de H perdit partes pfectionales in eodem loco. & stu: Sed secundè intẽtionaliter, sic intelligitur: substãtia non suscipit magis, & minus. i. non prædicatur vere, & affirmatiuè mediantibus istis aduerbijs, magis, & minus.

TERTIO sciendum, ꝙ sexta ꝓprietas substantiæ talis est, Maximè ꝓprium est substantiæ, cum sit vna, & eadem numero manẽs, esse susceptiuam contrariorũ. i. substantia nata est susciperе contraria, supple succes siue, sm sui mutationẽ; vt sortes manẽs idẽ numero, sm sui mutationẽ, suscipit caliditatem, frigiditatem, supple succesſiue. Vnde aliquid mutari, est aliquid aliter se habere nũc, q̃ prius. Et si quis dicat: oratio manens vna, & eadem numero suscipit contraria quia vna, & eadẽ numero d̃r vera, & falsa succesſiue. Rñdetur,

Quantitas quid, & quotuplex.

ꝙ hoc

A q̃ hoc non est pp̃ sui mutationem, sed ſm mutationem rei; Ab eo enim q̃ res est vel non est oratio, dicitur vera vel falsa.

¶ Argvitvr primo sic, Ignis cõtrariatur aquæ, & mors vitæ: ergo substantiæ est aliq̃d contrariũ. ¶ Secundò sic. Species est magis substantia, quàm genus ergo substantia suscipit magis. & minus. ¶ Tertio sic. Superficies secundum sui mutationem suscipit contraria, & tñ non est substantia: igitur Ad primum dicit, q̃ ignis & aqua benè contrariantur ſm suas qualitates: sed non ſm suã substantiam. Dicitur vltra, q̃ mors benè cõtrariatur uitæ priuatiuè, sed non positiuè. Ad ſm dicitur, q̃ solutum est in notabilib. vbi visum est,
E qualiter species est magis substãtia, quàm genus. Ad tertium dicitur, q̃ superficies benè suscipit contraria, tanquam subiectum immediatum, sed non tanquam subiectum vltimatum & principale.

Quantitas quid, & quotuplex.

Quantitatis aliud continuũ, aliud discretum. Quantitas continua est, cuius partes copulant ad eundem terminum communem, vt partes lineæ copulantur ad p̃ctum. Est aũt discreta quãtitas numerus, & oratio. vñ duæ sunt species eius, non enim est in numero aliquis terminus communis, ad quem partes eius copulantur: vt in decem quinque & quinque, aut tria & septem, ad nullum terminum copulantur: sed semper discreta sunt. Est autem numerus multitudo, ex unitatib. aggregata, similiter in oratione syllabæ non copulantur ad aliquem terminum communem, sed vnaquæque separata est ab alia. Quantitatis, autem continuæ, alia linea, alia superficies, alia corpus, alia tempus, alia locus: vnde quinque sunt species eius. C Art. 1.

Primo sciẽdũ, q̃ postq̃ determinatum est de prædicamẽto substantię: consequenter determinandum est de p̃dicamento q̃titatis. Cuius diuisio talis est q̃titatis aliud cõtinuum aliud discretum: in qua diuisione intelligit, generũ subalternorũ ita q̃ est sensus generum subalterno
D rum quantitatis, aliud continuum, aliud discretum. Vnde quantitas discreta ẽ cuius partes non copulãtur ad aliquem terminũ, continuatiuũ, illarum partium, sed partes remanẽt diuisæ, & separatæ, abinuicem: & est duplex. scilicet numerus, & oratio. Vnde numerus est qui componitur ex pluribus vnitatibus diuisis, & separatis abinuicem. ita q̃ iste numerus non inuenitur nisi in rebus continuis diuisis, & separatis abinuicẽ: nam in qualibet re continua, & separata ab alia inuenitur vnum accidẽs quod vocatur vnitas accidentalis: & ex talibus componitur numerus prę dicamenti quantitatis: qui mẽsurat tales res continuas. Numerus quid.

Secvndo sciendum, q̃ oratio quæ est species quantitatis discretæ; est, quæ componitur ex mẽsuris mẽ surantibus syllabas alicuius dictionis Art. 2.

E nis vel vocis: ita ꝙ in qualibet syllaba vocis inuenitur vna mensura, ex qua cum alia, vel alia cõponitur vna quantitas discreta: quæ vocatur oratio. Ex quo patet, ꝙ non capitur hic oratio pro oratione mentali, vocali, vel scripta. ideo aduerte, ꝙ licet syllaba vocis intrinsece mensuretur p tẽpus tñ intrinsece mensuratur per ꝓpriam eius mensuram, quæ sibi ineſt, sicut accidens subiecto.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ q̃titas continua est, cuius partes copulãtur ad aliquem terminum qui est principium continuatiuũ partium adinuicem. Et eius sunt quinque species: quarũ tres sunt permanentes, s. linea superficies, & corpus: & duæ successiue. s. tempus, & motus: qui intelligitur per tempus. Et si quis dicat, locus est species quantitatis, vt patet i textu. Rñdetur, quod locus non est aliud à superficie, concaua alicuius rei, continentis aliquam rem: vt superficies poti continentis vinum. Et ad Aristo. qui ponebat locum esse speciẽ quantitatis dicitur, ꝙ loquebatur secundum mẽtem antiquorũ.

In præsẽti c. de q̃titate.

¶ ARGVITVR primo sic: In diuisione quantitatis, ponit incongruitas, dicendo, quantitatis aliud, continuum, aliud discretũ: ergo nõ est bona. ¶ Secundò sic: Si numerus, cõponeretur ex multis vnitatibus, sequeretur ꝙ idem accidens numero, esset in diuersis subiectis: quod est falsum. ¶ Tertiò sic: Oratio est species qualitatis: ergo non est q̃titas discreta. Ad primũ dr, ꝙ ly, aliud non refert ly, quantitatis: sed refert genus subalternum. Ad secundum dicitur, quod non est inconueniens accidens discretum, cuiusmodi est numerus, esse in diuersis subiectis secũdùm suas partes. Ad tertium dicitur ꝙ oratio, vt est species quantitatis discretæ; non est qualitas: quia non est ipsa vox, nec conceptus, nec scriptura: sed est mensura, qua intrinsecè mensurantur literę, & syllabæ.

Quod autem linea sit quantitas continua; patet, quia partes eius copulantur ad aliquẽ terminũ communem, puta ad punctum. Et partes superficiei ad lineam; partes corporis ad superficiem: partes autem temporis ad nunc, vt præteritũ & futurũ ad presẽs: partes ãt loci ad eundem. terminum copulantur, ad quem corporis particulę.

PRIMO, sciendum, ꝙ linea est longitudo sine latitudine, & profunditate, cuius extremitates sunt duo puncta: ita ꝙ licet linea non sit sine latitudine tamen in eius ratione nõ includit latitudinem, supple positiuè. Vnde puncta sunt quædam inuisibilia: per quæ continuantur partes lineę adinuicem, & sic ꝙ punctũ principiat, & terminat lineam: ita ꝙ principiũ, & terminus lineæ est punctus. Art. 1. Quid sit linea. Sco. 1. d. 2. q. 3.

SECVNDO sciendum ꝙ superficies est longitudo cum latitudine, & sine profunditate: cuius extremitates sunt duæ lineæ: ita ꝙ sicut punctum continuat partes lineæ adinuicem: ita linea continuat partes superficiei adinuicem. & etiam est principium, & finis superficiei: sic videlicet ꝙ partes superficiei copulantur ad lineam, Art. 2. Superficies quid. Sco. vbi pra.

A neam, sicut ad terminum: & est contiunuatiua, partium superficiei ad inuicem. Sed corpus est longitudo, cum latitudine, & profunditate: cuius extremitates, sunt duæ superficies: ita ꝙ superficies se habet ad corpus sicut linea ad superficiē: & ēt sup ficies ē cōtinuatiua partiū corpis ad inuicē: & ē principiū, & finis corpis.

Corpus quid.

Art. 3. Scot. in 2. d. 2. q. 5.

TERTIO sciendum, ꝙ locus non est species essentialiter distincta a superficie, vt iā visum est: restat videre de tēpore & motu. Vnde tps, est

Quid sit tempus & motus 4. ubi 101. 3 phy. 6.

mensura modus ſm prius, & posterius .i. mēsura motus, ſm partē prioē, & posteriorē. sed motus est actus, mobilis, in quantū mobile. i. est forma accidentalis, per quam aliq d formaliter dicitur moueri, & est subiectiuè in principio mobili: & omnes, istæ q̄titates mēsurāt intrinsecè illa, in q b. sunt subiectiuè: licet aliq̄ possint aliqua alia mēsurare extrinsecè.

E

¶ ARGVITVR primò sic. Linea non est sine latitudine, ergo male dicitur, ꝙ est longitudo sine latitudine. ¶ Secundò sic: Corpus est, species substantiæ: ergo non est species quantitatis. ¶ Tertiò sic: Si punctum esset aliquid in diuisibile, non videtur in quo esset subiectiuè: igit. Ad primū dicitur: ꝙ licet linea realiter non sit sine latitudine: tñ in eius ratione positiuè non includitur latitudo. Ad ſm dicitur, ꝙ corpus capit tripliciter. Vno modo vt est pars essentialis. Aliomodo vt est prædicatū superius ad animal, & istis duob. modis est in prædicamento substantiæ. Tertiomodo capitur corpus pro trina dimensione. ſ. pro longitudine, latitudine, & profunditate: & sic est C
species quantitatis. Ad tertium patet solutio. Dicendum tamen ꝙ illa indiuisibilia, quæ sunt termini aliorum accidentium: non sunt in subiecto adęquato, sed sunt in illo subiecto, vbi est linea: quia est accidens.

His visis est dicendum de cō munitatibus quantitatis. Prima communitas est, quantitati nihil est contrarium, ut bicubito, tricubito, vel superficiei, nihil est contrarium, quia contrarietas primo inest qualitatibus: non omnibus, sed quibusdā: quantitas autem non est qualitas quare sequitur, ꝙ contrarietas non est in quantitate. Item quā titas non suscipit magis, neq; minus. Non enim vna linea est magis linea, quàm alia, nec numerus ternarius est magis numerus, quàm binarius, & sic de alijs. Item proprium est quantitati: secundum eam ęquale, uel inæquale dici, ut unus numerus est æqualis, vel inæqualis alteri numero, & unum corpus est ęquale, uel inæquale alteri, & una linea est ęqualis, vel inæqualis alteri lineæ.

Proprietates quantitatis.

PRIMO sciendum, ꝙ prima ꝓprietas quantitatis est ista, Quantitati nihil est contrarium, & hoc capiendo contrarietatem propriè. Cuius ratio est: quia contrarietas ꝓpriè dicta, solum est inter quatuor qualitates primas: vel iter terminos significantes, vel connotantes tales quali

tates

E tates: sed quantitas non est talis qualitas: igitur. Et dicitur notanter, contrarietas propriè dicta, quia cõtrarietas, quæ est de imperfecto ad perfectum: vel quæ est inter duas differẽtias: vel inter habitum, & priuationem potest benè conuenire quantitati. Et si quis dicat; nonne termi-
Obiectio. ni sunt etiam cõtrarij. Dico ꝙ sic. cõ trarietate logicali: videlicet illi ter-
Sco. in simili in 4. d. 1. q. 3. mini, qui significant, vel connotant, formas contrarias: vt isti termini calidum, & frigidum. Vnde communiter ita est, quòd illud. quod conuenit signato, attribuitur signo: vt sit sensus ꝓpositionis, album, & nigrũ, sunt termini contrarij. i. signa formarum contrariarum. Vnde termini contrarii sunt qui verè, & affirmatiuè possunt verificari de aliquo singulari, singulariter tẽto, & vniuo
F cè, & hoc successiuè connotando vel significando qualitates contrarias.

Secvndo sciendũ, ꝙ secun-
Art. 2. da proprietas quantitatis est, quòd quantitas non suscipit magis, neq; minus, quæ proprietas potest dupliciter exponi, sicut patuit in prædicamento substantiæ. Aduerte tamen, ꝙ dria, est iter suscipere maius, & minus, & suscipere magis & minus, quia suscipere maius, aut minus, est suscipete maiorem, uel minorem extẽsionem, & sic quantitas bene potest suscipere maius, & minus. Sed suscipere magis, & minus est suscipere maiorem, vel minorem intensionem. Aduerte vltra, ꝙ tettia proprietas quantitatis est ista. Propriũ est quantitati, secũdum eam æquale, vel inæquale dici. i. æqualitas, vel inæqualitas, quæ sunt relationes, nũ G
quam fundãtur, nisi in quantitate, & hoc capiendo æqualitatem strictè alias non. Ex quo sequitur, quòd ly secundum, non dicit habitudinẽ causæ formalis, sed fundamenti. Vnde æqualitas est rerum differentium eadem quantitas. s. in specie, & non in numero, & ideo est in rebus creatis, & de quantitate accidentali non, alias est falsum. Sed inæqualitas, est rerum differentium diuersa quantitas secundum maiorem, vel minorem extensionem.

3 Scot. sit quodlibet. q. 6. 1 pri. quæstionis.

Æqualitas & inæqualitas quid.

Tertio sciendum, quòd q̃- Art. 3.
titas est abstractum, quod prædicatur de omnibus abstractis prædicamenti quantitatis: & quantum, categorematicè captum, prædicatur de omnibus concretis, non quod concretum, & abstractum faciant duo p̃dicamenta, sed tantum unum. Et si H
quis arguat, concretum & abstractũ Instantia
habent diuersos modos prædicandi ergo faciunt diuersa prædicamenta. Respondetur, quòd licet concretũ & abstractum, habeant diuersos modos prædicandi accidentales, non tamen essentiales, & formales. Vel potest dici, ꝙ termini dicuntur, facere diuersa ptædicamenta: quia habent diuersa significata formalia. Scotus tenet, ꝙ probabiliter prædi- Scot. in 2. d. 1. q. v. in sol. argumẽto oppo.
camenta distinguantur per rationes formales, & non necessario realiter. Et aduerte, ꝙ huius prædicamenti, sunt quinque quæsitiua, scilicet q̃tum syncategorematicè sumptum: ad quod respondetur, bipedale, tripedale, secundum est quante, ad quod respondetur, bipedaliter, tri-

In quodl. q. 6. & in 4. d. 6. q. 10.

pe-

A pedaliter, tertium quod, ad quod respondetur quatuor quinque, sex, decem &c. quartum est quotiens ad q̃ respondetur bis, vel quater quintũ, est quandiu, ad quod respondetur, duobus annis, vel tribus annis: & sic de alijs.

¶ ARGVITVR primo contra primam proprietatem. Multum, & paucum sunt contraria tamen sunt in prædicamento quantitatis, igit̃ quantitati est aliquid contrarium.

¶ Secundo sic: Vna quantitas, est maior, quàm alia, ergo quantitas suscipit, magis, & minus.

¶ Tertio sic secundum virtutem, dicimur æquales, vel inæquales; ergo non est proprium quantitati se-
B cundum eam æquale, vel inæquale, dici. Ad primum dicitur, q̃ benè ꝓbat, q̃ sunt contraria contrarietate, cõmuniter capta, sed nõ propriè capta, quia tales termini. s. multum, & & paucum, non significant neque cõ notant formas contrarias. vel potest ad rigorem responderi, negando assumptum, quia supponit quod termini propriè contrariãtur, quod nõ est verum, nisi ex consequenti, quia significant, vel connotant formas cõtrarias. Ad secundum dicitur, quòd benè probat, quòd quantitas suscipit maius, & minus. Ad tertium dicitur, quòd secundum virtutem nõ dicimur, æquales vel inæquales: nisi capiendo æqualitatem, vel inæqualitatem largè, quia propriè secundũ virtutem dicimur similes tamen secundum Sco. quælibet essentia p̃ôt considerari vt quid, vt quale, & vt quantum, & sic omnes tres relationes (puta identitatem, similitudinẽ, & æqualitatem) fundare: vel earum opposita potest.

C

AD aliquid verò talia dicuntur, quæcunque hoc ipsum, quod sunt: aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: vt duplũ dimidij duplũ, & dimidiũ dupli dimidium: pater filij pater: filius patris filius: & maius minore maius: & minus maiore minus: vel sub habitudine alterius casus: vt simili similis: vicinus vicino vicinus. Relatiuorũ tres sunt s̃pecies: quædã dicunt̃ secundum æquiparãtiã; vt q̃cũq; eodẽ nomine dicuntur: vt similis similis similis: & æqualis æquali æqualis: & vicinus vicino vicinus. Alia scd̃m superpositionẽ dicũtur, vt duplum, triplum: quia ipsa superponuntur alijs: sicut dominus seruo superponitur. Alia verò secundum suppositionẽ: vt seruus domino supponitur, & filius patri, & dimidium duplo.

Relatiua q̃, & quotuplicia.

D

POSTQVAM determinatum est de secundo prędicamento, consequenter determinat auctor noster de tertio, scilicet de prædicamẽto relationis, seu ad aliquid dicens: Ad aliquid vero talia dicuntur, quæcunque hoc ipsum, q̃ sunt aliorũ dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud: quę diffinitio sic est intelligenda. Ad aliquid vero talia dicũtur, id est relatiua sunt, quæcunq;, id est q̃ hoc ipsum quòd sunt, id est secundum eorum esse, aliorũ dicuntur. i.

E ad aliud referuntur ſub habitudine genitiui caſus, vel cuiuſcunque alterius caſus: vt pater filij pater: vel referuntur ſm aliud eſſe: vt ſciẽtia ſcibilis ſciẽtia. Ex quo ſeq̃tur, q̃ ibi diſ finiũtur relatiua tam ſecũdum eſſe', q̃ ſecundum dici. Vnde relatiua ſecundum eſſe ſunt, quæ de principaliori ſignificato important relationem: vt pater, & filius. Sed relatiua ſecundum dici, ſunt, quæ de ſignificato minus principali importãt relationem ſibi annexam: vt ſcientia, & virtus. Aduerte q̃ly, ad aliquid, accipitur, vt eſt vna dictio ſimplex indeclinabilis.

Sc. quot. q. 3. & in 4. d. 6. q. 10. & d. 14. q. 1.

Scot. q. 2. quolib.

Art. 2.

SECVNDO ſciẽdum, q̃ duplex eſt relatio, ſcilicet rationis: & eſt, q̃ fit per actum comparatiuum intellectus: vt ſunt ſecũdę intentiones. ſed relatio realis eſt duplex, ſcilicet aptitudinalis, & actualis. Aptitudinalis eſt, quę non requirit terminum actu exiſtere, ſed ſolum in aptitudine cuiuſmodi ſunt omnes propriæ paſſiones, omnes aptitudines, & omnes inclinationes: & tales ſunt in illo prædicamento reductiuè, in quo ſunt illa, quorum ſunt propriæ paſsiones. Sed relatio actualis eſt duplex, ſcilicet intrinſecus aduenicns, & extrinſecus aduenicns: Intrinſecus aduenicns eſt, quæ neceſſario ponitur, poſitis extremis, in quacunque etiã diſtantia ponãtur: vt ſimilitudo, paternitas, æqualitas. Extrinſecus aduenicns eſt, quę neceſſario non ponitur, poſitis extremis, ſed requiritur debita approximatio extremorum: cuiuſmodi ſunt ſex vltima prędicamenta, ſcilicet actio, paſsio, vbi, ſitus, & habitus.

Scot. q. 2. quolib.

Sco. in 3. d. 17.

F

Sco. in 4. d. 13. q. 1. & d. 16. q. 16.

Vide Magiſtrũ for malitatũ cap. 1.

G

TERTIO ſciendum, q̃ triplicia ſunt relatiua, ſcilicet æquiparantię, ſupra poſitionis, & ſuppoſitionis. Relatiua æquiparãtiæ ſunt, quorum fundamẽtum & terminus ſunt eiuſdem rationis, ſupple fundandi: vt ſimile, diſſimile, æquale, inæquale. Sed relatiua ſuprapoſitionis ſunt, quorum fundamentum habet dominium ſupra fundamentum ſui correlatiui: vt pater, & dominus. Relatiua ſuppoſitionis ſunt, quorum fundamentum habet inferioritatem ſupra fundamẽtum ſui correlatiui in dominio: vt filius: quòd ita relatio fundatur in aliquo, quod habet inferioritatem in dominio, reſpectu fundamenti ſui correlatiui, ſcilicet patris. Vnde relatiuum ad aliud refertur, & ad aliud terminatur: terminatur enim ad fundamentum ſui correlatiui, ſed refertur ad ſuum correlatiuum: vt pater refertur ad filium, & terminatur ad fundamentum filiationis.

Art. 3.

Sc. ſ quor lib. q. 6. & in 1. d. 2. in ſolut. prim. arg. anno oppo. & d. 28.

Sco. in 1. d. 30. q. 1.

H

¶ ARGVITVR primo ſic: Ad aliquid eſt quid complexum: ergo non eſt tertium prædicamentum. ¶ Secundo ſic: Paternitas eſt relatio: & tamen non refertur ad aliud: igitur. ¶ Tertio ſic: Dominus, & magiſter ſunt relatiua: quorum fundamentum habet dominium ſupra fundamentum ſui correlatiui: & tamen non ſunt relatiua ſuprapoſitionis: igitur. Ad primum dicitur, q̃ ſolutio patet in textu: nã ad aliquid, vt eſt quid complexum, non eſt prædicamentum. Ad ſecundum dicitur, quòd relationes in abſtracto pro-

prie

Proprietates relatiuorum.

Art. 1.

A prie non referuntur, sed sunt rationes referendi.

Ad tertium dicitur, quòd dominium, & magisterium proprie sunt relationes rationis, factæ per actum comparatiuum voluntatis, de quibus non est hic ad propositum.

Proprietates relatiuorum.

Post hæc sequuntur communitates relationis. Prima est: quòd cõtrarietas ineſt relationi: vt virtus est contraria vitio: cũ vtrunque eorum sit ad aliquid: hoc autem non conuenit omni relationi: duplo enim nihil est contrarium, neque triplo. Item relatiua suscipiunt magis & minus: vt simile dicitur magis, & minus simile: & similiter inæquale: sed B *hoc non conuenit omnibus relatiuis; duplum enim nõ dicitur magis, & minus duplum: neque triplum, neque pater. Item relatiua dicuntur ad conuertentiam: vt pater filij pater: filius patris filius. Item relatiua sunt simul natura, simul enim sunt duplũ, & dimidium: pater, & filius. Item relatiua posita se ponunt, & perempta se perimunt; vt si duplum est, dimidium est: & econtra, et si duplum non est, dimidium non est, et econtra.*

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd prima proprietas relatiuorum est, ꝙ ad aliquid est contrarium: vt virtus contrariatur vitio: & non est propria in aliquo modo proprij; quia nõ cõuenit omnibus relatiuis: vt duplo nihil est contrarium: sed solum C conuenit relatiuis secundum dici: etiam non conuenit solis relatiuis: quia conuenit qualitati. Vnde nulla relatiua secundum esse, habent contrariũ, cũ non sint qualitates primæ: sed solum relatiua ſm dici: & hoc secundum esse absolutum, & significatũ principale eorum, & non secundũ esse respectiuum, & connotatiuum.

SECVNDO sciendum, ꝙ secun Art. 2. da proprietas relatiuorum est ista. Relatiua suscipiũt magis, & minus: vt simile dicitur magis, & minus simile: sed hoc nõ est sibi proprium in aliquo modo proprij: qa non conuenit omnibus: vt duplum non dr̃ magis, & minus duplum: neq; soli conuenit: quia conuenit qualitati. Et potest exponi talis proprietas dupliciter, scilicet primè intentionaliter, & D secũdè intentionaliter, vt visum est in prædicamento substantiæ.

Vlterius aduerte, ꝙ relatiua non suscipiunt magis, & minus: nisi ratione suorum fundamentorum, quibus attribuũtur: ita quòd si fundamenta non suscipiunt magis, & minus, nec ipsa relatiua. Art. 3.

TERTIO sciendũ, quòd tertia proprietas relatiuorũ est: ꝙ relatiua dicuntur ad cõuertentiam, id est referuntur adinuicem secundum mutuam dependẽtiam: sic quòd vnum prædicatur de seipso, mediante obliquo sui correlatiui: vt pater filij pater: & intelligitur ista proprietas de relatiuis primi, & secũdi modi: quæ fundant sup vnũ, & potẽtiã actiuã, & Sco. in 1. d. 30. & quot. q. 13. pasiuã: & nõ intelligitur modus, q fundatur super mensuram & mẽsu-

ratum: tales non referuntur mutuo, & hoc realiter loquendo. Illud latius declarabitur notab. 2. super capit. de ad aliquid. Sed quarta ꝓprietas est, quòd relatiua sunt simul natura, idest simul actualiter existentia, idest si vnũ est, reliquũ est: ita ꝙ impossibile est patrem esse sine filio: & hoc capiendo patrem, & filiũ formaliter, & nõ pro denominato. Illa In 28. di. 1. expositio est Sco. dicẽtis vnã relationem disquiparentię esse priorẽ altera natura, & hoc perfectionis: sed simul quò ad existentiam: Sed quod communiter dicitur, ꝙ sint simul natura li intelligentia, non videtur esse In 30. distin. 1. & 5. meta. q. 11. 12. 13. 14. verum: quia secundum Sco. relatio potest diffiniri per fundamentum & terminũ, & accidit, ꝙ terminus iterum referatur: igitur &c.

F ¶ Argvitvr primò. Cõtraria sunt formæ absolutæ, id est qualitates primæ: sed relatiua non sunt hmõi: igitur. ¶ Secundo sic: Ad illud, quod suscipit magis, & minus: potest esse per se motus: sed ad relationem non est per se motus: igitur. ¶ Tertio sic: Homo, & risibile dicuntur ad conuertentiam: & tamen non Sc. in 4. d. 6. 9. 10. & d. 13. q. 1. sunt relatiua: igitur. Ad primum dicitur, quòd licet relatiua secundum esse, non sint formę absolutæ: tamen bene relatiua secũdum dici, quò ad significatum principale. Ad secundum dicitur, quòd sicut relatiua suscipiũt magis & minus, ratione suorum fundamẽtorũ: ita ad ipsa potest esse motus, ratione suorum fundamentorum, & secundario. Sco. in 2. d. 30 & in 4. dist. 13 q. 1.

Ad tertium dicitur, ꝙ homo, & risibile cõuertuntur adinuicem: ideo habent conuertibilitatem: sed proG prièe non habent conuertentiã: quia homo non prędicatur de seipso mediante obliquo ipsius risibilis.

Item alia diffinitio relatiuo- Relatiurum talis est. *Ad aliquid sunt; quibus hoc ipsum esse, ẽ ad aliud quodam modo se habere: & hęc diffinitio est propria relatiuorũ. Item proprium est relatiuorum, ꝙ siquis diffinite nouerit vnum relatiuorum, diffinitè noscet, & reliquum: vt ſ. diffinitè nouerit, quid sit duplum, diffinitè noscet id, cuius est duplum. Necesse est enim in vtrorumq; rationibus, vtrisq; vti.* rum secũda diffinitio.

Primo sciendum, ꝙ secunda Art. 1. diffinitio relatiuorum est ista. Ad aliH quid sunt, quibus hoc ipsum esse, ꝙ sunt, aliorum dicuntur quodammodo se habere, id est illa sunt relatiScot. in quot. ꝙ ua, quæ secundum proprium esse eorum respectiuè se habent ad aliud sub habitudine alicuius obliqui: vt pater filij pater: nihil enim est relatio, quàm habitudo alicuius ad aliũ: & qui intelligit patrem, non cointelligendo filium: habet opposita contradictoria in intellectu, Ex quo sequitur, quòd ibi solum diffiniuntur relatiua secundum esse: quæ sunt relatiua specialiter capta. & non relatiua secundum dici, quæ secundum suum proprium esse non respectiuè se habẽt ad aliud: vt sciẽtia & virtus.

Secvndo sciendum, quòd Art. 2. ex ista diffinitione sequitur alia proprietas relatiuorum, quòd siquis diffinitè cognouerit vnum relatiuorũ, diffinitè

A diffinitè cognoscet & reliquum: nõ quòd vnum ponatur in diffinitione alterius: sed quia vnum diffinitur per suum fundamentum, & per terminum, seu per fundamentum sui correlatiui. vt pater est animal, qđ genuit aliud animal, sibi simile in natura: & filius est animal genitum ab alio animali sibi simili in natura. Ex quo sequitur, quòd relatiuũ habet duplicem dependentiam, scilicet ad suum terminum, & ad suum fundamentum: ideo non potest esse sine eis. Sequitur secundo, quòd ista diffinitio, quę communiter datur, quòd pater est res habens filium; nõ est bona.

Seo. in 1. d. 30. & in 3. d. 8.

Art. 3.

TERTIO sciendum, quòd in isto prædicamento solum reponuntur relationes reales actuales, intrinsecus aduenientes, & aptitudines huius prædicamenti. Vnde ad relationem realem sufficit, quòd extrema B sint relatiua, realiter distincta: & ꝙ proueniant ex natura extremorum: vt pater, & filius. Et dicitur notanter, quòd sufficiunt illa tria: quia nõ necessariò requiruntur: nam aliquę sunt relationes reales, quæ compatiuntur se in eadem natura numero: vt mouentis ad motum. Et si quis quærat, quod est proprium quę sitiuum huius prędicamenti. Dicitur, quòd suppletur per hoc complexum, quomodo se habet hoc ad aliud, & illa sunt in isto prædicamento, per quæ respondemus ad tale quæsitiuum: cuiusmodi sunt pater, & filius.

Quærelationes reponuntur in hoc prædicamento.

Sco. quot. lib. q. 6. & alibi.

Sco. in 3. d. 1. q. 9.

¶ ARGVITVR primo: Pars secundũ suũ totum esse, est ad aliud, scilicet ad totũ: & tamen non est relatiuum: quia aliquando est substantia: igitur. ¶ Secũdò sic: Caput se habet relatiuè ad aliud: & tamen non est relatiuum, sed substantia: igitur. C

¶ Tertio sic: Aliquis potest habere diffinitionem vnius relatiui, nõ habendo diffinitionem sui correlatiui: ergo malè dicitur, ꝙ siquis diffinitè cognouerit vnũ relatiuorũ, diffinitè cognoscet & reliquum. Ad primum dicitur, ꝙ totum, & pars possunt capi dupliciter. Vnomodo formaliter, & propter se significato, & sic sunt relatiua. Aliomodo pro denominato: & sic dico, ꝙ partes aliquando sunt benè substantiæ.

Ad secũdum dicitur, ꝙ caput nõ dicitur propriè ad aliud: sed magis dicitur alicuius. puta animalis: vel potest, dici, ꝙ caput est relatiuũ secũ D dum dici, & non secundum esse. Dicitur ad tertiũ, ꝙ ibi proprietas non vult habere, ꝙ siquis definitè cognouerit vnum relatiuorum, immediate cognoscat aliud, sed quòd faciliter aliud potest cognosci.

Qualitas est, secũdum quam quales eẽ dicimur: vt secundum albedinem, dicimur albi: & secundum iustitiam, iusti. De 4. speciebus qualitates. Qualitatis quatuor sunt species. Prima, est habitus, & dispositio. Differt autem habitus à dispositione: quia habitus permanentior est, & diuturnior: vt sunt virtutes, & scientię. Scientia. n. difficillimè est mobilis, nisi fortè grãdis ꝓmutatio

Qualitas quid, & eius spẽs.

E fiat, vel ab agritudine, vel ab ali quo huiusmodi circa sciẽtẽ. Similiter de virtute, iustitia. n. vel calitas non cito de facili permutãtur: Dispositiones verò dicũtur, quæ de facili permutantur, vt calor, frigiditas, agritudo, sanitas. Vnde habitus possunt dici dispositiones, & nõ ecõuerso. Illi enim, qui habitum habent, quodammodo sunt dispositi, vel melius, vel peius ad ea, quę habent, dispositiones aũt nõ sunt habitus, vnde habitus potẽst sic diffiniri; Habitus est qualitas, difficillimè mobilis.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ postquã determinatum est de prędicamento ad aliquid: consequenter determinãdum est de prædicamento qualitatis, diffiniendo ipsam qualitatem. Qualitas est, secundũ quam quales esse dicimur, quæ exponẽdo primò intentionaliter, sic intelligitur. qualitas est forma accidentalis, ẽm quã aliquid dr̃ esse quale, supple quali accidentali, & specialiter capto, vt distinguitur cõtra prædicari in quantum, & in quotum, & contra prædicari aliorũ prædicamentorũ. Ex quo sequitur, ꝙ ibi ista præpositio, secundùm, dicit circunstantiam causę formalis, sic quòd nos sumus quales formaliter, qualitate: sicut formaliter sumus albi, albedine.

Art. 2. SECVNDO sciẽdũ, ꝙ ipsius qualitatis sunt quatuor species, seu modi, scilicet habitus, & dispositio, naturalis potentia, vel impotentia, passio, & passibilis qualitas, forma, & circa hoc aliquid constans figura. Et aduerte, ꝙ ibi capitur, species, large; vt se extendit ad modũ: ita ꝙ qñ dicitur, sunt quatuor species qualitatis, intelligitur, id est quatuor sũt modi ipsius qualitatis, quia magis sunt modi, q̃ species: cum idem possit poni in diuersis illis modis. sicut probat Scotus 4. sentent. distin. 6. q. 10. de charactere. de hoc vide latius maiorem logicam in fine notabil. 2. cap. de qualitate. Ex quo sequitur, ꝙ ibi non est diuisio generis in suas species, sed alicuius communis in suos modos: ita quòd illa quatuor sunt quatuor modi accidẽtales qualitatis, sumpti ex diuersis habitudinibus ad subiectum, vel ad aliquid aliud, & non sunt species, quia impossibile est duas species vnius gñis in abstracto prędicari de aliquo, sed sic est, ꝙ habitus, & dispositio, naturalis potentia, & impotẽtia, passio, & passibilis qualitas p̃dicantur de eodẽ, puta de colore, vel sanitate, ergo.

Species qualitatis modi potius dicta dę.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ prima spẽs, seu modus qualitatis est habitus, & dispositio, q̃ dupliciter adinuicẽ differũt, primo, quia habitus est qualitas de difficili mobilis à subiecto, & dispõ de facili mobilis, secundo qa habitus disponit subiectũ ad pfectè operãdũ, sed dispõ ad impfectè operandũ. Et siqs dicat, dispõ est superius ad habitũ: ergo nõ facit vnã spẽm, vel modũ cũ habitu. Rñdeẽ, ꝙ dispõ põt capi dupliciter. Vno modo large, pro oi qualitate, q̃ disponit subiectũ ad aliqd operãdũ, siue pfectè, siue impfectè, & sic benè est superius ad

Sco. vbi sta pra.

Dubium.

Sco. in 1. d. 17. q. 1.

A ad habitū. Aliomō capitur strictè, ꝓ qualitate disponēte subiectū ad impfectè operādū, & sic facit vnā spēm, vel modū cū habitu. Vnde ois qualitas q̄ disponit subiectū ad aliqd operādū, siue pfectè, siue impfectè, siue a natura, siue nō, est in ista spē qualitatis, seu in hoc modo qualitatis. Ex quo seq̄tur, ꝙ oēs sciētiæ, oēs artes, oēs virtutes, & oēs actus potentiarū, & omnes spēs tā intelligibiles, q̄ sensibiles sunt in ista specie, qa ipsis cōuenit iste modus, qui est disponere subiectum ad aliquid operandum.

Sco. in 1. d.3.q.6.

Species qualitatis modi potius dicen dę.

¶ Argvitvr primo sic: Prædicamentum non diffinitur, cū non habeat genus, & differentiam: ergo male ibi diffinitur qualitas. ¶ Secūdo sic: fm rōnale dicimur quales, &

B tñ rōnale nō est qualitas: igit. ¶ Tertio sic: fm quodlibet accidens dicimur quales, & tñ qālibet accidens nō est qualitas: igit. Ad primū dr, ꝙ ꝑdicamenta non diffiniuntur ꝓpriè diffinitione quidditatiua: cū non habeāt differentias constitutiuas: licet benè diffiniantur diffinitionibus descriptiuis. Ad fm dr, ꝙ fm rōnale dicimur quales essentialiter, non tñ accidētaliter. Ad tertiū dr, ꝙ licet fm quodlibet accidēs dicamur quales, capiēdo, quale, large: non tñ capiendo quale propriè, vt dicitur a qualitate, vel vt habet proprium modum prædicandi, distinctum ab alijs.

Sco. in 1. d.3.q.3.& in d.5.q.3

Sco. vbi ſt pra.

Dubium.

Secunda species qualitatis est naturalis potentia, vel impotentia aliqd facile faciendi, vel patiendi, vt fanaticus dicitur, q̄ habet naturale potentiam, ut nihil ab aliquibus accidentibus, agritudinē inferentibus, patiatur, & agrotatiuus dicitur, q̄ habet naturalem impotentiā aliqd patiē di, durum autem dicitur habere naturalem potentiam resistendi sectioni, & molle naturalem impotentiam, quia cito secatur. Cursores enim & pugillatores dicuntur simul de ista specie, non quia exerceant actus suos: sed qa habent naturalem potentiā hoc faciendi. Tertia species qualitatis est passio, & passibilis qualitas, vt illæ qualitates, q̄ efficiūt in sensibus passiones, vt in gustu dulcedo, amaritudo, & similia. Et etiam illæ qualitates sunt in hac specie, q̄ ab aliquibus passiomb. generantur, vel facile, vel difficile mobilibus, & permanentibus: siue .n. nigredo ab aliqua passione naturali genereī, siue ab agrē tudine, vel ab astu, qualitas passibilis dicitur. Quarta species qualitatis est forma, & circa hoc aliquid cōstās figura, vt dispō corporis, vt triagulatio: quadrāgulatio, rotūditas, curuitas, rectitudo. C D

Primo sciendū, ꝙ secūda spēs seu modus qualitatis ē naturalis potētia, vel impotētia. Vñ naturalis potētia nō est, nisi quædā habilitas, seu qualitas inexistēs rei a natura, ꝑ quā ipsa potēs est ad exercēdū suas operationes, & ad resistēdū suis cōtrarijs. Sed naturalis impotentia est inhabilitas, seu qualitas inexistēs rei a natu

Art. 2.

Era, per quam ipsa impotens est ad exercendum suas operationes: ita q̃ omnis qualitas, per quam aliquid naturaliter est potens, vel impotens ad exercendum suas operationes; habent istum modum qualitatis: sicut est habilitas, & inhabilitas. Ex quo sequitur, q̃ neq; propriæ passiones, neq; potentiæ animæ neq; interiores, neq; exteriores sunt propriè in ista specie qualitatis.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̃ tertia species qualitatis, seu modus, est passio, & passibilis qualitas: & differunt dupliciter adinuicem. Primo, quia passio importat qualitatẽ citò transeuntem: vt rubedo prouenies ex verecundia. Sed passibilis qualitas importat qualitatem sub esse permanenti. vt rubedo prouenies a natura. Secundo differunt: quia passio nõ
F denominat subiectum simpliciter. i. vniuersaliter, sed solum pro aliquo tempore: sed passibilis qualitas denominat subiectum simpliciter, id est vniuersaliter. Vnde passio, vt hic sumitur, est qualitas citò transiens, inferens passionem, vel illata a passione: vt rubedo prouenies ex verecũdia. Sed passibilis qualitas est qualitas, inferens passionem, vel illata a passione, habens esse permanens. Vnde omnis qualitas, quę infert passionem subiecto, vel quæ illata est a passione; habet modum huius speciei. Vnde in ista specie reponuntur omnes qualitates sensibiles: vt omnis color, omnis sonus, omnis sapor, omnis odor: caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ quarta
G species qualitatis est forma, & figura, non capiendo formam pro altera parte compositi, sicut est anima: sed capiendo formam pro figura: quia idem est forma, & figura, vt hic sumitur forma. Figura tamen potest capi dupliciter. Vnomodo pro quantitate terminata: & tunc diffinitur: figura est, quæ termino vel terminis clauditur. Aliomodo accipitur pro dispositione, vel clausione qualitatis: quæ certe non est aliud, quàm ordo partium ad totum locum, vel ad partes loci: quia vt dicit. Sco. domus In 4. dist. extra, aut nihil est vltra ens naturale, aut multò est imperfectior, quàm domus in mente: & paulò post dicit, q̃ domus non mouet intellectũ ad cognitionem sui, sed à re naturali ad cognoscendum ordinem partium: qui dicit artificiale seu figurã
H vltra ens naturale. Et aduerte, quòd sub isto modo qualitatis ponuntur omnes figuræ, tam naturales, quàm artificiales. Vnde illud dicitur habere istum modum qualitatis, quod est dispositio partium totius ad partes loci.

¶ ARGVITVR primò sic: Risibilitas est naturalis potentia, & nõ est qualitas: igitur. ¶ Secundò sic: Potentia respectiue se habet ad actũ: ergo est in prædicamẽto ad aliquid, & non in isto prædicamento. ¶ Tertiò sic: Figura est quantitas: ergo malè dicitur, quòd est qualitas. Ad primum dicitur, quòd risibilitas nõ est potentia: sed est quidam respectus aptitudinalis ad risum. Ad secundum dicitur, quòd potentia capitur dupliciter. Vnomodo pro per se signifi-

A gnificato: & sic est respectus, seu ordo ad aliquem actum: & tunc est in prædicamento ad aliquid. Aliomodo capitur pro denominato: & tunc est in prædicamento substantiæ pro priè: potest etiam capi pro habilitate, vel facilitate, quæ inest rei à natura, per quam aliquid est potens ad exercendum suas operationes: & tũc est in secunda specie qualitatis. Ad tertium dicitur, quòd figura nõ est quantitas: sed est ordo partium ad partes loci.

Hanc declare habet. Sco. 11. d. 17.

Qualia quæ, & quotuplicia.

Qualia vero dicuntur, quę se cundum hæc denominatiuè dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his: vt a grammatica grammaticus: a iustitia iustus. Vel

B *quęcunque dicuntur ab aliqua qualitate, non denominatiuè: eo quòd nomen nõ est impositum ipsi qualitati: vt cursor, & pugillator. Et nota, quòd cursor, & pugillator dicuntur dupliciter. Vno modo dicuntur cursor, & pugillator ab arte currendi, & pugillandi: & sic sunt in prima specie qualitatis: quia istę artes sunt habitus. Alio modo dicitur cursor, non quòd habeat artem currendi: sed quia habet naturalem potentiam ad actum currendi: & pugillator, non quòd habeat artem pugillandi: sed quia habet naturalem potentiam ad actum pugnandi. Et isto modo dicuntur qualia ab istis naturalibus potentijs, sed non denominatiue, eo quòd nomina non sunt imposita istis naturalibus potentijs, a quibus dicuntur qualia. Et sic cursor, & pugillator sunt in secunda specie qualitatis.* C *Alia autem dicuntur qualia non denominatiuè: quando nomen est impositum qualitati, secundum quam dicitur quale: sed eam nõ participant secundum illud nomen: vt studiosus à virtute: & sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate. Est autem contrarietas in qualitate: vt albedo cõtrariatur nigredini: iustitia iniustitiæ: hoc autem non est propriũ qualitati: quia non conuenit omni qualitati: figura enim non habet aliquod contrarium, neque aliquis medius color: vt rubedo,* D *albedo. Et sciendum, quòd si vnũ contrariorum fuerit quale, reliquum erit quale: vt iustitia est qualitas: ergo iniustitia: iustum est quale, ergo iniustũ. Item qualitas suscipit magis & minus. Dicitur enim iustus magis, & minus iustus: & albus, & grammaticus: sed hoc non est propriũ qualitati: quia quadratum non suscipit magis, neque minus, neque circulus, neque quadrangulatio, neque circulatio. Item proprium est qualitati, secundum eam simile, vel dissimile dici: vt albus albo similis dicitur: & iustus iusto: albus nigro dissimilis dicitur.*

Qualitatis proprietates.

PRIMO

Art. 1. E PRIMO ſciendum, quòd diffinitio qualium, ſic eſt intelligenda: Qualia dicuntur. i. ſunt, ſecundum quæ hoc: id eſt ſecundum qualitatẽ, vel abſtracta denominatiue dicuntur: vt album ad albedine. nigrum a nigredine. Et aduerte quòd duobus modis contingit qualia non dici denominatiue, ſupple propriè dicta, q̃ eſt ſecundum vocem, & ſignificationem ſimul. Primo quando illi qualitati non eſt nomen impoſitum: vt curſor, & pugillator: quando ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis. Secundo modo quando concretum, & abſtractum non conueniunt in principio vocis: vt ſtudioſus a virtute.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̃ prima ꝓprietas qualitatis eſt iſta. Qualitati eſt aliquid contrarium: vt iuſti
F tiæ contrariatur iniuſtitia: & caliditati frigiditas: ſed non eſt propria quarto modo: quia non cõuenit omnibus qualitatibus, vt qualitatibus quartæ ſpeciei: quia triangulo nihil eſt contrarium, neque qualitatibus ſecundæ ſpeciei: nec primę: niſi capiatur contrarietas large. Ex quo ſequitur, q̃ ſolę qualitates tertiæ ſpeciei contrariantur: capiendo contrarietatem propriè: quæ eſt ſolum inter quatuor qualitates primas. Vide latius declaratum in maiori logica cap. de qualitate nota. 4. Ex quo ſequitur vlterius, q̃ ſi vnum cõtrariorum fuerit quale, reliquum erit quale. i. ſi vnum fuerit in prædicamento qualitatis, etiam reliquum.

Art. 3. TERTIO ſciendum, q̃ ſecunda proprietas qualitatis eſt iſta. Qualitas ſuſcipit magis, & minus: vt aliq̃d dicit magis, vel minus albũ: & G poteſt exponi dupliciter ſcilicet primè intentionaliter, & ſecũdè, vt viſum eſt ſupra in quinta proprietate ſubſtantiæ. Sed tertia proprietas qualitatis eſt: proprium eſt qualitati ſm eam ſimile, vel diſſimile dici: vt ſm albedinem aliquid dicitur ſimile: & debet capi ly, ſecũdum, vt dicit circunſtantiam, vel habitudinem fundamenti: ita q̃ eſt ſenſus: q̃ quicq̃d dicitur ſimile, vel diſſimile, dicitur tale ſm qualitatem ſupple fundamẽtaliter: & debent accipi ſimile, & diſ Secũda quæſtio. ſimile, vt dicunt aptitudinem, & nõ actum. Vnde ſimilitudo eſt rerũ diferẽtium eadem qualitas, ſupple in ſpecie, & etiam poteſt intelligi in numero: accipiendo qualitatem communiter. Sed diſſimilitudo eſt rerũ differentium diuerſa qualitas, ſup- H ple in ſpecie ſpecialiſſima.

¶ ARGVITVR primo ſic. Quale eſt primum quæſitiuum huius prædicamenti: ergo non eſt prędicamentum. ¶ Secundo ſic: Secundum humanitatem dicimur ſimiles, & tamen non eſt qualitas: igitur. ¶ Tertio ſic: Secũdum ſimilitudinem dicimur ſimiles: ergo nõ ſm qualitates. Ad primũ dr̃, q̃ quale, capiť dupliciter. Vnomõ ſyncathegorematice, & ſic eſt bñ q̃ſitiuũ. Aliomõ cathegorematice, & ſic eſt p̃dicamẽtũ: Ad ſm dr̃, q̃ licet ſm humanitatẽ dicamur ſimiles: capiendo ſimilitudinẽ largè, nõ tñ propriè. Ad tertiũ dicitur, q̃ licet ſecundum ſimilitudinem formaliter dicamur ſimiles; tamen ſecundum qualitatẽ fundamentaliter dicimur ſimiles.

De propoſitionibus amphibologicis. vide Sco. in 4. diſt. 12. q. 1. in ſol. 1. arg.

Actio

A *Actio est, secundum quã in id, qđ subijcitur: agere dicimur, vt secans aliquis dicitur agere in eo, qđ secat, vñ sectio est actio, & secundum sectionem agit secans in eo, qđ secat, & per cusio est actio. Proprium actionis est, ex se inferre passionẽ. Recipiunt autem agere, & pati contrarietatem, calefacere enim est contrarium ei, qđ est frigidum facere, et delectari est cõtrarium ei, quod est tristari. Recipiunt agere, et pati magis, & minus, calefacere n. magis, & minus dicitur, et calefieri dicitur magis, et minus, et similiter delectari, et tristari. Pas-*

Actio qd & eius ꝓprietates.

Passio qd & eius ꝓpria.

B *sio est effectus, illatioq; actionis, vt calefieri infertur ex calefacere, et efficitur. Proprium autẽ passionis est primo inferri ex actione. Item passio non est in agẽte, sed in patiente. De reliquis verò q̃ priùs dicta sunt, modo sufficiãt.*

DE QVANDO.

Quando quid quo tuplex, & eius propria.

QVando est, quod ex adiacẽtia temporis in re temporali derelinquit, vt hodie esse, cras fore. Item duplex est quando scilicet simplex, et cõpositum, sicut duplex est tempus. Item, tres sunt proprietates. Quãdo. Prima est, ꝙ quando, non suscipit magis, neque minus. Secunda est, ꝙ quãdo nihil est contrarium. Tertia est, ꝙ quando, est in omni illo, quod incipit esse in tempore.

De propositionibus amphibologicis. vide Sco. in 4. dist. 12. q. 1. in sol. 1. arg.

PRIMO sciendũ, ꝙ post q̃ de terminatũ est de quatuor primis ꝓdicamentis, consequenter determinandum est de sex vltimis, quæ non sunt, nisi respectus extrinsecus aduenientes. Vnde diffinitio actionis sic est intelligenda: Actio est respectus ipsius agentis ad passum, quo agens dr̃ formaliter agens. Et dr̃ notanter, formaliter quia effectiuè agens dicit bene agere aliquo aliomõ: vt ignis effectiuè dicitur agere calore; sed formaliter dr̃ agere actione. Sed diffinitio passionis est sic intelligenda: Passio est respectus extrinsecus ipsius patientis ad agens: vt calefieri, vri. Ex quo sequitur, ꝙ termini significãtes actus potentiarum animæ, non sunt in istis ꝓdicamentis, quia nõ importãt respectus, sed qualitates, sub modo tamẽ grammaticali actionis, vel passionis, vt videre &c.

C Art. 1.

3co. in 4. d. 13. q. 1.

Sco. in 1. d. 3. q. vl. & q. 13. quo.

SECVNDO sciendũ ꝙ prima ꝓprietas actionis est, ꝙ proprium est actioni ex se. i. ipsa mediante inferre passionẽ, & hoc exponẽdo primè intentionaliter, sed logicaliter exponitur sic: ꝙ a propositione, in qua ponitur verbum de genere actionis ad ꝓpositionem, in qua ponitur verbum de genere passionis, est bona consequentia, vt bene sequitur, ignis calefacit aquã, ergo aqua calefit ab igne. Secũdo proprietas agere & pati suscipiũt cõtrarietatẽ: vt calefacere cõtrariat huic, qđ est frigefacere, & calefieri huic, qđ est frigefieri. Tertia ꝓprietas, actio suscipit magis & minus: calefacere dr̃ magis & minus calefacere, & debẽt intelligi istæ ꝓprietates nõ primo, sed solũ mediãte qualitate,

D Art. 2.

Regula.

E litate, quam connotant. Sed ipsius passionis sunt duæ proprietates. Prima, proprium est passioni inferri ex actione: vt calefieri mediante calefacere. Secunda proprietas: passio non est in agente, sed in patiente.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ diffinitio de, quando, sic est intelligenda: Quando est respectu extrinsecus rei temporalis ad tempus, vel ad aliqd temporis. Ex quo sequitur, ꝙ ibi nõ diffinitur, quando, prædicamentũ, Sco. in 1. d. 8. q. 1. sed quando passiuum: quod est species eius. Vnde quando est duplex scilicet actiuum, & passiuum. Quando actiuum, est respectus rei temporalis ad tempus: & nullum istorum est prædicamentum: sed quando cõmune ad ista duo, forte quando non habet aliquas species: & ipsius quan F do sunt duæ proprietates. Prima, ꝙ non habet contrarium: vt hodie nihil est contrarium. Secunda est, ꝙ qñ non suscipit magis & minus: vt hodie non dicitur magis qñ, quàm cras: & sic de alijs. Et eius genera supplentur per ista: esse, fore, fuisse: sed species supplentur per ista: in hora, in diem, in anno: & indiuidua per ista: in hac hora, in hac die: & omnia illa sunt in isto prædicamento, per quæ conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quando: vt cras, hodie.

¶ ARGVITVR primo: Contraria non possunt simul verificari de eodem: sed calefacere, & frigefacere verificantur de eodem, puta de aqua tepida: igitur. ¶ Secundo sic: Passio est species qualitatis: ergo nõ est vnum prædicamentum. ¶ Tertio sic: Nullum syncathegorema est prædicamentum: sed quãdo, est syncathegorema: igitur.

Ad primum dicitur: quòd contraria quantum ad gradus intensos nõ possunt de eodem verificari: tamen bene quantum ad gradus remissos. Ad secundum dicitur: ꝙ passio ęquiuoce est prædicamentum, & specie qualitatis. Ad tertium dicitur: ꝙ licet quando, vt est vnum quæsitiuũ sit syncathegorema: non tamẽ vt est vnum prædicamentum.

Vbi est circumscriptio corporis locati, a loci circunscriptione procedens: vt in ecclesia esse, in foro esse. Et diuiditur vbi: quia quoddam est vbi simplex: & est illud, quod a simplici loco procedit, vt est locus punctorum. Et quoddam est vbi compositum: & est illud, quod à loco composito procedit. Proprietates vbi sunt duæ. Prima est; quòd vbi nihil est contrarium. Secunda est, quòd vbi non suscipit magis neque minus: hoc est vbi non recipit intensionem, & remissionem. Vbi quid, quotupl. & eius proprietas.

Positio est quidam partium situs, & generationis ordinatio: vt sessio, statio, & sic de alijs. Item tres sunt proprietates positionis. Prima est, ꝙ positio non habet cõtrariũ. Secunda est, ꝙ positio non suscipit magis, neq; minus. Tertia est, proprium est positioni, substantię proximè assistere. Positio quid, & eius proprietates.

Habitus est corporũ, & eorũ, q̃ circa corpus sunt; adiacẽtia: ut tunica- Habitus quid, & eius propria.

A *tunicatum esse, loricatum esse. Et sunt tres proprietates eius. Prima est. quod habitus suscipit magis & minus: vt eques est armatior pedite. Secunda est, quod habitus non habet contrariũ. Tertia est, quòd habitus semper est in pluribus, scilicet in habente, & in habito.*

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd diffinitio vbi est sic intelligenda: Vbi sup
Sco. quod. q. 11. & in 4. d. 10. q. 2. ple passiuum est respectus extrinsecus ipsius rei locatæ ad locum. i. ad superficiem corporis cõtinentis ipsum. Ex quo sequitur, quòd ibi nõ diffinitur vbi, quod est prædicamentum: sed vbi passiuum. Ex quo sequitur, ꝙ duplex est vbi. s. actiuum, & passiuum. Vbi actiuum est respectus ipsius loci ad rem locatam: sed
B vbi passiuum est respectus rei locatæ ad locum, & nullum istorum est prædicamentum vbi, sed vbi commune ad vtrunque. Et aduerte, ꝙ eius proprietates sunt benè positæ in textu: nam vbi suscipit magis & minus, & non habet cõtrariũ. Vnde genera subalterna eius sunt, sursum, deorsum: species sunt in domo, in camera: indiuidua sunt. in hac domo, in hac camera: & quæsitiuum huius prędicamenti, est vbi, syncathegorematicè captum.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ diffinitio situs, vel positionis sic est intelligenda. Situs est respectus partiũ totius ad partes loci: & eius sũt duæ proprietates. Prima situs non habet contrarium: quia hoc maximè esset sedere & stare: sed hoc nõ: quia eadem ratione moueri contrariaretur C ad ly, stare, quod est impossibile: quia tantum vni vnum est contrarium. Secunda proprietas, Situs nõ suscipit magis, neque minus: vt aliquis non dicitur magis, vel minus iacere: & eius genera subalterna sunt positio innata, & positio acquisita, situari sursum, situari deorsum, & eius species sunt, stare, sedere: & indiuidua sunt stare sortis, & sedere platonis, & eius quæsitiuum est, quo modo est hoc situatum?

TERTIO sciendũ, ꝙ diffinitio Art. 3. habitus est sic intelligenda. Habitus est respectus extrinsecus eorũ, quæ sũt circa corpus, ad ipsum corpus. ita ꝙ tunicæ applicatæ corpori ad ipsũ corpus est respectus extrinsecus, q vocatur Habitus prædicamentũ, & eius sunt duæ proprietates. Prima habitus suscipit magis & minus: vt D aliquis dicitur magis & minus armatus. Secũda proprietas: quòd habitus non habet contrarium, capiẽdo propriè contrarietatem: & eius genera subalterna sunt habitus partis, & habitus totius, & armatum esse, vestitũ esse sunt species specialissimæ, & indiuidua sunt armatio sortis, armatio Platonis, & eius quæsitiuum est, qũo est hoc habituatum?

¶ARGVITVR primo sic: Vbi est vnũ syncathegorema quæsitiuũ prędicamenti vbi: ergo non est vnũ prædicamentum. ¶Secundo sic: Positio est differentia quantitatis: ergo non est prædicamentum, distinctũ ab alijs. ¶Tertio sic: Habitus est species qualitatis: ergo non est vnũ prædicamentum, distinctum ab alijs.

Ad

E Ad primum dicitur, ꝙ vbi poteſt capi dupliciter, vno modo ſyncathegorematicè, & ſic eſt vnum quæſitiuum prædicamenti vbi Alio modo capitur cathegorematicè, & ſic eſt vnum prædicamentũ. Ad ſecundũ dicitur, ꝙ poſitio poteſt capi dupliciter, vno modo pro ordine, ſeu reſpectu partium totius ad ipſum totũ, & ſic eſt differentia accidentalis quantitatis. Alio modo poteſt capi pro reſpectu partiũ totius ad partes loci, & ſic eſt prædicamentum. Ad tertium dicitur, ꝙ habitus capitur dupliciter. vnomodo pro qualitate, de difficili mobili a ſubiecto, & ſic eſt ſpecies qualitatis. Alio modo pro reſpectu eorum, quæ ſunt circa corpus ad ipſum corpus, & ſic eſt vltimum prædicamentum.

Scot. in 4. d. 10. q. 1.

Oppoſitio quotupl. & quæ.

Dicitur autem alterũ alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorum enim quædam ſunt relatiua, vt pater & filius. duplum & dimidium. Quædam ſunt priuatiuè oppoſita, vt priuatio & habitus, viſus & cęcitas, auditus & ſurditas: Alia ſunt contrariè oppoſita, vt albũ & nigrũ. Alia ſunt contradictoriè oppoſita, vt ſedere nõ ſedere. Quę aũt ſunt relatiuè oppoſita, dictũ eſt in capitulo de relatione. Cõtraria ſunt, quęcunque ſub eodem genere poſita, maximè a ſeinuicem diſtant, mutuo ſe expellunt, & eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt, à quo mutuò ſe expellũt, niſi alterũ inſit à natura, vt albedo ĩ cygno, & nigredo in coruo, & ęthiope, caliditas aũt nõ eſt in igne. vt accidẽs in ſubiecto, immò vt ſubſtantiale in eo, cuius eſt ſubſtãtiale, ſicut ſunt quædã, quæ cadunt in diffinitione alicuius nõ ſecundũ prædicationẽ, ſed potius vt principiũ, vt punctus in diffinitione lineæ, vnitas in diffinitione numeri: & iſtæ modus eſſendi, in, cõtinetur ſub quarto modo, ſecundũ quẽ vnaqueq; pars diffinitionis eſt in ſuo diffinito, & ſic ignis nõ eſt ſubiectũ caliditatis, ſed materia ignis eſt ſubiectũ eius, hæc. n. ſuſceptibilis eſt caliditatis & frigiditatis. Vnde caliditas eſt ĩ materia ignis, vt in ſubiecto, in igne vero nõ vt in ſubiecto, ſed vt ſubſtantiale in eo, cuius eſt ſubſtantiale. Priuatiuè oppoſita ſunt, quę habent fieri circa idem ſubiectũ ordine irregreſſibili, & tempore determinato à natura. Ordine irregreſſibili, dico quia ab habitu in priuationẽ deuenire poſſibile eſt, ſed non econuerſo, impoſſibile enim eſt à priuatione in habitũ regreſſum fieri, vt viſus & cęcitas habent fieri circa oculũ, à viſu aũt deuenire in cęcitatẽ poſſibile eſt, ſed non econuerſo.

G

H

Contraria duplicia.

Art. 1.

Primo ſciendum, quòd poſtquam determinatum eſt de prædicamentis, hic conſequenter determinandum eſt de poſtprædicamentis. Vnde poſt prędicamẽtum eſt quoddã documentum, valens ad habendã à poſteriori prædicamentorũ cognitionẽ, & ſunt quinque. ſ. oppoſitio,

Poſt prædicamentũ quid.

A tio, prius, simul, motus, & habere. Et prius determinādū est de oppositione, non quidē cōplexa, sed incomplexa, & eius sunt quatuor species. s. relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria. Vnde oppositio relatiua est repugnātia relatiui ad correlatiuum, quæ de eodē, & respectu eiusdē verificari nō possunt, vt pr̄, & filius, licet bene respectu diuersorū: Ex quo sequitur, ꝙ nō omne relatiuū & correlatiuū opponuntur relatiuè, sed solum quæ de eodem respectu eiusdē verificari non possunt.

Oppositio relatiua quid.

Scot. in 1. d. 3. q. 9.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ diffinitio contrarjorum est sic intelligēda: Contraria sunt, quæ sub eodem genere posita sunt, & maximè differunt, & nata sunt succesſsiuè ineſſe eidē ſubiecto: niſi alterum illorum B inſit à natura, à quo nata ſunt ſe mutuò expellere. Et dr̄ notanter, niſi alterū illorū inſit à natura, quia ſi alterū inſit à natura, non oportet, ꝙ naturaliter poſsint ſe expellere, licet tamē ſint ſemꝑ nata ſe expellere, ideo nō eſt magna neceſsitas ponere illā particulā, niſi alterū inſit à natura. Et ſunt duplicia. ſ. mediata, & immediata. Mediata, inter quæ mediat aliquid eiusdē generis cum extremis. vt album, nigrum, inter quæ mediat rubeum, & multi alij colores. Sed immediata ſunt, inter quæ non mediat aliquid eiusdē generis. vt inter ſanum, & ægrum non mediat aliquid eiusdem generis cū extremis, & neceſſe eſt ſupple alterū iſtorū naturaliter ineſſe ſuo ſuſceptibili: licet non mediata, vt non eſt neceſſe hominē eſſe album, vel nigrum.

Scot. in 4. d. 1. q. 1.

Contraria duplicia.

TERTIO ſciendū, ꝙ priuatiuè C
oppoſita ſunt, quę habent fieri circa Art. 3.
idē ſubiectū ordine irregreſsibili, &
tpe determinato a natura, vt viſus;
& cęcitas. Et dr̄ notāter, circa idem Scot. in 4. d. 4.
ſubiectū: ideo viſus, & ſurditas non
ſunt priuatiuè oppoſita: quia nō habent fieri circa idem ſubiectū. Et dicitur notāter, ordine irregreſsibili, propter priuationem imperfectam: quæ ſolum negat actū, & non diſpoſitionem ad actū, vt quies reſpectu motus, & à tali benè pōt fieri regreſſus, ſed non à perfecta priuatione, quæ negat actū & diſpoſitiònem ad Scot. d. 2.
actum. vt cæcitas. Dicitur notanter, tēpore determinato à natura, quia catulus ante nonum diem non dicitur neque cæcus, neque videṡ, quia non habet tempus determinatum. Sed contradictoria ſunt, quæ oppo- D
nuntur ſecundum affirmationē & negationem, vt homo, non homo, & ipſa abſolutè ſumpta, nō poſſunt verificari de aliquo, ſupple copulatiuè: quia diſiunctiuæ de quolibet conceptibili poſſunt verificari.

¶ ARGVITVR primo ſic: Cauſa, & effectus ſunt relatiuè oppoſita, & tamen reſpectu eiusdem poſſunt verificari de eodem. ¶ Secundo ſic, Rubedo verificatur de aliquo: ergo & contraria: Conſequentia patet: quia medij colores componūtur ex extremis coloribus: ergo vbi erit medius color, & extrema ēt. ¶ Tertio ſic: Album, & non album ſunt contradictoria, & tamen diſiunctū ex ipſis non verificatur de quolibet, quia illa non eſt vera, homo per ſe eſt albus vel non albus. Ad primum

mum dicitur, quòd licet causa, & effectus secundum diuersa genera causarum possint de aliquo verificari respectu eiusdem, non tamen secundũ idem genus causæ. Ad secundum dicitur, quòd medij colores non dicuntur ideo medij, eo q̃ componãtur ex extremis coloribus, sed quia habent maiorem conuenientiam cum extremis, quam extrema inter se. Ad tertium dicitur, q̃ licet contradictoria, absolutè capta, non possint verificari, neque falsificari de eodem; tamen benè sumpta cum aliqua determinatione, vt cũ ista determinatione, per se, vel necessario.

Sco. in 1. d. 15.

Sco. in 1. d. 2. q. 4. & dist. 4. q. 1.

Prius quotupliciter dicatur.

Prius dicitur quadrupliciter, primo modo, & propriè aliquid dicitur prius altero secundum F *tempus, prout aliquis dicitur senior, & antiquior altero: sicut homo habens triginta annos dicitur prior homine, habente viginti annos. Secundo modo aliquid dicitur prius, à quo non cõuertitur subsistendi consequentia: vt vnum est prius duobus. Duobus enim existentibus mox consequens est vnum esse, vt si duo sunt, vnum est, & non econuerso. Tertio modo dicitur prius secundum ordinem quẽdam, vt in disciplinis principia priora sunt conclusionibus, & in grammatica literæ sunt priores syllabis, & in oratione proœmium est prius narratione. Quarto modo prius dicitur, quod melius est, & honorabilius.* Consueuerunt enim plurimi homines honorabiliores, & magis dilectos apud se, dicere priores, præter hos quatuor modos, iam dictos, est vnus alter modus prioris. Eorum, scilicet, quę conuertuntur secundum essendi consequentiã, & alterum est quodammodo causa alterius, & hoc modo aliquid dicitur prius altero natura, vt res est causa veritatis orationis, de se factæ, vt hominem currere conuertitur cum hac oratione, homo currit. Et si hominem currere sit verum, hæc est vera, homo currit, & econuerso. Res autem est causa veritatis orationis, de se factæ, & non ecõtra. Ab eo enim, quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa, ergo hæc res, hominem currere prior est hac oratione, homo currit. Simul dicitur tribus modis. Primo modo dicuntur simul, quorum generatio est in eodem tempore, & neutrũ est prius, neque posterius, & hæc dicuntur simul tempore. Secundo modo dicuntur simul, quæcunque conuertuntur & neutrum est causa alterius, sicut quælibet relatiua, vt duplum & dimidiũ, pater & filius, & sic de alijs. Tertio modo dicuntur simul, quæ æqualiter condiuidunt aliquod genus, vt homo, equus, leo, & sic de alijs. quæ condiuidunt hoc genus animal

G

H

Simul quotupliciter dicatur.

E mal, & similiter differentiæ diuidentes aliquod genus, dicuntur simul, vt rationale, irrationale, & sic de alijs. Isti autem duo vltimi modi dicuntur simul natura, primus aũt modus dicitur simul tẽpore. Motus sex sunt species scilicet generatio, corruptio, augmẽtatio, diminutio, alteratio. & secundum locum mutatio. Generatio est progressio de non esse ad esse. Corruptio est progressio ab esse ad non esse, Augmentatio est præexistentis quantitatis maioramentum. Diminutio est præexistentis quantitatis minoramentum. Alteratio est mutatio de contraria qualitate in contrariam qualitatem, vel in mediã, F vt cum aliquid permutatur ab albedine in nigredinem, vel in medios colores. Motus secundũ locum est mutatio de vno loco in alterũ. Motus aũt secundũ locũ sex sunt species, sine differentiæ, scilicet ante, retro, sursum, deorsum, dextrum, & sinistrũ. Ad omnes autem has partes fit motus. Habere dicitur multis modis: Primo modo dicitur habere aliquam qualitatem, vt disciplinam, aut virtutem. Secundo modo dicitur habere quantitatem, vti magnitudinem, vt bicubitũ, tricubitum. Tertio modo dicitur habere ea, quæ circa corpus sunt adiacentia, vt vestimentum, & tunicam: Aut circa membrũ, vt in manu annulum. Et habitus, isto tertio modo sumptus, est vnum de decem prædicamentis, & diffinitur sic: Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentia, vt est armatio, vel caligatio. & similiter fingantur nomina in alijs secundum adiacentiam illam, hæc. n. dicuntur habere, illa vero haberi. Quarto modo dicitur habere membrum, vt manum, aut pedẽ. Quinto modo, dicitur habere sicut continens contentum, vt lagena vinum, aut modius grana tritici. Sexto modo dicitur habere possessionem, vt domum, aut agrum. Septimo modo dicitur habere vxorem, & de hoc modo dicit Aristoteles, quod iste modus est alienissimus in eo, quòd est habere, propter hoc quòd vir habẽs vxorem, etiam hr̃ ab ea, vinculũ enim matrimonij indissolubiliter ligat vtrunque. Et dicit, quòd forte alij modi apparebunt in eo, quod est habere, sed qui consueuerunt dici penè omnes enumerati sunt.

Motus species, & qd vnaquæq; earum.

Habere quot modis dicitur.

In post præd.

Primo sciendum, q; secundũ post prædicamentum est. Prius, & valet ad cognoscendum qualiter genus, species, & indiuiduum se habẽt secundum prius, & posterius. Et eius sunt quinque modi. Primus modus est prius tempore, cum durationis vnius præcedit durationem alterius. Secundus modus est prius natura, à quo non conuertitur subsistẽ-

Vide Sco. in 2. d. 1. q. 2.

E ſiſtendi conſequentia, ideſt à cuius antecedente deeſt ſecundo adiacente, ad conſequens de eſt ſecundo adiacente nõ valet cõſequẽtia, vt nõ ſequitur animal eſt, ergo homo eſt, ideo animal eſt prius natura homine, & quodlibet ſuperius ſuo inferiori. Tertius modus eſt prius ordine, à quo ſecundũ debitũ ordinem fit inceptio, ſecundũ quem modum partes præcedunt totum, & literæ ſyllabas. Quartus modus eſt prius honore, qui præfertur alio in honore. Quintus modus eſt prius natura, vel cauſa, à quo conuertitur ſubſiſtẽdi conſequentia, & vnum eſt cauſa alterius, & illud, quod eſt cauſa alterius, eſt prius natura, vt ita eſſe in re, & propoſitio vera, conuertuntur, & vnum eſt cauſa alterius, ſcilicet ita eſſe in re. Et aduerte, q̃ per Prius intelligitur Poſterius, cũ ſint oppoſita, & dicitur tot modis ſicut prius.

Scot. in 4. d. 13. q. 1. aliàs legitur d. 12. q. 1. in fol. 2. ar. prin.

F

SECVNDO ſciendum, q̃ tertiũ poſt prædicamentũ eſt Simul. qd valet ad coguoſcendũ vnam proprietatẽ ad aliquid. Et dicitur tripliciter, ſ. generatione, quorum duratio vnius nõ præcedit, neque prçceſſit duratio nem alterius. Secundo modo natura, à quo conuertitur ſubſiſtendi cõſequentia, & vnum non eſt cauſa alterius, vt relatiua, & ſua correlatiua. Tertio modo natura diuiſionis, quæ oppoſito modo diuidit aliquod totũ, vt duæ differentiæ diuidentes aliquod genus, vt rationale & irrationale. Sed quartum poſt prædicamentum eſt, Motus, qui valet ad cognoſcendum ſextam proprietatem ſubſtantiæ, & eius ſunt ſex ſpecies, & hoc capiendo motum large, pro omni mutatione, ſiue ſucceſſiua, ſiue inſtantanea, & iſtæ ſpecies patent in textu.

Scot. in quotl. q. 4 & in 1. d. 28. q. 3. & d. 7. q. vnica, & diſt. 21. q. vnica.

G

TERTIO ſciendum, q̃ quintũ poſtprædicamentum eſt, Habere, quod valet ad cognoſcendum qualiter habitus eſt ſpecies qualitatis, & qualiter eſt prædicamentum vltimum, & qualiter eſt poſtprædicamentum. Et dicitur ſeptem modis. Primo modo dicitur habere affectũ, id eſt qualitatem. Secundo modo dicitur, habetur quantum, ideſt quantitatem. Tertio modo dicitur habere veſtimentum. i. tunicam, vel pileum. Quarto modo dicitur habere membrum, vt caput, vel pedẽ. Quinto modo dicitur habere contentum, vt lagena habet vinum. Sexto modo dicitur habere poſſeſſionẽ, vt agrũ, vel pratum. Septimo modo dicitur habere vxorẽ, & iſte modus eſt alieniſſimus, quia ſicut vir habet vxorẽ, ita vxor habet virum. Et aduerte, q̃ iſti modi reductiuè ſunt in illo prædicamento, in quo ſunt habita, etiã ibi non reponuntur omnes modi habere, ſed ſolum illi, qui valent ad cognitionem prædicamentorum habendam.

H

¶ ARGVITVR ſic: Non ſequitur ita eſt in re, ergo propoſitio eſt vera, quia poteſt ita eſſe in re, & tamẽ nulla erit propoſitio. ¶ Secundo ſic, condenſatio, rarefactio ſunt motus ergo erunt plures ſpẽs, q̃ ſex. ¶ Tertio ſic: Habitus eſt prædicamentũ; ergo, nõ eſt poſt prædicamentum. Ad primũ dr̃, q̃ licet nõ ſequatur, ita eſt in re: ergo propoſitio formaliter eſt vera,

A ra, tamen bene sequitur, ita est in re, ergo propositio formaliter, vel obiectiuè est vera. i. causa quare propositio potest esse vera. Ad secundum dicitur, ꝙ cõdensatio, & rarefactio intelliguntur per augmentationem, & diminutionem. Vel dico ꝙ sunt motus locales: ergo non distinguuntur cõtra loci mutationem, immo sunt motus locales. Ad tertium dicitur, C ꝙ habitus capiũ dupliciter. vno modo generaliter, vt comprehendit sub se omnes modos habitus, & sic est post prædicamentum. Alio modo specialiter, pro vno modo habendi, & sic benè est prædicamentum vltimũ, vel etiam species qualitatis. Scot. in 4. dist. 12. q. 4.

SVMMVLARVM PETRI HISPANI Tractatus Quartus.

Resolutorios priores Aristotelis optimè redolens.

B Propositio quid.

PROPOSITIO *est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo, vel alicuius ab aliquo. Terminus est, in quem resoluitur propositio, vt in subiectum, & in prædicatum. Dici de omni est, quando nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum, vt omnis homo currit. hic cursus prædicatur de homine, & nihil est sumere sub hoie, de quo nõ dicatur cursus. Dici de nullo, est qñ nihil est sumere sub subiecto, à quo nõ remoueatur prædicatũ, vt nullus homo currit. hic cursus remouetur ab omni homine, & nihil est sumere sub homine, à quo non remoueatur cursus.* D

Terminus quid.

Dici de omni, & dici de nullo quid.

ISTE est tractatus quartus, ī quo videndũ est de formatione syllogismorũ cathegoricorũ, cuius subiectũ dr esse syllogismus simpliciter dictus, i. nõ cõtractus ad aliquã materiã, i. ad necessitatem, cuiusmodi est syllogismus demonstratiuus, vel ad probabilitatẽ, cuiusmodi est syllogismus dialecticus, & eius passio est, cõcludere vniuersaliter, & particulariter affirmatiuè, vel negatiuè. Et si qs dicat, syllogismus simpliciter est q d cõplexũ: ergo non est subiectũ huius Art. 1. Subiectũ huius libri. Instantia.

E ſcientiæ. Reſpõdetur, q̃ ſyliogiſmus põt capi dupliciter. Vno modo pro per ſe ſignificato, ſeu ſecundè intentionaliter. & ſic eſt quibus incomple xum: quia eſt vnum intentionale, q̃ attribuitur ſyllogiſmo cathegorico mentali, voca li, vel ſcripto. Alio mo do poteſt capi pro denominato, ſeu primè intentionaliter, & ſic non eſt aliud, quàm ſyllogiſmus mentalis, vocalis, vel ſcriptus. & ſic eſt benè quid complexum, & ſic non eſt ſubie ctum in hac ſcientia.

Art.2. SECVNDO ſciẽdum, quòd diffinitio propoſitionis ſic eſt intelligenda: Propoſitio ſupple cathegorica ſimplicis qualitatis, eſt oratio, in qua formaliter, vel æquiualenter vnitur prædicatum materiale cum ſubiecto mediante' copula verbali F affirmatiua, vel negatiua. Ex qua diffinitione ſequitur quædam diuiſio propoſitionis cathegoricæ ſimpli cis qualitatis, ſcilicet quòd propoſitionum cathegoricarũ ſimplicis qua litatis quædam eſt affirmatiua, & quædam negatiua, vt viſum eſt in char.14.c primo tractatu. Et dicitur notanter, cathegorica, ad remouendum hypo theticam, de qua non eſt hic ad propoſitum, cum non poſſit eſſe pars ſyllogiſmi cathegorici, de quo eſt hic ad propoſitum. & dicitur qualitatis ſimplicis, ad remouendum pro poſitionem mixtæ qualitatis. Sed diſ finitio termini eſt ſic intelligenda: Terminus eſt, in quem propoſitio cathegorica nata eſt reſolui, tanquã in ſubiectum, & prædicatum. Et capitur ibi terminus, pro omni illo, quod ſignificatiuè ſumptum, poteſt eſſe ſubiectum vel prædicatum propoſitionis, ſiue ſit complexum, vel incomplexum, & non capitur hic largè pro omni illo, quod non eſt propoſitio, quia tunc copula eſſe terminus. G

TERTIÓ ſciendum, quòd duplex eſt dici de omni, ſcilicet dici de omni prioristicum, & poſterioriſticum. Vnde dici de omni prioriſticum eſt, quãdo nihil eſt ſumere ſub ſuo ſubiecto, de quo non denotetur dici prædicatum, ſiue verè, ſiue falsè, vt omnis homo eſt albus. Sed dici de omni poſterioriſticum eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo verè non dicatur prædicatũ pro quelibet dria tẽporis, vt hõ eſt animal. Vnde aduerte, ad hoc q̃ aliqua propoſitio ſit de omni prioriſtico, requirit, quòd ſub ſubiecto fiat H diſtributio tam in termino, quàm extra terminum. Ex quo ſequitur q̃ propoſitio vniuerſalis in plus ſe habet, q̃ propoſitio de omni. Aduerte ẽt, q̃ ſicut duplex eſt dici de omni, ita etiam duplex eſt dici de nullo. ſ. prioriſticum, & poſterioriſtum. Aduerte ẽt q̃ ad hoc q̃ ſit bonus ſyllogiſmus cathegoricus de medio cõi, requiritur q̃ altera præmiſſarum ſit de omni, vel de nullo, & non ſufficit q̃ ſit vniuerſalis. Et per hoc ſoluuntur multi paralogiſmi.

Art.3. Duplex dici de omni.

Propoſitio vniuerſalis, & de omni nõ idem.

¶ ARGVITVR primò; Iſta propoſitio, ſortes eſt, vel non eſt aſinus eſt propoſitio, & tñ diffinitio propoſitionis ſibi non conuenit: igitur. ¶ Secundo ſic: Si diffinitio termini eſſet bona, ſequeretur, q̃ nullus eſſet terminus ſyncathegorematicus, cũ in nul-

Videt. Prior.c.1. dub.

A nullum talē resolueretur propō: sed hoc est falsum. ¶ Tertio sic: Si hoc esset verum, sequeretur ꝙ propositio solum componeretur ex subiecto, & prædicato, cum propositio componatur solum ex illis, in quæ resoluitur. Ad primum dicitur, quòd talis propositio est de duplici qualitate, de qua non datur diffinitio: Ad secundum dicitur: quòd nullus terminus, syncathegorematice tentus, est terminus: nisi capiendo terminū largè pro omni illo, quod non est ꝓ positio. Ad tertium dicitur, ꝙ propositio bene resoluitur in copulam, sed non tanquam in subiectum, & prædicatum.

Syllogismus qd.

B *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis & concessis, necesse est aliud accidere per ea, quæ posita sunt, & concessa, vt omne animal est substantia, omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia: hoc totum est oratio, in qua quibusdam positis, scilicet duabus præmissis, necesse est aliud accidere, scilicet conclusionem. Omnis autem syllogismus constat ex tribus terminis, & duabus propositionibus, quarum propositionum prima uocatur maior, secunda minor. Ex tribus autem terminis non possunt fieri duę propositiones nisi alter illorum terminorum sumatur bis, & tunc ille terminus, bis sūptus aut subiicit in vna, & ꝓdicat in alia, & sic est prima figura; aut prædicatur in vtraq;, & sic est secūda figura, aut subiicitur in vtraq;, & sic est tertia figura. Horū autem terminorū alter vocatur mediū, alter maior extremitas, alter vero minor extremitas. Medium est terminus, bis sumptus ante conclusionem. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propositione cum medio. Minor extremitas est terminus, sumptus in minori propositione cum medio.*

Ex' quot, & quibus terminis conflatur syllogismus.

C

Primo sciendum, ꝙ diffinitio syllogismi sic est intelligenda: Syllogismus est oratio, supple hypothetica, rationalis, vel conditionalis &c. vt si omne animal est substantia, & homo est animal, homo est substantia. In qua quibusdam positis. i. duabus præmissis dispositis in modo, & figura. Et ponitur, necesse est aliud accidere. i. aliud sequi. s. conclusionem, quia conclusio in bona consequentia est necessaria per ea, quæ posita sunt. i. propter præmissas sic dispositas. Ex quo sequitur, ꝙ in ista diffinitione ly, necesse, capitur secūdò intentionaliter, & tm̄ valet sicut consequentia bona & necessaria, & non capitur primè intentionaliter, & syncathegorematice, quia conclusio cōtingenter sequitur ad præmissas, cū possit poni, & nō poni. Sequitur, ꝙ in diffinitione syllogismi non dēt poni, cōcessis, qa siue pmissę sint verę, siue falsæ, nihil faciūt ad syllogismū simp̄r dictū, qui ibi diffinit. Art. 1.

Cōclusio qūo sequitur ex pmissis.

Secundo sciendum, quòd in diffinitione syllogismi ponitur ofo

D

E loco generis: Et ponitur, in quia qui busdam positis, ad differentiam omnium consequentiarum, in quibus non ponuntur duæ præmissæ, dispositæ in modo & figura. Ponitur etiã ad differentiam fallaciarum, in quibus præmissæ non benè disponũtur. Et aduerte q̃ syllogismus cathegoricus, de quo est hic ad propositũ: põt fieri dupliciter, scilicet per coniunctionem rationalem, & tũc syllogismus dicitur propositio rationalis. vt omnis homo currit: Petrus est hõ, ergo Petrus currit. vel fit per istam cõiũctionem, si, vt si omne animal currit & Petrus est animal, Petrus currit. & tunc dicitur propositio conditionalis: cum ibi coniungantur duæ vel plures propositiones per istã coniunctionem, si, tanquam per copulam principalem illatiue tentam, nõ negatam. F

Art. 3. TERTIO sciendum, in quolibet syllogismo sunt tres termini & tres propositiones: termini sunt maior extremitas & minor extremitas, & medium. Medium est terminus, bis sumptus ante conclusionem: ita q̃ medium nunquam debet poni in conclusione. aliter nõ erit bonus syllogismus. Sed maior extremitas est terminus, sumptus in maiore propositione cum medio. Sed minor extremitas est terminus, sumptus in minori propositione cum medio. Sed tres propositiones sunt maior, minor, & conclusio: maior est prima q̃ positio: minor secunda, tertia est cõclusio, quæ ponitur post notam illationis. Ex quo sequit, q̃ proprie consequens in plus se habet quam conclusio, quia omnis propositio, quæ G ponitur post notam illationis. dicit consequens, sed illa, quæ ponit post notam illationis in syllogismo: dicitur proprie conclusio. Sequitur secũdo q̃ differentia est iter consequẽs, & consequentiam, quia consequentia est habitudo consecutionis antecedentis ad consequens: sed consequens est propositio, posita post notam illationis.

Differt cõsequens à consequẽtia.

¶ ARGVITVR primo: Diffinitio syllogismi conuenit inductioni, quia inductio est oratio, in qua quibusdam positis, aliud de necessitate accidit, ergo non est bona. ¶ Secundò sic: Conclusio contingenter sequitur ex præmissis, quia formato antecedente, potest formari, vel nõ formari conclusio. ¶ Tertio sic: Syllogismus, qui est ex termini synonymis, H est bonus syllogismus, & tamen conclusio non est alia a præmissis: igitur. Ad primum dicitur q̃ talia, quæ ponuntur in inductione, non sunt dispositа, sicut sunt illa, quæ ponuntur in syllogismo. Ad secũdum dicitur q̃ ly, necesse in diffinitione syllogismi non capitur primò intentionaliter, & syncathegorematice; sed capitur secũdò intentionaliter: vt idem est, q̃ consequentia bona & necessaria. Ad tertium dicitur, q̃ licet in syllogismo ex synonimis conclusio nõ sit alia a qualibet præmissarum: tamen est alia ab antecedente, & hoc significatione totali.

Ad syllogismum autem exigitur modus & figura. Figura est ordinatio trium terminorum secundum

Figura syllogistica quid.

A cundum subiectionem, & prædicationem. Hęc autem ordinatio sit tribus modis, vt dictum est prius. & secundum hoc tres sunt figuræ. Prima figura est, quando medium subijcitur in vna propositione, & prædicatur in alia, vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo, omnis homo est substantia. Secunda figura est, quando medium prædicatur in vtraque vt omnis homo est animal, nullus lapis est animal ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est, quando mediũ subijcitur in vtraque, vt omnis homo est animal, omnis homo est B substantia, ergo quędam substãtia est animal. Versus.

Sub. præ. prima, secunda præbis, tertia bis sub.

Modus syllogismorũ quid.

Modus est ordinatio duarũ propositionum in debita qualitate, & quantitate. Debita qualitas est, quòd si vna sit negatiua, reliqua erit affirmatiua. Debita quantitas est, quòd si vna est particularis, reliqua erit vniuersalis. Vnde tales dantur regulæ vniuersales ad quamlibet figuram. Ex puris particularibus, indefinitis, & singularibus nihil sequitur. Vnde oportet alterã prę-

Regulę generales.

missarum esse vniuersalem. Item ex puris negatiuis nihil sequitur. Vnde oportet alteram præmissarum esse affirmatiuam. Item si aliqua prę-

missarum fuerit particularis, conclusio erit particularis & C non econtra. Item si aliqua prę-

missarum fuerit negatiua, conclusio erit negatiua. Item mediũ nunquã debet poni in cõclusione.

Primo sciendum, q̃ duo sunt principia formalia syllogismi; scilicet modus, & figura. Et aduerte q̃ in diffinitione figuræ ponitur, ordinatio, loco generis, & ponitur, triũ terminorum, ad differentiam modi, q̃ est ordinatio duarum propositionũ. Vnde communiter ponuntur tres figuræ, quæ differunt inter se secundum diuersam ordinationem triũ terminorum, scilicet medij, & extremitatum. Nam in prima figura termini sic ordinantur, q̃ medium subijcitur in maiori, & prædicatur in D minori. sed in secunda figura mediũ prædicatur tam in maiori, q̃ in minori, & in tertia medium subijcitur tam in maiori, q̃ in minori. Vtrum autẽ sit ponenda: quarta figura, alias videbitur. Aduerte tamen, ad hoc q̃ aliquid sit medium primæ figurę nõ oportet q̃ sit subiectum, nęc pars subiecti maioris propositionis, sed sufficit, q̃ ponatur in maiori propositione a parte subiecti: oportet tamen q̃ sit prædicatum in minori propositione, vt omnem hominem videt sortes: Plato est homo: ergo Platonem videt sortes. ibi ly, hominẽ, est medium, & tamen non est subiectum, sed est pars prædicati maioris, licet tamen ponatur a parte subiecti maioris.

Artic. 1.

IN logica magna sumpta per prima priorum tractatu. 4.

Secvndo sciendũ, q̃ modus capitur dupliciter. Vno modo, p̃ or-

Art. 2.

Modus duplicitercapitur.

E dinatione duarum propoſitionum in debita qualitate, & quantitate: & ſic diffinitur in textu. Et tunc Barbara, & Baralipton non ſunt modi diſtincti. Aliomodo capitur pro ordinatione duarum propoſitionum, & concluſionis in debita qualitate, & quantitate, & ſic Barbara, & Baralipton differunt. Vnde debita quãtitas eſt, quòd vna præmiſſarum ſit vniuerſalis, & debita qualitas eſt, quòd vna præmiſſarum ſit affirmatiua. Ex quo ſequitur quòd ſunt quinque regulæ generales ad omnes figuras. Prima, quòd ex puris particularibus, indefinitis, & ſingularibus non valet ſyllogiſmus de medio communi, cuius ratio eſt, quia ex vero ſequeretur falſum, ſic arguendo: quoddam animal eſt equus. homo eſt animal: ergo homo eſt equus: in aliquibus tamen caſibus poteſt valere: de quibus alias videbitur. Secunda regula: ex puris negatiuis nihil ſequitur propter eandem cauſam: vel quia ibi ſunt dabiles termini, in quibus omni, & in quibus nulli: de quibus videbitur in logica. Tertia regula quòd ſi aliqua præmiſſarum ſit particularis, cõcluſio debet eſſe particularis: alias arguitur a non diſtributo ad diſtributum ex parte minoris extremitatis: niſi forte ſubiectum concluſionis in antecedente diſtribueretur, quia tunc poſſet valere conſequentia, vt bene ſequitur, homo eſt ſortes, nullus homo eſt aſinus: ergo nullus aſinus eſt ſortes. Quarta regula, quòd ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua, concluſio debet eſſe negatiua: niſi illa ſit de contingenti, non neceſſario: ex qua bene ſequitur affirmatiua. Quinta regula eſt, quòd medium habens officium medij, nõ debet intrare concluſionem: nam officium medij eſt, quòd vniatur cum extremitatibus in præmiſſis, ſed hoc non poteſt fieri in concluſione: igitur.

In Logica magna. 1. Prior. Tract. 2. dub. 2.

Ibidem.

Ad bonũ ſyllogiſmũ quæ requiruntur.

TERTIO ſciendum, quòd multæ aliæ conditiones requiruntur ad hoc, quòd fiat bonus ſyllogiſmus. Prima quòd non ponatur aliquis terminus æquiuocus, vt non ſequitur omnis canis currit: ſydus celeſte eſt canis: ergo ſydus celeſte currit. Secunda quòd non arguatur a magis amplo ad minus amplum: exemplũ non ſequitur, nullum mortuum eſt viuens, aliquis homo eſt mortuus: ergo aliquis homo non eſt viuens. Tertia eſt, quòd non arguatur a minus, amplo ad magis amplum, exẽplum, vt nõ ſequitur: nihil quod eſt viuens, eſt mortuum: Plato eſt viuens: ergo Plato non eſt mortuus. Quarta, quòd non arguatur a non diſtributo ad diſtributum: ideo non ſequitur omnis homo animal nõ eſt: Petrus eſt homo: ergo Petrus nõ eſt animal. Quinta eſt, ꝙ non varietur genus ſuppoſitionis, vt nõ ſequitur, nullus ſyllogiſmus eſt ſubiectum in hac ſcientia: ſyllogiſmus ſimpliciter eſt ſyllogiſmus: ergo ſyllogiſmus ſimpliciter non eſt ſubiectum in hac ſcientia. Sexta eſt, quòd prędicatum minoris non ſit in plus, quàm ſubiectum diſtributionis maioris: defectu cuius non ſequitur: cuiuſlibet contradictionis altera pars

eſt

A est falsa, propositio vera est altera pars contradictionis, ergo propositio vera est falsa. Septima conditio: est cauendum ne in minore, vel in conclusione ponatur aliqua determinatio: nisi fuerit posita in maiore, & hoc si se teneat ex parte prædicati: ideo non sequitur: omnis homo est albus: sortes est per se homo: ergo sortes est per se albus.

¶ Argvitvr primo sic: Iste syllogismus est bonus omnis homo est animal, nullum animal est lapis: ergo nullus lapis est homo, & tamen non est in aliqua trium figurarum: ergo sunt plures figuræ, quàm tres. ¶ Secundo sic: Ex negatiuis de contingenti fit bonus syllogismus: ergo male dicitur, quòd ex puris negatiuis nihil sequitur. ¶ Tertio sic: Minore negatiua de contingenti, sequitur affirmatiua: ergo non oportet ꝙ si altera præmissarum fuerit negatiua, ꝙ conclusio sit negatiua. Ad primum dicitur quòd syllogismus est in quarta figura: de qua magis videbitur in logica. Ad secundum dicitur, quòd ex puris negatiuis bene sequitur conclusio in aliquibus casibus. Ad tertium patet solutio in secundo notabili.

1. Prior tractatu 2. Cap. 4. dub. 1.

¶ Prima figura nouem habet modos. Primi quatuor modi concludũt directe: reliqui verò quinque concludunt indirecte. Directe concludere est maiorem extremitatem prædicari de minori in conclusione. Indirecte concludere est minorem extremitatem prædicari de maiore in conclusione. ¶ Nota duas regulas quarum prima tantũ conuenit primæ figuræ, quò ad quatuor primos modos; & secundę, quò ad omnes. ¶ Secunda etiam conuenit tantum primæ figuræ, quò ad eius quatuor primos modos; & tertię figuræ quò ad omnes. ¶ Prima regula est: maiore existente particulari, nihil sequitur. ¶ Secunda regula talis est, minore existẽte negatiua, nihil sequitur.

Directe, & indirecte concludere quid.

Primo secũdum quòd hic de terminandum est de qualibet figuta in speciali. Et primo determinandum est de prima, & de eius modis, de qua ponuntur duæ regulæ. Prima est, quòd minore existente negatiua in prima figura, nihil sequitur: quia argueretur a non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis, quia in maiore non distribueretur, quia oportet maiorem esse affirmatiuam, & tamen in conclusione distribueretur, quia tunc conclusio esset negatiua, quia si aliqua præmissarum fuerit negatiua conclusio erit negatiua. Secunda regula. maiore existente particulari in prima figura, nihil sequitur, quia cuiuslibet boni syllogismi, supple de medio communi, medium debet distribui, quod tamen non faceret, quia vel hoc esset in maiori, vel in minori, non in maiori, cum maior sit particularis, nec in minori, quia esset prædicatum propositionis affirmatiuæ, cum minor per primam

Art. 1.

E mam regulam non poſſit eſſe negatiua. Et debent intelligi tales regulę, ꝙ nihil ſequitur, ſupple gratia formę, quia gratia materiæ, id eſt gratia habitudinis terminorũ aliquid bene poteſt ſequi.

SECVNDO ſciendum, ꝙ capiẽdo modum pro ordinatione præmiſſarum, & concluſionis ſimul: nouem ſunt modi primæ figuræ, ſcilicet barbara, celarẽt, darij &c. qui diſtinguũtur pœnes diuerſam diſpoſitionem præmiſſarum, & concluſionis: pœnes vniuerſale, vel particulare affirmatiuum, vel negatiuum. Et aduerte, ꝙ quatuor iſtorum modorum, ſcilicet barbara, celarent, darij, & ferio, dñr concludere directe, & alij indirecte. Vnde diffinitio de directe conclude re ſic eſt intelligẽda: eſt quando maior extremitas, vel pars maioris extremitatis eſt prędicatum, vel pars prædicati, vel ſe tenet ex parte prędicati, & minor extremitas, vel pars minoris extremitatis eſt ſubiectũ, vel ſe tenet ex parte ſubiecti in concluſione. Exemplum de vltima particula, vt cuiuſlibet hominis aſinus currit: ſortes eſt homo, ergo ſortis aſinus currit: ibi totum hoc aſinus currit, ſeu aſinus currens, eſt maior extremitas, & tamen non prædicatur in concluſione: nec totum hoc ſe tenet a parte prædicati, ſed ſolũ vna pars, ſcilicet currit, vel currens: ſimiliter iſte genitiuus, ſortis, qui eſt minor extremitas, ſe tenet a parte ſubiecti in concluſione, & tamen non eſt ſubiectum.

Art. 2. TERTIO ſciendum, quòd diffinitio huius, quod eſt cõcludere indirecte, eſt ſic intelligenda: Quando G minor extremitas eſt prædicatum, vel ſe tenet a parte prædicati, & maior extremitas, vel pars eius ſe tenet a parte ſubiecti: Exemplum vbi minor extremitas ſe tenet a parte prædicati, & cum hoc eſt prędicatum, vt omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo quædam ſubſtantia eſt homo: ibi, homo, qui eſt minor extremitas, ſe tenet a parte prædicati, & cum hoc eſt prædicatum: Exemplum vbi minor extremitas ſe tenet a parte prædicati: tamen non eſt prædicatum: ſed eſt pars prędicati, vt omnem hominem videt plato: ſortes eſt homo: ergo plato videt ſortem. Exemplum vbi ſolum pars minoris extremitatis ſe tenet a parte prædicati, vt omnis albedo eſt color: ſortes habet albedinem: ergo H colorem habet ſortes.

Modi primæ figuræ.

¶ ARGVITVR primo ſic: Barbara & Baralipton habent eandem diſpoſitionem præmiſſarũ: ergo non ſunt modi diſtincti abinuicem. ¶ Secundo ſic: Aliquando maior extremitas eſt ſolum pars prædicati, vel ſe tenet a parte prædicati: ergo male diffiniebatur. ¶ Tertio ſic: Omnis homo eſt animal: ſubſtantia eſt homo: ergo ſubſtantia eſt animal: maior extremitas prædicatur de minori extremitate, & tamen non concluditur directe, cum ſit prædicatio indirecta: igitur. Ad primum: patet ſolutio in ſecundo notabili. Ad ſecundum dicitur, quòd prædicatio capitur dupliciter: Vnomodo vt idẽ eſt quòd prędicatum, & ſic non capitur hic. Aliomodo vt idem eſt, ꝙ ſe

Art. 1.

tenere

A tenere a parte prædicati, siue sit prædicatum, siue non, & sic accipitur hic. Ad tertium dicitur quòd aliter conclusio dicitur directa, & aliter prædicatio, quia conclusio dicitur directa, eo quòd maior extremitas, vel pars maioris extremitatis prædicatur, vel se tenet a parte prædicati, sed prædicatio dicitur directa, eo q̃ superius prædicatur de inferiori.

Modi primæ figuræ.

Barbara, primus modus, constat est duabus vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalem affirmatiuam directe concludentibus, vt omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Celarẽt, secundus modus constat ex maiore vniuersali negatiua, & B *minore vniuersali affirmatiua, vniuersalem negatiuam directe concludentibus, vt nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis.*

Art. 1. PRIMO sciendũ q̃ primus modus primæ figuræ est Barbara, qui cõstat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali affirmatiua, vniuersalem affirmatiuam directe cõcludentibus, vt omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substãtia, & est bonus syllogismus, quia immediate regulatur per dici de omni. Vnde aliquem syllogismum immediate regulari per dici de omni, non est aliud, quàm de ipso verificari istam maximam, seu istud principium. Quicquid dicitur de subiecto distributo in maiori, dicitur quo C libet contento sub ipso in conclusione, vel saltem denotatur dici de eo. Ex quo patet, quòd non est idem dici de omni, & syllogismum regulari per dici de omni. Et aduerte q̃ iste terminus, Barbara, importat vnam secundam intentionem, quæ attribuitur argumentationi mentali, vocali, vel scriptæ, cuius præmissę sunt vniuersales affirmatiuę, vniuersalem affirmatiuam directe concludẽtes, & de significato materiali, & secundario importat talem argumentationem esse sic dispositam: ita quòd omnes argumentationes sic dispositæ sunt in Barbara. Vnde aliquam argumentationem esse in Barbara, non est aliud, quàm ipsam esse dispositam, secundum quòd ille modus Barbara requirit. D

Art. 2. SECVNDO sciendum, quòd ad hoc quòd Barbara sit bonus syllogismus, requiritur quòd præmissę sint de omni: sic videlicet, quòd sub subiectis earum fiat distributio completa, & perfecta, quę fit tam in termino, quàm extra terminum: tam in numero quàm extra numerum. Et per hoc soluitur istud argumentum: omnis essentia diuina est pater: omnis filius in diuinis est essentia: ergo omnis filius in diuinis est pater: Vnde si maior sit de omni, & si subiectum distribuatur distributione completa, & perfecta; est bonus syllogismus: scilicet quia sicut conclusio est falsa, ita & maior. si autem non sit de omni non est bonus syllogismus. Et per idem soluitur istud argumentum vtrunque

animal

E animal eſt aſinus: vterque homo eſt animal: ergo vterque homo eſt aſinus. Reſpondetur, ꝙ non eſt in Barbara: cum ſubiectum maioris nõ diſtribuatur diſtributione completa & perfecta. Et per idem poteſt ſolui tale argumentum: omnis propoſitio vera, vel falſa eſt falſa: ſed omnis ꝓpoſitio eſt vera vel falſa: ergo omnis propoſitio eſt falſa: vnde ſic ſolent ſolui: nam maior poteſt eſſe vna diſiunctiua, & ſic eſt falſa, & ſic non fit in Barbara: vel poteſt eẽ vna cathegorica de diſiuncto ſubiecto, & hoc dupliciter, quia vel totum diſiunctum diſtribuitur, & tunc eſt bonus ſyllogiſmus, vel ſolum prima pars diſtribuitur, & tunc non eſt bonus ſyllogiſmus, cum prædicatum minoris
F in plus ſe habeat, quàm terminus diſtributionis maioris.

Art. 3. TERTIO ſciendum, ꝙ ſecũdus modus primę figuræ eſt Celarent, q̃ conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuam directe concludentibus, vt nullum animal eſt lapis: omnis homo eſt animal. ergo nullus homo eſt lapis, & quòd talis modus ſit bonus, patet, quia immediate regulat̃ per dici de nullo: ergo eſt bonus ſyllogiſmns. Vnde ſyllogiſmum immediate regulari per dici de nullo, non eſt aliud, quàm ipſum manifeſtari per illud principium, vel maximam: quicquid remouetur à ſubiecto maioris, denotatur remoueri a quolibet contento ſub eo in concluſione, & de alijs particulis dicatur ſicut in Barbara. Et ſi
Obiectio. quis dicat, non ſequitur, nullum dextrum eſt ſiniſtrum, cuiuſlibet hominis oculos eſt dexter: ergo nullius hominis oculos eſt ſiniſter: premiſſæ ſunt veræ, & concluſio eſt falſa: igitur celarent non eſt bonus modus. Item non ſequitur, nullus turonus valet ſolidum, omnis ducatus valet turonum. ergo nullus ducatus valet ſolidum. Ad primum dicitur, quòd arguitur a non diſtributo ad diſtributum, quia oculus in minori non diſtribuitur, & tamen diſtribuitur in concluſione. Ad ſecundũ dicitur, quòd prædicatum minoris in plus ſe habet, quàm ſubiectum diſtributionis maioris, quia ſubiectũ maioris eſt præcisè turonus, & prædicatum minoris eſt totum hoc, valens turonum.

¶ ARGVITVR primò ſic: Omnia animalia ſunt rationalia vel irrationalia, ſed omnis homo, & equus ſunt animalia: ergo omnis homo, & equus ſunt rationalia, vel irrationalia: concluſio eſt falſa, & præmiſſæ ſunt veræ, quia iſta eſt vera: omne animal eſt rationale vel irrationale: ergo & iſta, omnia animalia ſunt rationalia, vel irrationalia; quia ſicut ſingulare de ſingulari, & plurale de plurali. ¶ Secundo ſic. Non ſequitur omnis propoſitio ſi eſt vera eſt vera, ſed omnis propoſitio vniuerſalis eſt propoſitio ſi eſt vera: ergo omnis propoſitio vniuerſalis eſt vera, & tamen arguitur in Barbara: igitur. ¶ Tertio ſic: Non ſequitur in Celarent, nullum animal dum dormit, vigilat: omnis homo eſt animal, dũ dormit: ergo nullus homo vigilat. Ad primum dicitur, ꝙ ſicut cõcluſio

eſt

A est falsa, ita & altera premissarum, scilicet maior. Et ad probationē dr, ꝙ non est vniuersaliter vera: immo in multis deficit. Nam nō sequitur, Deus est, quo maius intelligi nō potest: ergo dij sunt, quibus maiora intelligi non possunt, quia plurale includit rationem in se impossibilem, in qua nihil dicitur possibiliter. Ad secundum dicitur, quòd maior potest esse hypothetica, & sic non est in Barbara, vel potest esse de conditionato subiecto, & hoc dupliciter, qa vel solum ly, propositio, distribuitur, & non ly, vera, & tunc non bene arguitur, cum prædicatum minoris in plus se habeat, quàm subiectum distributionis maioris, vel totum distribuitur, & tunc maior est falsa, quia tunc est sensus: de quocunque verum est dicere, ꝙ est propositio, si est vera, de illo verum est dicere, ꝙ est vera, & illud est falsum. igitur. Ad tertium dicitur, quòd distingui tur maior, quia vel est hypothetica temporalis, & sic non bene arguitur, vel potest esse vna cathegorica de subiecto temporali, & sic maior est falsa, & est sensus: de nullo, de quo verum est dicere, quòd est homo, dum dormit, verum est dicere, ꝙ vigilat.

Sco. in 1. distin. 2. q. 3. in solut. 2. ar. principal in sol. 2. probationis.

Logica an habeatur per logicam.

B

¶ *Darij tertius modus cōstat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuā directe concludentibus, vt oē animal est substantia, quidā homo est animal, ergo quidā homo est substantia.* ¶ *Ferio quartus modus constat ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularē negatiuam directe concludentibus, vt nullum animal est lapis, quidā homo est animal, ergo quidā homo non est lapis.*

C

Primo sciendum, quòd duo sunt modi particulares primæ figuræ, directe concludentes scilicet Darij, & Ferio. Vnde darij est modus constans ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam directe cōcludentibus, vt omne animal est substantia, quidam homo est animal: ergo quidam homo est substantia, & est bonus modus, & euidens, quia immediate regulatur per dici de omni, sicut Barbara. Et si quis dicat: non sequitur, omnes modi primæ figuræ sunt nouem: darij, & ferio sunt modi primæ figuræ: ergo darij, & ferio: sunt nouem. Item non sequitur: omne indiuiduum alicuius speciei est asinus: sortes est indiuiduum alicuius speciei: ergo sortes est asinus. Ad primum dicitur, quòd si ly, omnes, capiatur distributiue, maior est falsa, & tunc est bonus syllogismus. sed si capiatur collectiue, maior est vera, & non est bonus syllogismus: cum ibi arguatur ex puris particularibus. Ad aliud dicitur, quòd de ipsa est duplex modus dicendi, quidam dicunt, ꝙ maior est falsa, quia sensus eius est, quòd omne indiuiduum cuiuslibet speciei est asinus; & sunt illi, qui dicūt, ꝙ ad distributionē recti sequit

D

Dubitatio.

Art. 1.

distribu-

E distributio obliqui. Alij dicunt, ꝙ obliquus non distribuitur, ideo maior est vera, sed non fit bonus syllogismus, quia prædicatum minoris in plus se habet, quam subiectum distributionis maioris.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ Ferio est modus constans ex maiore vniuersali negatiua, & particulari affirmatiua minore, particularem negatiuam directe concludentibus, vt nullum animal est lapis, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis, & est bonus modus, & euidens, quia immediate regulatur per dici de nullo, sicut Celarent. Et

Obiecto si quis dicat, non sequitur nullus syllogismus est subiectum in hac scientia, sed syllogismus simpliciter est syllogismus, ergo syllogismus, simpliciter nō est subiectum in hac

F scientia. Item non sequitur omnis propositio vera non est, ista propositio, homo est animal, est propositio, ergo ista propositio, homo est animal, non est vera. Ad primum dicitur, ꝙ ibi est variatio generis suppositionis, nam ly, syllogismus simpliciter, in minori supponit personaliter, & tamen in conclusione supponit simpliciter. Ad aliud dicitur, ꝙ non sequitur, quia ibi arguitur, a nō distributo ad distributum, quia ly, vera, in maiori non distribuitur. & tamē in conclusione distribuitur, quia consequitur negationem.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ quatuor primi modi sunt consequentiæ formales. Pro cuius declaratione est aduertendum, ꝙ consequentia formalis est consequentia bona, quæ sic est bona, ꝙ quælibet similis in forma, est bona. Sed consequentia materialis est, quæ sic est bona, ꝙ non quælibet sibi similis in forma est bona. Et ad cognoscendum quæ consequētiæ sunt eiusdem formæ, aduerte ꝙ sex sunt, quæ se tenent ex parte formæ propositionis, scilicet qualitas, quantitas, copula, numerus terminorum, situs, ordo, & numerus syncathegorematum, & etiā ampliatio, propter primum propositio affirmatiua & negatiua nō sunt eiusdem formæ, propter secundum, propositio vniuersalis & particularis nō sunt eiusdem formæ, propter tertiū istæ non sunt eiusdem formæ, homo est albus, & homo fuit albus, propter quartum consequentię de, celarent, & de cesare, non sunt eiusdem formæ, propter quintum istæ non H sunt eiusdem formæ, hominem impossibile est currere, & hominem necesse est currere, & propter sextū istæ non sunt eiusdem formæ, homo est albus, homo est generandus, & omnia ista faciunt ad variationē formæ consequentiæ. Et quo sequitur, ꝙ nulla consequentia precisè tenens per locum dialecticum, est formalis consequentia, addunt tamen aliqui modum pro, ferendi cōmunitatem, & singularitatem terminorū.

G Cōsequentia formalis, & materialis quod.

¶ ARGVITVR primo sic: Quęcunque conclusio, quæ potest cōcludi in, Darij, potest etiam concludi in Barbara, ergo frustra ponitur Darij. ¶ Secundo sic, Non sequitur, omnis propositio si est necessaria, est vera, ista propositio, homo est asinus, est propositio si est necessaria, ergo

est

A est vera. ¶ Tertio sic. In Ferio arguitur a distributo ad non distributũ, ergo Ferio non est bona consequentia. Antecedens patet, quia medium in maiori supponit confuse, & distributiuè, & in minori supponit determinate. Ad primum dicitur, ꝙ consequentia non valet, quia aliàs probaret, ꝙ non essent ponendæ secunda, nec tertia figuræ; cũ illa, quæ concluduntur in secunda & tertia figuris, possint concludi in prima. Ad secundum dicitur, sicut dictum est in primo notabili. Ad tertium dicitur ꝙ non omnis argumentatio a distributo ad non distributum impedit bonitatem consequentiæ, sed solum distributio, quæ se tenet ex parte extremitatum sed non ex parB te medij.

¶ *Baralipton, quintus modus cõstat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus, vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo quædam substantia est homo. Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per conuersionem conclusionis per accidens.* ¶ *Celantes, sextus modus constat ex maiore vniuersali negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, vniuersalem negatiuam indirecte cõcludentibus. vt nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus lapis est homo, Et reducitur ad secundum modum primæ figuræ consequentia conuersa simpliciter.* ¶ *Dabitis,* C *septimus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam indirecte concludentibus, vt omne animal est substantia, quidam homo est animal, ergo quædam substantia est homo. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ conclusione conuersa simpliciter.* ¶ *Fapesmo octauus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, particularem negatiuam indirecte concludentibus, vt omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo* D *quædã substantia nõ est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, maiore conuersa per accidens, & minore simpliciter, & pertrãspositionem prȩmissarum.* ¶ *Frise somorum nonus modus constat ex maiore particulari affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, particularem negatiuam indirecte concludentibus, vt quoddam animal est substantia nullus lapis est animal, ergo quædam substantia non est lapis. & reducitur iste modus ad quartum modum primæ figuræ, maiore & minore conuersis simpliciter, & pertranspositionem præmissarum.*

PRIMO sciendum, ꝙ primus Art. 1. modus indirectè concludens est Ba-

ra-

E ralipton, constans ex duabus vniuer
salibus affirmatiuis, particularē af-
firmatiuam indirectè concludenti-
bus, & reducitur ad Barbara cum sit
modus imperfectus, & ineuidens,
quia immediate non regulatur per
dici de omni, quia illud, quod dici-
tur de medio in maiori, non dicit ur
de minori extremitate in conclusio-
ne, ideo reducitur ad Barbara hoc
modo, quia ad prēmissas de Barali-
pton sequuntur præmissæ de Barba-
ra, cum sint eędem, & ad conclusio-
nem de Barbare sequitur per conuer
sionem per accidens particularis af-
firmatiua, ergo ad præmissas ad Ba-
Regula. ralipton sequitur particularis affir-
F matiua, quia quicquid sequitur ad
consequens bonæ consequentię, se-
Error quorūdā. quitur ad eius antecedens. Et quo
sequitur falsitas illorum, qui dicc-
bant q̄ Baralipton reducebatur ad
Barbara, conclusione de Baralipton
conuersa per accidens. Aduerte, q̄
Triplex modus reducendi syllogis-mos. triplex est modus reducendi syllo-
gismos imperfectos ad perfectos, sci
licet per conuersionem, per transpo
sitionem præmissarum, & per impos
sibile, & sunt quatuor literæ ista de-
notantes scilicet s per quam ostē-
ditur, quòd modus reducitur per cō
uersionem simplicem alicuius præ-
missæ, vel conclusionis: per, p, osten
ditur: q̄ modus reducitur per con-
uersionem per accidens alicuius p̄
missæ, vel conclusionis, per, m, quòd
fiat transpositio prēmissarum: per, c,
positum alibi, quam in principio,
ostenditur, quòd fiat reductio per
impossibile.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̄ celan-
tes est modus. constans ex vniuersa G
li negatiua maiore, vniuersali affir-
matiua minore, vniuersalem negati
uam indirectè concludentibus, & re
ducitur ad celarent, per conuersio-
nem simplicem conclusionis de Ce-
larent, non q̄ de Celantes fiat Cela-
rent, quia eodem modo de Celarēt
fieret Celantes. sed est probare Celā
tes efficere formalem consequentiā
per Celarent, & hoc per conuersionē
simplicem conclusionis de Celarēt,
& fit hoc modo: Nam ad prēmissas
de Celantes sequuntur prēmissæ de
Celarent, & ad præmissas de Cela-
rent sequitur conclusio de Celarēt,
& ad conclusionem de Celarent, seq
tur conclusio de Celantes per cōuer
sionem simplicem: ergo talis conclu H
sio etiam sequitur ad prēmissas de
Celātes. quia quicquid sequitur ad
consequens bonę consequentiæ, seq Regula.
tur ad eius antecedens. Sed Dabitis
est modus constans ex maiore vni-
uersali affirmatiua, minore particu-
lari affirmatiua, particularem affir-
matiuam indirectè concludētibus,
& reducitur ad darij per conuersio-
nem conclusionis de darij simplici-
ter: nam ad præmissas de dabitis for
maliter sequuntur præmissæ de da-
rij, quia sunt eædem præmissæ, & ad
conclusionem de darij formaliter se
quitur conclusio de dabitis: ergo de
primo ad vltimum ad præmissas de
dabitis sequit conclusio de dabitis.

TERTIO sciendum, quòd fa- Art. 3.
pesmo reducitur ad serio per cōuer-
sionem maioris de fapesmo per acci
dens, & minoris simpliciter, & per
transpositionem præmissarum. nam

ad

A ad præmiſſas de Fapeſmo formaliter ſequuntur præmiſſæ de Ferio: quia ad maiorem de Fapeſmo per conuerſionem per accidens ſequitur minor de ferio, & ad minorem de Fapeſmo per conuerſionem ſimplicem ſequitur maior, & ad præmiſſas de ferio ſequitur cõcluſio de Fapeſmo, quæ eſt eadẽ ſicut illa de ferio: ergo de primo ad vltimũ ad præmiſſas de Fapeſmo ſequitur concluſio de Fapeſmo. Sed friſeſmorum vltimus modus reducitur ad ferio ꝑ conuerſionem ſimplicem ambarum prẽmiſſarum de friſeſmorum, & per tranſpoſitionem earum, nam ad præmiſſas de friſeſmorum formaliter ſequuntur præmiſſæ de ferio, & ad maiorem de friſeſmorum ſequitur minor de ferio, per conuerſionem ſim-
B plicem. & ad minorem ſequitur maior de ferio, etiam per cõuerſionem ſimplicem, & ad præmiſſas de ferio ſequitur cõcluſio de friſeſmorum, cum ſit eadem cum concluſione de ferio: ergo de primo ad vltimum ad præmiſſas de friſeſmorum ſequitur concluſio de friſeſmorum.

¶ Argvitvr primo: Non ſequitur, omne animal ſubſtantia nõ eſt. omnis homo eſt animal, ergo nulla ſubſtantia eſt homo: & tamen arguitur in celantes: igitur. ¶ Secundo ſic: Non ſequitur, omne currens eſt aſinus, omnis homo eſt currens, ergo quidam aſinus eſt homo, cum concluſio ſit impoſſibilis, & præmiſſæ ſunt poſſibiles, & tamen arguitur in baralipton. ¶ Tertio ſic: Nõ ſequitur, omne natũ eſt. Adã eſt natus, ergo Adã eſt. Ad primũ dicitur, quòd ibi arguitur a non diſtributo ad di- C
ſtributum, ideo non eſt in celantes. Ad ℔m dr̃, ꝙ ſyllogiſmus eſt bonus, & qñ dicitur, ꝙ concluſio eſt impoſſibilis, cõceditur, & etiam dico, ꝙ totum antecedens, quod eſt vna copulatiua, compoſita ex maiore & minore, eſt poſſibile, cum hoc tamen ſtat, quòd tam maior quàm minor ſunt propoſitiones poſſibiles. Ad tertiũ dicitur, ꝙ non ſequitur, quia ambæ præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio eſt falſa, & defectus eſt, quia, natum, in maiori ſtat reſtrictè, pro natis, qui ſunt, & in minori indifferenter, ꝑ natis, qui ſunt, & fuerunt, & ẽt ibi arguitur à magis amplo ad minus amplum: nam, Adam, in minori ſtat ꝑ præſentibus, & præteritis, & in concluſione ſolum ſtat pro præſentibus. D

Sequitur ſecũda figura, cuius tales dantur regulæ. In ſecũda figura maiore exiſtente particulari; nihil ſequitur. ¶ Itẽ in ſecũda figura ex puris affirmatiuis nihil ſequitur. ¶ In ſecunda figura ſemper concluditur negatiue. Secũda figura quatuor habet modos. ¶ Cæſare primus modus cõſtat ex maiori uniuerſali negatiua, & minore uniuerſali affirmatiua, uniuerſalẽ negatiuam directè concludẽtibus, ut nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. Et reducitur iſte modus ad ſecundum modum primæ figuræ, maiore conuerſa ſimpliciter. Secunda figura, & eius regulæ.

Primo ſciendum eſt, ꝙ poſtq̃ determinatum eſt de prima figura, Art. 1.

E & eius modis, conſequẽter determinandum eſt de ſecũda figura, in qua medium prædicatur in vtraque, ſcilicet in maiore, & in minore', & de ipſa dantur tres regulæ. Prima: maiore exiſtente particulari in ſecunda figura, nihil ſequitur: quia tunc argueretur à non diſtributo ad diſtributum ex parte maioris extremitatis: quia in maiori non diſtribueretur. & tamen in cõcluſione diſtribueretur cum eſſet prædicatum propoſitionis negatiuæ, etiam eſſent dabiles termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Et debet intelligi iſta regula, dummodo concluſio non ſit de modo loquendi in conſueto, & dummodo concludatur directè: quia ſi concluderetur indirectè, tunc bene ſequitur, vt patet de Friſeſmorum,
F qui põt fieri in ſecunda figura, vnde ſi concludatur cõcluſio de modo loquendi in conſueto, bene ſequitur, quia tunc non arguitur à non diſtributo ad diſtributum. Debet ẽt intelligi, dummodo medium non ſingularizetur. vel diſtribuatur, vel in minori non ſumatur cũ relatiuo identitatis, quia tunc illis modis bene ſequitur, maiore exiſtẽte particulari, & hoc quando argueretur ex puris affirmatiuis, vt videbuntur exempla immediate in ſequenti notabili de illis tribus particulis.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̃ ſecunda regula talis eſt, q̃ ex puris affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequitur, quia tunc medium in nulla præmiſſarum diſtribueretur, cum eſſet prædicatum propoſitionis affirmatiuæ. Et debet intelligi iſta regula, dũmodo medium non diſtribuatur, G quia ſi diſtribueretur, tunc bene ſequeretur, vt ſic arguendo, omnis homo eſt omne animal, omne riſibile eſt animal, ergo omne riſibile eſt homo. Et debet intelligi dũmodo medium non ſingularizetur, quia tunc bene ſequeretur, cum eſſet ſyllogiſmus expoſitorius, vt ſic arguẽdo, animal eſt ſortes, omnis homo eſt ſortes: ergo omnis homo eſt animal. Debet etiam intelligi, dummodo metium nõ ſumatur cum relatiuo idẽtitatis in minori, quia tunc bene ſequeretur, vt ſic arguendo: omnis homo eſt animal, omnis aſinus eſt idẽ animal: ergo omnis aſinus eſt homo. Tertia regula eſt, in ſecunda figura ſemper concluditur negatiue', quia in ſecunda figura ſemper altera prę̃miſſarum debet eſſe negatiua, q̃a H in ea ex puris affirmatiuis nihil ſequitur, modo ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua, concluſio debet eſſe negatiua. Et debet ſic intelligi iſta regula, dummodo medium non diſtribuatur vel ſingularizetur, vel ſumatur in minori cum relatiuo identitatis. quia tunc in ſecunda figura bene ſequitur concluſio affirmatiua ex puris affirmatiuis.

TERTIO ſciendum, quòd quatuor ſunt modi ſecundæ figure dire Art. 3.
ctè concludentes, quorum, Cæſare, eſt primus conſtans ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuam directè concludentibus, & reducitur ad celarent, maiore de Cæſare conuerſa ſimpliciter: Nam ad præmiſſas de Cæſare per conuerſionem

A nem maioris simpliciter sequuntur præmissæ de celarent, & ad præmissas de celarent sequitur conclusio de celarent, & etiam ad conclusionem de celarent sequitur conclusio de Cęsare, ergo de primo ad vltimum ad præmissas de Cęsare sequitur cõclusio de Cæsare'. Et aduerte, ꝙ modi secundæ figuræ sunt imperfecti, & ineuidentes, eo quòd nullus regulatur per dici de omni, vel per dici de nullo, cum illud, quod prędicatur in maiori, non prædicetur in conclusione, ideo reducuntur ad modos primæ figuræ, tanquam ad modos euidentes. Vnde aliquem modum reduci ad alium non est de vno facere alium, sed est consequẽtiam vel ineuidentiam vnius ostendere per consequentiam vel euidentiam alterius:

Modi 2, figurę im perfecti.

B reducitur ad Ferio per impossibile', accipiendo contradictorium conclusionis pro minore', & maiorem pro maiore, inferendo oppositum alterius pręmissę. Ex quo sequitur, quòd aliquem modum reduci per impossibile non est aliud, quam ex opposito contrario vel contradictorio conclusionis cum altera præmissarũ inferre oppositum alterius pręmissæ, & est vtilis ad ostendendum bonitatem consequentiæ, sed non euidentiam. Ex quo sequitur, ꝙ omnes modi trium figurarum possunt reduci isto modo per impossibile.

¶ Argvitvr primo sic: Bene sequitur quoddam animal nõ est asinus, omne rudibile est asinus: ergo quoddam animal non est rudibile, & tamen arguitur maiore existente particulari igitur. ¶ Secundo sic: Nõ sequitur, nulla propositio est C vera, quando est falsa, omnis propositio impossibilis est falsa: ergo nulla propositio impossibilis est propositio: & tamen arguitur in Cæsare': igitur. ¶ Tertio sic: Non sequitur, nulla propositio affirmatiua est negatiua: cuiuslibet contradictionis altera pars est negatiua, ergo nullius cõtradictionis altera pars est affirmatiua, &c. Ad primum dicitur, quòd maiore existente particulari in secũda figura, bene sequitur, si indirectè concludatur. Ad secundum dicitur, quòd non bene arguitur in Cæsare: cum mediũ in plus se habeat in maiore quàm in minore'. Ad tertium dicitur, quòd ibi arguitur à non distributo ad distributum, ideo deberet sic concludi: ergo cuiuslibet contradictionis altera pars non est affirmatiua. D

Camestres, secundus modus cõstat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, vniuersalem negatiuã directè cõcludentibus, vt omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo, & reducitur iste modus ad secundũ modum primæ figuræ, minore, & conclusione cõuersis simpliciter, & per transpositionem præmissarum. ¶ Festino, tertius modus, constat ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt nullus lapis est animal, quidam

E homo est animal, ergo quidam homo non est lapis, & reducitur iste modus ad quartum modum primæ figuræ, maiore conuersa simpliciter Baroco, quartus modus, constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, vt omnis homo est animal, quidã lapis non est animal. ergo quidã lapis nõ est homo, & reducitur ad primũ modum primæ figuræ per impossibile. Reducere autem per impossibile, est ex opposito conclusionis cum altera præmissarũ inferre oppositum alterius præmissæ. Sumatur enim oppositũ conclusionis: scilicet ista propositio, omnis lapis est homo cum maiore huius quarti, scilicet cum ista, omnis homo est animal, sic arguetur, omnis homo est animal, omnis lapis est homo: ergo omnis lapis est animal. ¶ Sequitur de tertia figura, cuius tales dantur regulæ. ¶ In tertia figura, minore existente negatiua, nihil sequitur. ¶ Itè in tertia figura conclusio debet esse particularis. ¶ Tertia figura sex hẽt modos. ¶ Darapti, primus modus, cõstat ex vniuersali affirmatiua maiore, & vniuersali affirmatiua minore, particularẽ affirmatiuã cõcludẽtibus directè, vt omnis homo est substãtia, oĩs homo est animal, ergo quoddã aĩal est substãtia, & reducit ad tertiũ modum primæ figuræ, minore cõuersa per accidẽs. ¶ Felapton, secundus modus, cõstat ex vniuersali negatiua maiore, et vniuersali affirmatiua minore ꝑticularẽ negatiuã directè cõcludẽtibus, vt nullus hõ est lapis: oĩs hõ est aĩal, ergo quoddã aĩal nõ est lapis, et reducit ad quartum modum primæ figuræ, minore conuersa per accidens.

Regulæ, & modi tertiæ figuræ.

Primo sciendum, ꝙ Camestres, qui constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, vniuersalem negatiuã directe cõcludentibus, reducitur ad celarent per conuersionem simplicẽ minoris de camestres, & trãspositionem præmissarum, & per conuersionem simplicem conclusionis de celarent: nam ad præmissas de camestres sequuntur præmissæ de celarent, cõuertẽdo minorem de camestres per conuersionem simplicem, & transponendo præmissas, & ad præmissas de celarẽt, sequitur cõclusio de celarẽt, & ad conclusionem de celarent per conuersionẽ simplicem, sequitur cõclusio de camestres, ergo de primo ad vltimum ad præmissas de camestres sequitur cõclusio de camestres, debet etiam reduci ad Darij per impossibile, capiendo cõtradictorium cõclusionis pro minore, & maiorem pro maiore, inferendo oppositũ alterius præmissæ. Sed festino, qui constat ex vniuersali negatiua maiore, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuã directe cõcludẽtibus, reducit ad ferio, minore

A nore cõuersa simpliciter, cuius practica est sicut i aliis, sed p impossibile reducit ad celarẽt, practicãdo ẽt sicut in alijs. Sed Baroco, qui constat ex vniuersali affirmatiua maiore, & minore particulari negatiua, particularem negatiuam directe concludentibus, solum reducitur per impossibile ad Barbara, quæ reductio p impossibile est sicut in alijs, ad ostendẽdum bonitatẽ alicuius consequẽtiæ.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̃ postquam determinatum est de secunda figura, hic consequenter determinãdum est de tertia figura, in qua medium subijcitur in vtraque. Et eius dantur duæ regulę speciales. Prima: minore existente negatiua in tertia figura nihil sequitur, quia tunc argueretur a non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis, quæ non distribuitur in maiori, cũ oporteret maiorem esse affirmatiuam, quia ex puris negatiuis nihil sequitur. & tamen in conclusione bene distribueretur, cum esset prædicatum propositionis negatiuę, nã oporteret conclusionem esse negatiuam, per vnam regulam generalem, si aliqua præmissarum fuerit negatiua, conclusio debet esse negatiua. Etiam essent dabiles termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Ex debet intelligi ista regula, dummodo caueatur, q̃ non arguatur a non distributo ad distributum, quia tunc bene sequeretur, concludendo conclusionem de modo loquendi inconsueto. Secunda regula, in tertia figura semper concluditur particulariter, quia alias argueretur a non distributo ad distributum ex parte minoris extremitatis, quæ in minori præmissa non distribuitur, quia est prædicatum propositionis affirmatiuæ per primam regulam, & tamen in conclusione bene distribueretur: cum esset subiectum propositionis vniuersalis. Et debet intelligi ista regula, dummodo minor extremitas non distribuatur in minori.

TERTIO sciendum, quòd Art. 3. tertiæ figuræ sex sunt modi, scilicet Darapti, Felapton, disamis, datisi, brocardo, & ferison. Vnde Darapti est modus constans ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam directè concludentibus, cuius exemplum patet satis in textu, & reducitur ad Darij, minore' conuersa per accidens: nam ad præmissas de darapti sequuntur præmissæ de darij, min ore' conuersa per accidens, & ad præmissas de darij, sequitur conclusio de darij, quæ est eadem cum conclusione' de darapti, ergo de primo ad vltimum ad præmissas de darapti sequitur conclusio de darapti. sed per impossibile reducitur ad celarent, capiendo contradictorium conclusionis pro maiore, & minorem pro minore, inferendo oppositum alterius præmissæ. Et aduerte q̃ ad bene arguẽdum in darapti, oportet cauere, q̃ pręcisè subiectum distributionis maioris sit totũ subiectũ minoris, & nihil aliud, ideo non sequitur cuiuslibet hominis oculus est dexter: cuiuslibet hominis oculus est sinister: ergo sinistrũ est dextrum. Sed Felapton reducitur ad ferio, minore con-

E uerſa per accidens, faciendo ſicut in alijs, ſed per impoſſibile reducit ad barbara eodem modo, ſicut darapti.

¶ Argvitvr primo ſic: Nō ſequitur, nulla albedo eſt nigredo: omnis homo natus eſt ſuſcipere nigredinem: ergo nullus homo natus eſt ſuſcipere albedinem. ¶ Secundo ſic: In cameſtres arguitur à non diſtributo ad diſtributum, cū mediū in maiore non diſtribuatur. & tn̄ diſtribuitur in minore: igitur. ¶ Tertio ſic: Non ſequitur in darapti, cuiuſlibet hominis eſt aſinus. cuiuſlibet hominis eſt equus: ergo equus ē aſinus: cum præmiſſæ in aliquo caſu ſint veræ, & concluſio impoſſibilis. Ad primum dicitur, q̄ non bene arguitur in cæſare, quia variatur habi F tudo abſtracti in habitudinem concreti: etiam in plus ſe habet prædicatum minoris, q̄ medium. Ad ſecundum dicitur, q̄ in cameſtres non eſt inconueniens arguere a non diſtributo ad diſtributum in præmiſſis ex parte medij, licet benè in concluſione ex parte extremitatum: ideo non valet argumentum. Ad tertium dr̄, q̄ non benè arguitur in darapti, eo q̄ illud, quod eſt ſubiectum diſtributionis in maiori, non eſt totale ſubiectum minoris, ſed ſic deberemus arguere, cuiuſlibet hominis eſt aſinus, omnis homo eſt equus, ergo alicuius equi eſt aſinus.

¶ *Diſamis, tertius modus, cō ſtat ex particulari affirmatiua maiore, & vniuerſali affirmatiua minore, particularem affirmatiuam directè cōcludentibus, vt quidam homo eſt ſubſtantia: om* G *nis homo eſt animal, ergo quoddā animal eſt ſubſtantia, & reducitur ad tertiū modum primæ figuræ, maiore, & concluſione cōuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionē præmiſſarum.* ¶ *Datiſi, quartus modus, cōſtat ex vniuerſali affirmatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuā directè concludentibus, vt omnis hō eſt ſubſtantia, quidā homo eſt animal, ergo quoddā animal eſt ſubſtantia, & reducitur iſte modus ad tertiū modum primæ figuræ, minore conuerſa ſimpliciter.* ¶ *Brocardo, quintus modus, conſtat ex* H *maiore particulari negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt quidā homo non eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo quoddā animal non eſt lapis, & reducitur ad primū modū primæ figuræ per impoſſibile, Sumatur.n. oppoſitū contradictorium concluſionis cū altera præmiſſarū, & inferatur oppoſitū alterius præmiſſę, vt oē animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo omnis hō eſt lapis, Hęc.n. concluſio, facta per impoſſibile in primo modo primę figurę, contradicit maiori quinti, ſ. tertię figurę.* ¶ *Ferison ſextus modus, conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua,*

A

Art. 1.

B

Regula.

Art. 2.

ua, particularẽ negatiuam directè concludentibus, vt nullus homo est lapis, quidã homo est animal, ergo quoddã animal nõ est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, minore conuersa simpliciter.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ Disamis tertius modus, reducitur ad darij, maiore & conclusione conuersis simpliciter, & per trãspositionẽ prę missarum. cuius practica est satis clara, sed p impossibile reducitur ad celarent, capiẽdo oppositum contradictorium conclusionis pro maiore, & minorẽ pro minore, inferẽdo oppositum alterius præmissæ, scilicet maioris. Et aduerte, ꝙ ad hoc ꝙ fiat bonus syllogismus in Disamis, requritur ꝙ præcise, subiectum distributionis minoris sit totum subiectum enunciationis maioris; ideo non sequitur: alicuius propositionis est subiectum: cuiuslibet propositionis est prædicatum: ergo prædicatũ est substantiam. Sed Datisi reducitur ad darij, minore conuersa simpliciter: cuius practica satis patet. Et aduerte, ꝙ Datisi potest concludere indirectè, sicut directè, quia omnis modus cuius conclusio potest conuerti simpliciter. potest concludere tam directè q̃ indirectè. sed per impossibile reducitur ad ferio eodem modo, sicut alij tertię figurę. Sed Brocardo solum per impossibile reducitur ad barbara, faciendo sicut in alijs modis tertiæ figuræ.

Regula.

Art. 2. SECVNDO sciendum, quòd ferison reducitur ad ferio, minore cõuersa simpliciter: cuius practica, patet, sicut de alijs, sed per impossibile reducitur ad darij, accipiendo oppositum contradictoriũ conclusionis pro maiore, & minorem pro minore, inferẽdo oppositũ maioris, quẽ ad modum fit in omnibus modis tertiæ figuræ. Et est aduertẽdum, quòd isti syllogismi tertiæ figuræ possunt etiam probari per syllogismum expositorium. Vnde syllogismus expositorius est, cuius medium est singulare, singulariter & vniuocè tentũ. vt sortes est homo: sortes est animal: ergo animal est homo. Et potest sic practicari: nam ad præmissas de Darapti sequuntur prę missę syllogismi expositorij, vt ad istam, omnis homo est animal, sequitur ista, iste homo est animal, & ad istam omnis homo est substantia, sequitur ista, iste homo est substantia: ad quas sequitur ista, substantia est animal, quæ est conclusio de Darapti, & faciliter posset practicari in alijs modis, vt vidĕbitur in logica. primo Priorum tractatu 2. capit. 4. quęstione prima, articulo 4.

Syllog. expositorius quid & quotupl.

TERTIO sciendum, ꝙ syllogismus expositorius est duplex, scilicet affirmatiuus, & negatiuus. Affirmatiuus est, cuius ambę præmissæ sunt affirmatiuæ: Negatiuus est, cuius altera prę missarum est negatiua, & etiam cõclusio. Et licet aliquis syllogismus sit negatiuus: tamen quilibet syllogismus est propositio hypothetica affirmatiua, nisi copula prĩcipalis negentur scilicet, ergo. Aduerte, quod ad hoc ꝙ sit bonus syllogismus expositorius, sine affirma-

Contradictiões syllog. Expositi.

Etiuus, siue negatiuus, tres conditiones requiruntur. Prima est, ꝙ medium sit terminus singularis, singulariter & vniuocè tentus: defectu cuius ibi nõ est bonus syllogismus expositorius, iste homo vel asinus est asinus, iste homo vel asinus est homo: ergo homo est asinus, quia solum pars disiuncti singularizatur, sed si totum singularizaretur, & vniuocècapereť, tunc bene sequereť, sed sicut conclusio est falsa, ita aliqua præmissarum. Secunda conditio est, ꝙ medium in altera præmissarum sit totale extremũ, defectu cuius nõ sequitur, istius hominis est oculus dexter, istius hominis oculus est sinister: ergo sinistrum est dextrum. Tertia tandem cõditio, ꝙ à præmissa affirmatiua, in qua ponitur terminus singularis, sequatur vna de omni, & a præmissa negatiua sequatur vna de nullo, defectu cuius nõ sequitur, ista essentia diuina est pater, ista essentia diuina est filius, ergo filius est pater.

F

Argvitvr primo sic: Nõ sequitur, quendam hominem animal non videt, omnem hominem videt equus, ergo equus non est animal. ¶ Secundo sic. Nulla propositio, ꝙa est falsa, est propositio, quędã propositio est propositio, quia est falsa, ergo quædam propositio falsa non est propositio. ¶ Tertio sic, non sequitur, sortes est animal, sortes non est asinus, ergo asinus non est animal, & tamen est syllogismus expositorius, igitur. Ad primum dicitur, quòd arguitur a non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis. Ad secundum dicitur, quòd potest concedi totum, nam si conclusio sit falsa, altera præmissarum erit falsa, & hoc si ly, quia, coniungat inter terminos. Ad tertium dicitur, ꝙ nõ bene arguitur expositoriè, quia arguitur a non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis, quod etiam debet fugi, sicut in alijs syllogismis.

G

¶ Syllogismorũ concludentium particularem negatiuam indirectè. tales dantur regulæ. ¶ Nullus syllogismus, concludens particularem negatiuã indirectè, potest etiã concludere directè, & cõcludens directè, potest cõcludere indirectè. Item prima figura concludit oĩa generæ propositio nũ. s. vniuersalem, particularem, affirmatiuam, & negatiuam. ¶ Secunda figura concludit particularẽ negatiuam, & vniuersalem negatiuam. ¶ Tertia concludit particularem affirmatiuam & negatiuam. versus.

Regulæ reductiones syllogismorũ.

H

Barbara, celarent, darij, ferio, baralipton.

Celantes, dabitis, Fapesmo, frisesomorum.

Cæsare, camestres, festino, baroco, darapti.

Felapton, disamis, datisi, brocardo ferison.

In his quatuor versibus predictis sunt decem & nouem dictiones, decem & nouem modis deseruientes, ita quòd per primam dictio-

A dictionem intelligitur primus modus primæ figuræ, & per secundam secundus modus &c. ¶ Vnde primi duo versus deseruiunt omnibus modis primæ figuræ. ¶ Tertius vero versus, præter vltimam eius dictionem, deseruit modis secundæ figuræ, ita q̃ prima dictio deseruit primo modo, & secunda secundo modo, & sic de alijs. Vltima vero dictio tertij versus cum alijs dictionibus, quarti versus deseruit modis tertiæ figuræ. ¶ Sciendum, quòd per vocales ſ, a, e, i, & o, intelliguntur quatuor genera propositionum: ita quòd per hanc vocalẽ, a, intelligitur vniuersalis affirmatiua, & per, e, vniuersalis negatiua, & per, i, particularis affirmatiua, & per, o, particularis negatiua. ¶ Et in qualibet dictione sunt tres syllabæ, & aliud residuum est superfluum: nisi m: vt postea patebit. ¶ Et per primam illarum syllabarum intelligitur maior propositio, & per secundam minor, & per tertiam conclusio. Verbi gratia: prima dictio, scilicet Barbara: habet tres syllabas: in quarum qualibet ponitur a: & per a: ter positum, significatur quòd primus modus primæ figuræ constat ex duabus propositionibus vniuersalibus affirmatiuis: vniuersalẽ affirmatiuã concludentibus. Et ita intelligitur de alijs dictionibus, secundum vocales ibi positas. C ¶ Et sciendum est, quòd quatuor dictiones primi versus incipiunt ab his consonantibus b. c. d. & f. & omnes alię dictiones sequẽtes, & per hic intelligẽdum est, q̃ omnes, quæ incipiunt per dictionem inchoatam per b: debent reduci ad primum modum primæ figuræ, & omnes, quæ incipiũt per dictionem inchoatam per c: ad secundum, & per d: ad tertium, & per f. ad quartum. ¶ Item vbicunque ponitur s: in illa dictione significatur, q̃ propositio intellecta per vocalem immediatè præcedẽtem, debet conuerti simpliciter, & propositio intellecta per vocalẽ immediatè præcedẽtem istam literam p, debet conuerti per accidens, & vbicunq; ponitur, m, debet fieri transpositio in præmissis. ¶ Est enim transpositio in p̃missis facere de maiore minorẽ, & ecõuerso, & vbicunq; ponitur, c, significatur, q̃ modus intellectus per illam dictionem, in qua ponitur; debet reduci per impossibile. Vnde versus. D

Simpliciter vult, s, verti, p, vero, per acci.

M. vult transponi: c, per impossibile duci.

Seruat maiorem, variatq; secunda minorem.

Tertia maiorem variat, seruatq; minorem.

¶ Sed qa Aristoteles in prioribus

E ribus ostendit coniugationes, in quibus non sequitur conclusio ex præmissis; esse inutiles per inuentionem terminorũ, in quibus non tenet huiusmodi coniugatio, ideo vtilis est inuentio talium terminorum; vbicunque etiam fiat inutilis coniugatio, contra regulas syllogismorum priùs assignatas: accipiendi igitur sunt duo termini diuersi, scilicet duæ species sub vno genere, differentia, vel proprio, vel accidente, vt homo, asinus, animal, vel duo termini, quorum alter de altero prædicetur, siue conuertibiliter siue non, cum extraneo vtriusque, vt hõ, risibile, lapis, vel homo, animal, lapis, vel accipiendi sunt duo ter F mini, quorum alter de altero prædicetur siue conuertibiliter, siue non cum superiore ad vtrunque, vt homo, risibile, substantia, vel homo, animal, substantia, per hanc enim regulam disiunctiuã cuicunque generi applicetur, siue substantiæ, siue quantitati, siue alicui aliorum, semper inueniuntur termini, per quos inutilis cõ G iugatio demonstrabitur non tenere, & tales terminos appellat Aristo. in prioribus terminos, in quibus non. ¶ Et nota q̃ inuenire terminos, in quibus non, est acceptis tribus terminis, facere coniugationem, in qua præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: manente eadem qualitate, & quantitate propositionum, verbi gratia, hic est inutilis coniugatio, nullus homo est asinus, nullus lapis est homo, ergo nullus lapis est asinus, & isti sunt termini, in quibus sic. ¶ Contra hanc inutilem coniugationem accipiuntur termini, in quibus non, per secundũ membrum regulæ, homo, risibile, asinus, arguitur sic, nullus asi- H nus est homo, nullum risibile est asinus, ergo nullum risibile est homo: ecce præmissæ sunt vere, & conclusio est falsa, manente eadem qualitate, & quantitate propositionum in vtraque coniugatione, & vtrobiq; manente eadem figura.

Li. 1. c. 3. & inde.

Vbi supra & c. 17. & lib. 2. c. 1.

A SVMMVLARVM C
PETRI HISPANI

Tractatus Quintus.

Aristotelis Topicen adamussim attingens.

Rō quotupliciter sumitur.

RATIO dicitur multis modis. Primo modo ratio idē est, quòd diffinitio vel descriptio, vt hic, Vniuoca dicuntur, quorū nomen est commune, & ratio substantię secundum illud nomē est B eadem. Secundo modo est quædā virtus animę. Tertio modo idē est, quòd oratio ostendens aliqd, sicut sunt propositiones vel rationes disputantium. Alio modo idem est, quòd forma materialis, vt in cultello ferrum est materia, dispositio vero inducta in ferro, est forma. Alio modo idem est, quòd essentia communis, prędicabilis de pluribus, vt essentia generis, vel speciei, vel differentiæ. Alio modo idem est, q̄ medium, inferens conclusionem, & hoc modo sumitur ratio in diffinitione argumenti, quæ talis est.

Argum. quid.

¶ Argumētum est ratio, rei dubiæ faciens fidem, id est medium probans conclusionem, conclusio enim debet confirmari per argumentum. ¶ Est autem conclusio, argumento vel argumentis probata propositio, sed antequàm probetur, tunc est dubitabilis, & est quæstio. Quæstio sic diffinitur. ¶ Quæstio est dubitabilis propositio. ¶ Medium est, quod habet duo extrema. ¶ Argumentatio est argumenti per orationem explicatio. i. oratio explicans argumentum. Differt autem argumentum a medio, & ab argumētatione, quia medium dicitur eo quòd habet duo extrema. Argumentum autem addit supra medium virtutem probandi conclusionē, vnde ad hoc, quòd sit argumentū; exigitur quòd sit mediū, & habeat virtutem probandi cōclusionem. ¶ Argumentatio autem dicitur totalis oratio composita ex præmissis & conclusione, & in illa manifestatur virtus argumenti, aliquādo. n. tota oratio potest inferre vniuersalem affirmatiuam, aliquando nō nisi particularem

Cōclusio quid.

Quæstio quid.

Medium quid.

Argumentatio qd. D

Vbi supra & c. 17. & lib. 2. cc.

E *ticularem affirmatiuã: aliquãdo uniuerſalem negatiuã: aliquando particularẽ negatiuã, & ſic manifeſtatur tota virtus argumenti, cum oſtẽdit ſupra quam conclusionem poteſt ipſum argumentum, & ſupra quam non poteſt, quod quidem fit in argumentatione, vt prius patuit.*

Art. 2. INcipit quintus tractatus, in quo determinatur de locis dialecticis: non quòd locus dialecticus ſit ſubiectum huius tractatus, ſed eſt ſyllogiſmus dialecticus, cuius paſſio ſupletur per hoc complexum, generatiuum opinionis. Et eius ſunt duplicia principia, ſcilicet materialia, & regulatiua. Materialia ſunt propoſi-

Subiectũ huius libri, quod.

F tiones dialecticæ, & earum termini. Sed regulatiua ſunt loci dialectici, id eſt maximæ dialecticæ, ſed quia argumentum diffinitur per rationem, dicendo argumentum eſt ratio, rei dubię faciens fidem. ideo videndũ eſt de æquocatione huius termini ratio. qui ſex modis accipitur, vt patet in textu, ſed ſexto modo accipitur pro diffinitione argumenti. puta quia tantum valet, ſicut mediũ vel antecedens alicuius conſequentiæ, vel alicuius proceſſus argumentatiui. Ex quo ſequitur, quòd diffinitio argumenti ſic intelligitur, Argumentum eſt ratio, id eſt medium ſiue antecedens alicuius conſequentiæ, faciens fidem de re dubia. i. de cuius notitia generatur fides. i. verus aſſenſus de concluſione, quæ prius erat dubia, ex cuius notitia, & notitia adheſiua bonitatis conſe- G quentiæ generatur verus aſſenſus. Ex quo patet quòd non capitur hic fides pro notitia firma alicuius propoſitionis, generata ex ſola auctoritate dicentis, ſed capitur ibi fides pro aſſenſu concluſionis, ſiue ſit generatus per rationem, ſiue per auctoritatem.

SECVNDO ſciendum, quod concluſio capitur dupliciter. Vnomodo large pro omni propoſitione, illata ex antecedente in bona conſequentia, ſiue illata ſit vera. ſine falſa, & ſic capitur, cum dicitur, in omni ſyllogiſmo eſt concluſio. & ſic non capitur hic. Aliomodo capitur pro oĩ ꝓpoſitione, vel oratione illata, ex aliqua præmiſſa vel aliquibus præmiſſis, ipſam probante vel probantibus, & ſic capitur hic & de- H betſic intelligi diffinitio. Concluſio eſt oratio, illata ex aliqua præmiſſa, vel aliquibus præmiſſis, ipſam probante vel probantibus. Similiter quæſtio capitut dupliciter. Vno modo lage, pro omni propoſitione, ſumpta cũ ſigno interrogatiuo, ſiue illa propoſitio ſit vera, ſiue falſa, ſiue probabilis, ſiue non, quemadmodũ eſt ibi quæſtio, vtrum quodlibet eſt, vel nõ eſt, & ſic non capitur hic. Alio modo capitur pro propoſitione dubia, ſumpta cum ſigno dubietatis, ſiue quęſitiuo, quæ per argumentationem poteſt fieri euidens, & manifeſta, & ſic capitur hic, & debet ſic intelligi eius diffinitio. Quęſtio eſt dubitalis propoſitio cum ſigno dubitationis, & quęſitiuo ꝓportionato, nata fieri euidẽs per aliquẽ proceſſum.

Art. 2.

Concluſio capit dupliciter.

Quæſtio dupliciter capitur.

TERTIO

A TERTIO sciendum, ꝙ argumẽ
Art. 3. Argumẽtatio accipitur tripliciter. tatio tripliciter accipitur. Vnomodo large, pro omni propositione formata ad modum consequentiæ: siue talis consequentia sit bona, siue non. Aliomodo capitur strictè, pro omni ratione, formata ad modum consequentię bonæ, siue in tali consequẽtia antecedẽs sit probatiuũ cõsequẽtis, siue non. Aliomodo capitur strictissimè, pro omni oratione formata ad modum consequentiæ bonæ, cuius antecedens est probatiuũ consequentis. ¶ Aduerte vltra ꝙ differẽtia est inter argumentum, mediũ, & argumentationem, vnde capiendo medium pro totale antecedente medium in plus se habet, q̃ argumentum, quia dicitur tam de argumẽto
Argumẽtum, medium, & argumentatio differunt. B probatiuo, quam de non probatiuo, sed argumentum solum dr̃ de antecedente probatiuo, & sic omne argumentum est medium, sed non est cõtra, sed argumentum differt ab argumẽtatione, sicut pars a toto, quia argumentatio est oratio composita ex antecedente & consequente, sed argumentum est solum antecedens.
Quæstio, propositio, enunciatio, & conclusio differũt. ¶ Aduerte etiam, quòd quæstio, ꝓpositio, enunciatio, & conclusio differunt: nam oratio dicitur enunciatio, eo ꝙ est vera, vel falsa, sed dicit quæstio, quia est dubia sumpta cum signo quæsitiuo, sed dicitur conclusio, prout est illata ex aliqua præmissa vel præmissis, ipsam probãte vel ꝓbãtibus: sed dr̃ propositio, quia ponitur in præmissis ad probandum, vel inferendum conclusionẽ aliquam.
Quasi. ꝓ alio positio.

¶ ARGVITVR primo sic: diffinitio argumenti nõ conuenit omni contento sub diffinito, cum non cõueniat argumento sopnistico: etiam argumentum potest fieri de re certa, puta de ista, Deus est: ergo non facit fidem de re dubia. ¶ Secundo: Diffinitio conclusionis nõ conuenit isti syllogismo: omnis lapis ẽ equus, omnis hõ est lapis: ergo omnis hõ est equus, quia non probatur argumento vel argumentis. ¶ Tertio sic. Ibi est quæstio, vtrum hõ currit, & tamen non est propositio, cũ non significet verũ neq; falsum: igitur. Ad primum dicitur, ꝙ argumẽtũ sophisticum, vel argumentum procedens ex falsis, non cõtinetur sub argumẽto, ꝙ ibi diffinitur. Ad aliam partem dicitur, ꝙ non est aliquid ita certũ, quin possit accipi sub ratione incerti, & tunc potest fieri argumentum. Ad secundum dicitur, ꝙ conclusio illius syllogismi non est cõclusio: ni si capiendo conclusionem large, & non stricte: quemadmodum capitur hic. Ad tertium dicitur, ꝙ quæstio capitur dupliciter. Vnomõ ꝓ aggregato ex propositionẽ, & signo quæsitiuo, & sic non est propositio, nec significat verum neque falsum: Aliomodo capitur pro propositionẽ, cui additur signum quæsitiuum; & sic bene est propositio, vel proportionabile propositioni.

Sc. in primo di. 2. quę. 2.

Quæstio. dupliciter capitur.

¶ *Argumentationis quatuor sunt ſpecies ſcilicet ſyllogiſmus, inductio, enthymema, & exẽplũ. Diffinitio autem ſyllogiſmi dicta eſt prius. ¶ Inductio eſt a ſingularibus ſufficienter enumeratis, ad vniuerſale progreſſio, vt ſortes*

Argumẽtationis ſpes.

Inductio quid.

Etes currit, plato currit, & sic de alijs, ergo omnis homo currit.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ argumentationis quatuor sunt species, scilicet syllogismus, inductio, enthymema, & exemplū. Et siquis dicat: hic est aliqua species argumentationis, omnis homo est lapis: ergo quidam lapis est homo, & tamen non est aliqua istarum specierum, cum antecedens non sit probatiuum consequentis: igitur. Respondetur ꝙ argumentatio potest capi dupliciter. Vnomodo stricte, pro omni bona consequẽtia, cuius antecedens est probatiuũ conclusionis, & sic dico, ꝙ ista quatuor, prout antecedentia, sunt, probatiua conclusionis, sunt species argumentationis: immo tunc nulla cõ F sequentia est species argumentationis, nisi antecedens sit probatiuũ cõclusionis. Aliomodo capitur large, ꝙ omni bona cõsequentia, siue eius antecedens sit probatiuum cõclusionis, siue non, & sic species eius sunt ista quatuor, siue antecedentia sint probatiua conclusionis, siue non. Et similiter potest distingui quælibet illarum specierum, vt inductio potest capi dupliciter. Vnomodo, vt est bona consequentia, & eius antecedens est probatiuum conclusionis, & continetur sub argumentatione, stricte sumpta. Aliomodo capitur large, ꝙ bona consequentia, siue antecedens sit probatiuum conclusionis consequentis, siue non, & sic est species argumentationis, large captę, & non specialiter, & similiter diceretur de alijs.

Argumẽtatio dupliciter capitur.

Inductio dupliciter.

SECVNDO sciendum, ꝙ postq̃ G syllogismus fuit sufficienter diffinitus: ideo nunc diffinitur inductio, sic dicendo. Inductio est progressio, id est processus a singularibus, id est ab inferioribus ad vniuersale, id est ad superius. Et potest capi dupliciter, scilicet large & stricte. Large, est consequentia illatiua vniuersalis ex sua singulari, vel suis singularibus cum ista additione, & sic de alijs, vel non sunt plura. Sed stricte, est argumẽtatio probatiua propositionis vniuersalis ex sua singulari, vel suis singularibus, mediante iuuamine intellectus. Vnde intellectus dicitur iuuare, vel supplere, quando in nullo singulari percipit instãtiam: nec habet rationem, quare in aliquo singulari sit instantia, & tamen ex hoc, ꝙ intel H lectus cognoscit, ꝙ aliquæ singulares sunt veræ, concedit vniuersalẽ: ex eo ꝙ intellectus cognoscit, ꝙ iste ignis est calidus, & ille est calidus, & non videt iustantiam: concedit istã: omnis ignis est calidus. Et aduerte, ꝙ inductio potest formari dupliciter. Vnomodo inferendo vniuersalẽ ex singularibus sine explicatione istius particulæ, & sic de alijs, vel alicuius alterius æquiualentis, & de tali dico, ꝙ nulla talis sub ratione inductionis est bona cõsequentia, sed si sit bona, hoc est ratione alicuius alterius. Aliomodo potest fieri inductio, inferẽdo vniuersalem ex sua singulari, vel suis singularibus cum additiõe illius particulę, & sic de alijs, vel non sunt plura, & sic est bona cõsequentia, quia tunc nulla reperitur instantia.

Art. 2.

Scot. in 1. d 3. q. 4. art. 2.

TERTIO

A TERTIO sciendum, q̃ inductio fit oppositio modo ad descẽsum: nam descensus est ab vniuersale ad singularia, vt omnis homo currit: ergo Petrus currit, Ioannes currit, & sic de alijs, Aduerte', q̃ inductio potest fieri dupliciter. Vno modo a singularibus in supponẽdo, & significãdo simul. vt Petrus currit, Ioannes currit, & sic de alijs: ergo omnis homo currit, & sic inductio non est cõsequentia formalis, quia in tali forma est dabilis instantia, vt nõ sequitur, Petrus currit, Ioannes currit, & sic de alijs: ergo omnis asinus currit, & tamen seruatur similis forma, cũ non fiat nisi variatio terminorum superioris, & inferioris. qui non se tenent ex parte formæ consequentiæ. Aliomodo fit à singularibus in supponendo tantum, & non in significãdo, vt iste homo currit, & sic de alijs: ergo omnis homo currit, & sic est bona consequentia formalis, quia in tali forma non est dabilis instantia. Et si dicatur: ibi seruatur talis forma, iste homo currit, iste homo currit, & sic de alijs: ergo omnis asinus currit. Respondetur, quòd nõ sunt eiusdem formæ, quia fit variatio numeri terminorum qui numerus terminorum se tenet ex parte formę: nam in prima consequentia sunt tantum duo termini, computando terminos synonimos pro vno, & eodẽ, & in secũda sũt tres termini nõ synonimi.

irt. 3. nductio contraria tur descẽsui.

B

Obiectio.

¶ ARGVITVR primo sic: Enthimema reducitur ad syllogismũ: ergo non est species, distincta a syllogismo. ¶ Secundo sic: Inductio potest reduci ad syllogismum: ergo nõ videtur differre a syllogismo ¶ Tertio sic: Ibi arguitur a singularibus ad vniuersale, dicẽdo: iste homo vel asinus est rudibilis: iste homo vel asinus est rudibilis, & sic de alijs: ergo omnis homo vel asinus est rudibilis, & tamen non est inductio: cum antecedens sit verum, & consequens falsum. igitur. Ad primum dicitur, negando consequentiam, quia vnã argumentationem reduci ad aliam: non est ipsam fieri aliam, sed est ipsam probari per aliam argumẽtationem perfectiorem. Ad secũdum dicitur eodem modo. ¶ Aduerte tñ q̃, inductio reducit ad syllogismũ, accipiendo singularia pro medio, & prædicatum conclusionis pro maiore extremitate', & subiectum pro minori extremitate', vt sortes currit: plato currit, & sic de alijs: ergo omnis homo currit: sic reducitur, omne quod est sortes vel plato currit: omnis homo est sortes, vel plato: ergo omnis homo currit. Ad tertium dicitur, q̃ nõ debet sic argui, sed sic: ille, qui est homo vel asinus, est rudibilis: demonstrando sortem: ille qui est homo vel asinus, est rudibilis, demonstrãdo platonem, & sic de alijs. Vel potest dici, q̃ non arguitur a singularibus, quia totale subiectum illarum singularium non singularizatur, sed si singularizetur & teneatur vniuoce, tunc sicut consequens est falsum, ita & antecedens.

C

D

¶ Enthymema est syllogismus imperfectus, ideſt oratio, in qua non omnibus præmiſſis poſitis infertur feſtinata concluſio, vt omne

Enthyme ma quid.

E ne animal currit, ergo omnis homo currit. In hac .n. argumentatione includitur hec propoſitio, omnis homo eſt animal, que ſi poneretur, perfectus eſſet ſyllogiſmus. Ariſtoteles ſic diffinit enthymema. ¶ Enthymema eſt ex icotibus & ſignis, icos idem eſt ꝙ propoſitio probabilis. ¶ Signum, vt hic ſumitur, idē eſt quod demonſtratiua, ſeu neceſſaria propoſitio vel probabilis, & hoc in inferendo. Signum, vt hic ſumitur, dicit neceſſitatem illationis, icos autem dicit probabilitatem ipſius propoſitionis in ſe. ſecundū quā probabilitatē propoſitio dicitur eſſe vera. vnde licet in enthymemate eſt tantū vna propoſitio F inferens & alia illata, tamen ſecundū quod propoſitio inferēs apparet omnibus eſſe vera vel pluribus, ſic dicitur icos, quia ſic iā eſſet probabilis, vt quilibet diligit diligentē ſe, ſecundū autē ꝙ ipſa infert concluſionē de neceſſitate ſic eſt ſignū, & ſic eadē propoſitio eſt icos, & ſignū, ſecundū aliud, & aliud. Si quis obiiciat, ꝙ enthymema debeat ſic diffiniri, Enthymema eſt ex icote et ſigno, cū tantū ſit vna propoſitio inferens, quæ eſt icos, & ſignū ſecundū diuerſa: Ad hoc ſic dicendū eſt, ꝙ licet ſit vna propoſitio inferens actu tamen habet in ſe virtutē duarū propoſitionum, quia habet in ſe virtutē propriā, & illius, que ſub intelligitur, & ſic eſt G vna ſecundū ſubſtantiā, & due ſecundū virtutē, & ideo dicitur in plurali numero ex icotibus & ſignis, & non ex icote & ſigno. ¶ Sciendū eſt, ꝙ omne enthymema debet reduci ad ſyllogiſmū. In enthymemate .n. ſunt tres termini, ſicut in ſyllogiſmo, & duo illorū ſunt in concluſione; & ſunt maior extremitas, & minor extremitas: alius autem non ponitur in concluſione, & eſt mediū. Illarū autem extremitatū altera ſumitur bis, & altera ſemel. Ex extremitate ergo tantum ſemel ſumpta, & ex medio fiat vna propoſitio ſecundū exigentiā modi, & figurę, & ſic habetur ſyllogiſmus. verbi gratia in hoc enthymemate, oē animal currit, ergo omnis homo currit, homo, & currit ſunt due extremitates, & animal eſt mediū, ſed illa extremitas, ſcilicet, hō, ſumpta eſt tantū ſemel, ex ipſa ergo, & ex medio fiet vna propoſitio, ſcilicet omnis homo eſt animal, & tunc erit perfectus ſyllogiſmus, ſic: omne animal currit: omnis homo eſt aīal, ergo omnis homo currit. ¶ Exemplum eſt, quando vnum particulare probatur per aliud propter aliquod ſimile, repertum in ipſis, vt Pariſienſes pugnare contra Rhotomagenſes, malum eſt, ergo Turonenſes pugnare contra Pictauienſes, malum eſt, quia

vtro-

2. Prior. i fine.

Instātia.

Enthymema quō reducitur ad cōpletum ſyllogiſmum.

H

Exēplum quid.

Art. 1.

Enthymema capit triplicīter.

A *Vtrobique est pugnare affines contra affines.*

Art. 1. PRIMO sciendum pro declaratione enthymematis, ꝙ enthymema capitur tripliciter. Vno modo large, pro omni argumentatione, in qua ex vna ꝓpositione, vel pluribus, non syllogisticè ordinatis, infertur consequens, & sic capitur, cum dicitur, ꝙ omnis argumentatio est syllogistica, vel enthymematica. Alio modo capitur strictè, pro omni argumẽtatione nõ syllogistica, nec inductiua, nec exemplari, in qua ex vna propositione, vel pluribus, non syllogisticè ordinatis, infertur consequens: & sic capitur, cum dicitur, quòd omnis argumẽtatio est syllogismus, inductio, enthymema, vel exemplum,

B & hoc modo conuersiones, & argumentationes, quæ fiunt in hypotheticis, dicuntur enthymemata. Alio modo capitur strictissimè, pro argumentatione, in qua ex vna sola propositione cathegorica, in antecedente expressa, infertur cõclusio, cui ꝓpositioni si aliqua præmissa addatur, erit bonus syllogismus, & sic capit Petrus Hispanus, cuius descriptio debet exponi illo modo prædicto, & illo modo capiendo enthymema, cõuersiones, & argumentationes in hypotheticis non sunt enthymemata, cum non reducantur ad syllogismũ,

Art. 2 addendo vnam præmissam.

SECVNDO sciendum ꝙ enthymema reducitur ad syllogismum, sicut imperfectum ad perfectum. Pro cuius declaratione est aduertendũ, ꝙ enthymemata, quæ ex pluribus propositionibus inferunt consequẽs C non reducũtur ad syllogismum, sed bene illa, quæ ex vna sola propositione expressa inferunt conclusionem. Vnde enthymema reduci ad syllogismum, non est aliud, quàm antecedenti enthymematis addere aliquã propositionem, virtute cuius antecedens de necessitate infert cõsequẽs, quod de necessitate non semper sequitur ad antecedens enthymematis. Et ad cognoscendum, quæ præmissa deficiat, aduerte, ꝙ si ille terminus, qui est prædicatum in conclusione, ponatur in antecedente, deficit minor, sed si ille terminus, qui est subiectum consequentis, ponatur in antecedente, deficit maior. exẽplum primi, homo est risibilis, ergo animal rationale est risibile. exemplum secundi, homo est risibilis: ergo homo est animal rõnale, deficit in prima minor, hoc animal rationale est homo, in secũda illa maior, omne risibile est animal rationale. Sed ad cognoscendum, ad quam figuram reducatur, videdum est, si illud, quod prædicatur in conclusione, ponatur a parte subiecti in antecedente. & sic, tunc reducitur ad secundum figurã. Sed si prædicatum conclusionis ponatur, in antecedente a parte prædicati, tunc si medium non prædicetur in propositione, quæ additur, debet reduci ad primam figuram, si subijciatur, ad tertiam figuram. D

TERTIO sciendum, ꝙ exẽplũ Art. 3. potest capi dupliciter. Vno mõ large, & sic potest describi. Est argumentatio, in qua infertur conclusio propter similitudinẽ, repertã inter res significatas

Exemplis capit dupliciter.

E catas per terminos antecedentis & consequentis, siue antecedens siue consequens sint propositiones vniuersales, vel particulares, vt omnes scoti sunt boni homines armorum, ergo & anglici: quia vtrique sunt bene exercitati. Alio modo capitur stricte, & sic est argumentatio, probatiua conclusionis particularis ex alia propositione particulari, vel ex alijs propositionibus particularibus propter aliquam similitudinem, repertam inter res significatas per terminos antecedentis & consequētis, & sic capit̄ large, particulare, vt se extēdit ad parricularem, indefinitam; & singularem. Et aduerte, q̄ exemplum non est bona consequētia nec probatiua, nisi in antecedēte & cōsequente exprimatur terminus similitudinis, vt hic non est bonū exēplū. F Rothomagenses sunt diuites. ergo Burgenses sunt diuites, quia nō exprimit̄ terminus similitudinis, quare antecedens est verum, puta propter portum maris. Et reducitur ad syllogismum, accipiendo terminum importantem similitudinē pro medio, & prædicatum conclusionis pro maiori extremitate, & subiectū pro minori extremitate, & tunc infertur conclusio exempli, vt burgenses sunt diuites ergo & rothomagenses, quia vtrique habent portum maris, & reducitur sic, omnes habentes portum maris, sunt diuites burgenses habent portum maris, ergo burgenses sunt diuites.

¶ Argvitvr primo sic: Conuersio est enthymema, & tamen nō est syllogismus imperfectus, igitur. ¶ Secundo sic: Ibi est exemplū: sortes G est risibilis, ergo plato est risibilis, qa vterque est homo, & tamen ibi non arguitur ab vno particulari ad aliud, igitur. ¶ Tertio sic: Ad probationem conclusionis non solum requiritur notitia antecedētis, sed ēt requirit̄ notitia bonitatis consequentiæ, sed in exemplo non est bona consequētia: ergo per exemplum nihil potest probari. Ad primum dicitur, q̄ conuersio est bene enthymema large & stricte, sed non capiendo enthymema strictissime, & proprijssime'. Ad secundum dicitur, q̄ bene arguitur a particulari, capiendo particulare' large. Dicitur vlterius, q̄ licet exemplum non sit consequentia necessaria, tamen bene est consequentia probatiua, & hoc sufficit. Ad tertiū dicitur, q̄ licet in exemplo non sit bona consequentia, quantum est de se, tamen bene virtute intellectus, supplentis vicem bonitatis cōsequētię. H

Quia autem argumētum per locū confirmatur, ideo danda est diffinitio loci, prout locus hic sumitur. ¶ *Locus est ſedes argumēti, vel id, a quo ad propositā quæstionem conueniens trahitur argumentū. Quid autē sit quæstio dictum est. Et ſciendū quòd propoſitio, quæſtio concluſio, & enuciatio ſecundū ſubſtantiam idē ſunt. Differunt autem ſecūdum orationes, diuerſas enim habent rōnes ſiue diffinitiones, vt prius patuit, ſecundum enim quòd dubitabilis eſt, eſt quæſtio, prout verò iam probata eſt per argumentum,*

Locus d lectica quid.

propoſitio, quæſtio, concluſio differūt.

A tum, est cõclusio, prout vero ponitur pro alio in præmissis est propositio, quia propositio dicitur secundũ q̃ est in præmissis ad probandũ, conclusionem. Enunciatio aũt est, secundum quòd significat esse, vel non esse, vt sortes currit, sortes non currit. Habito de diffinitione loci sequitur diuisio ipsius loci. Locus aũt diuiditur in locũ maxima, & in locum differentiã maxime. Locus maxima idẽ est, quod ipsa maxima. Maxima est propositio, qua nõ est alLocorum dialectico-rũ diuisio.
Locus maxima.
tera prior neque notior, vt omne totum maius est sua parte. Itẽ de quocũq; prædicatur diffinitio, & diffinitum. Et de quocunque prædicatur species, de eodẽ prædicatur genus. Locus differentia maB
Locus differentia maxime.
xime, est illud, quo vna maxima differt ab alia, vt istę maximæ, de quocunque prædicatur spẽs, & genus, & de quocunque prædicatur diffinitio & diffinitũ. differũt per terminos ex quibus cõponuntur. Vna enim componitur ex genere, & specie. Altera ex diffinitione, & diffinito, vnde isti termini simplices dicuntur differẽtiæ maxime. Est sciendũ, quòd tã locus maxima, quam locus differẽtia maxime dicitur locus, quia vterq; confert firmitatẽ, et robur argumento. Vnde proportionabiliter sumitur hic locus ad locũ in rebus naturalibus, quia sicut ille seruat res oẽs ineſſe, sic similiter hic locus cõfirmat argumentum. C
Itẽ locus differẽtia maxime diuiditur per locũ intrinsecũ, extrinsecum, & mediũ. ¶ Locus intrinsecus est, quãdo sumitur argumẽtum ab his, quæ sunt de substantia rei, vt in diffinitione, vt si dicatur, aĩal rationale mortale currit, ergo homo currit. ¶ Locus extrinsecus, est, quando sumit argumentũ ab his, quæ omnino separata sunt a substãtia rei, vt ab oppositis, vt si quæratur, vtrũ sortes est albus, & probetur, sortes non est niger, ergo sortes est albus. ¶ Locus medius est, qñ sumitur argumentum ab his, quæ partim cõueniũt cũ terminis, in quæstione positis, & partim differũt ab eis, sicut vniuoca & denominatiua, quæ dicuntur coniugata, vt si quæratur, vtrum iustitia sit bona? & probetur sic, iustũ est bonum, ergo iustitia est bona.
Locus intrinsecus.
Locus extrinsecus.
Locus medius.
D

PRIMO sciẽdũ est, q̃ diffinitio loci, data ĩ textu, sic est intelligẽdã: Locus est sedes argumẽti. i. oro cõfirmatiua argumẽti dialectici, vel est habitudo terminorũ, rõne cuius talis oratio habet veritatẽ. Vñ per hoc, quod dr̃ oro cõfirmatiua, tãgit locus maxima, p hoc qđ dr̃ vel habitudo terminorũ. tangit locus dr̃ia maxime. Ex quo sequitur, q̃ capit̃ hic locus, & sedes secundo intẽtionaliter, p loco, & sede logicali, & nõ primo intẽtionaliter. Et est duplex locus. s. locus maxima & locus differentia maxime. Vnde maxima, est ꝓpositio p
Art. 1.

E se nota, qua non est altera prior neq; notior, supple cõstituta ex consimilibus terminis, vel eisdem, vt omne totũ est maius sua parte. Sed locus maxima est regula, siue propositio per se nota, confirmatiua consequẽtiæ dialecticæ, vt ista propositio, de quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitum, est confirmatiua huius consequentię dialecticæ, petrus est animal rationale, ergo petrus est homo. Et dicitur notanter, confirmatiua consequẽtiæ dialectice propter alias maximas, quæ non sunt confirmatiuæ dialecticæ, vt ista, omne totũ est maius sua parte, quæ bene dicitur maxima, sed nõ dicitur locus maxima.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̃ locus differentia maxime est illud, p quod vna maxima dialectica differt ab alia id est locus differentia maxime est F terminus, vel habitudo terminorũ, ex quibus componitur maxima, seu locus maxima. Ex quo sequitur, q̃ vna maxima differt ab alia per suos terminos, vt ista maxima, de quocũque, prædicatur diffinitio, prædicatur diffinitum, differt ab illa, de quocunque prędicatur species, & genus, per suos terminos, vel per habitudinem suorum terminorum. Ex quo patet, qualẽ differentiam habeãt inter se locus maxima, & locus differẽtia maxime. Patet ẽt, quid est quærere vnde locus: Nam quærere vnde locus, non est aliud quærere, quam quærere, quæ habitudo est termini inferentis ad terminum illatum. Et solet responderi per terminos secundo intentionis, verificabiles de termino inferente, & de termino illato, puta a diffinito ad diffinitionem, G a specie ad genus. Et quærere maximam, non est aliud quærere, quàm quærere propositionem, regulatiuã consequentiæ dialecticę. Ex quo patet, q̃ argumẽtum dialecticum implicite fundatur in loco differentia maxime, sed explicite fundatur in loco maxima.

TERTIO sciẽdum, q̃ locus dif- Art. 3. ferentia maxime diuiditur per locũ intrinsecum, extrinsecum, & medium. Vnde diffinitio loci intrinseci sic intelligenda est, quando terminus inferens, & terminus illatus idẽ important conuertibiliter, vel non conuertibiliter, & vnum est in alio secundum aliquem modum essendi in. Vnde in quolibet loco est terminus inferẽs, & terminus illatus. Vnde terminus inferens est terminus positus in antecedente, & non in cõ- H sequẽte, sed terminus illatus, est terminus positus in consequente, & nõ in antecedente. Sed locus extrinsecus est, quando terminus inferẽs, & terminus illatus non idem importãt conuertibiliter, vel non conuertibiliter, neque vnum est in alio secundum aliquem modũ essendi in. Sed locus medius est quando terminus inferens, & terminus illatus partim conueniunt, & partim differunt, vel se habent sicut membra diuidentia. Et de omnibus istis patebit in suis locis.

ARGVITVR primo sic: Nulla bona diffinitio debet dari per metaphoram, sed diffinitio loci datur per metaphoram scilicet per sedem, quę metaphorice accipitur, igitur non

est

A est bona diffinitio. ¶ Secundò sic: Si diffinitio loci esset bona, sequeretur q̃ isti duo termini, homo, & animal essent loci: cum ab illis trahatur conueniens argumẽtum, scilicet ab inferiori ad superius, sed hoc est falsum: nã vel essent locus maxima, vel dria maxime, non maxima, quia ex ipsis nõ constituitur maxima: nec locus dria maxime: cum per ipsos vna maxima non differat ab alia. ¶ Tertio sic: Omnis locus differẽtia maxima est habitudo: sed habitudo non est terminus: igitur male, dr̃ q̃ locus differentia maxime, est termini, per quos vna maxima differt ab alia. Ad primũ dicitur, q̃ licet diffinitio data per metaphoram, non reducta ad p̃ B priam locutionem non sit bona, tamen si reducatur ad propriam locutionem, erit bona.

Ad secundum dicitur, q̃ licet ab illis sumatur argumentum, tanquã ab illis, ex quibus constituitur argumentum. non tamen sumitur argumentum ab illis, tanq̃ à terminis verificabilibus de termino inferente, & a termino illato: ex quibus constituitur maxima. Ad tertium dicitur, quòd loci sunt in se habitudines formaliter, sed fundamentaliter, vel originaliter, sunt ipsi termini.

¶ Item locus intrinsecus diuiditur per locum a substantia, & per locum a cõcomitantibus substantiam. ¶ Locus a substantia est, quando sumitur argumentũ ab his, quæ sunt de substantia terminorum, in quæstione positorũ. Et ille locus diuiditur per locum

Locus à substãtia.

a diffinitione, à descriptione, & a C *nominis interpretatione. ¶ Diffinitio est oratio, indicans quid est esse rei per essentialia. ¶ Locus à diffinitione est habitudo diffinitionis ad diffinitum, & continet quatuor argumenta, & quatuor maximas. Primo subijciẽdo diffinitionem affirmatiuè, vt animal rationale currit, ergo homo currit. Maxima, quicquid prædicatur de diffinitione, & de diffinito. Secundo prædicando diffinitionem affirmatiue, vt sortes est animal rationale mortale: ergo sortes est homo. Maxima, de quocunq; prædicatur diffinitio, & diffinitum. Tertio subijciendo diffinitionem negatiuè, vt ani* D *mal rationale mortale non currit, ergo homo non currit. Maxima, quicquid remouetur à diffinitione, etiam remouetur a diffinito. Quarto prædicando diffinitionem negatiue, vt lapis non est animal rationale mortale, ergo lapis non est homo. Maxima: a quocunq; remouetur diffinitio, & diffinitum. ¶ Locus a diffinito, est habitudo ipsius ad suum diffinitionẽ. Et continet quatuor argumenta, quatuor maximas, sicut locus a diffinitione. Primo subijciẽdo diffinitur affirmatiue, vt homo currit, ergo animal rationale mortale currit. Maxima, quicquid prædicatur de diffinito, & etiam de diffinitione.*

Diffinitio quid.

Locus à diffinitione.

Locus à diffinito.

E *Secundo prædicando diffinitum affirmatiue: vt Sortes est homo: ergo Sortes est animal rationale, mortale. Maxima, de quocunque prædicatur diffinitum, & diffinitio. Tertio subijciendo diffinitum negatiue: vt homo non currit, ergo animal rationale mortale non currit. Maxima quicquid remouetur a diffinito, & etiam a diffinitione. Quarto prædicando diffinitum negatiue, vt lapis non est homo, ergo lapis non est animal rationale, mortale. Maxima, à quocunque remouetur diffinitum, etiam diffinitio. Est scien*
F *dum, quòd locus semper debet denominari à termino inferente, & non ab illato, vt quando diffinitio est inferens, est locus a diffinitione. Quando vero diffinitum est inferens, est locus a diffinito.*

Art. 1. PRIMO sciendum est, quòd locus intrinsecus diuiditur per locum a substantia, & a concomitantibus substantiam. Vnde locus a substantia est, quando terminus inferens &, terminus illatus idem important conuertibiliter. Sed locus a concomitantibus substantiam est, quando terminus inferens, & terminus illatus idem important, sed nõ conuertibiliter, vel vnum denotatur esse in alio secundum aliquem modum, essendi in. Et aduerte, quòd sicut locus differentia maximè diuiditur, ita debet diuidi locus maG xima. Sed quia eius diuisio satis intelligitur per diuisionem loci differentia maximè, ideo non ponitur eius diuisio. Vnde locus a substantia diuiditur per locum a diffinitione, a descriptione, & a nominis interpretatione. Et aduerte, quòd per locum a diffinitione intelligitur locus a diffinito, & ad eum reducitur locus a synonymis, & locus a differentia ad speciem, & econtra, & per locum a descriptione intelligitur locus a descripto, ad quem reducitur locus a propria passione ad subiectum, & econtra, & per locum a nominis interpretatione intelligitur locus ab interpretato, & ad eum reducitur locus ab exponentibus ad expo H sitam, & similiter ab exposita ad exponentes, non ꝙ prædicentur conuertibiliter de seinuicem, sed quia idem significant, quantum ad veritatem & falsitatem.

Art. 2. SECVNDO sciendum, quòd locus non solum denominatur à termino inferente, sed etiam à termino illato, aliter tamen & aliter. nam denominatur a termino inferente, tanquam a termino a quo, & a termino illato tanquam a termino ad quem. Et si quis dicat, si hoc esset verum, sequeretur, ꝙ faciendo istud argumentum, homo currit, ergo animal currit, deberemus dicere, ꝙ est locus ab homine ad animal, sed hoc est falsum, igitur locus non denominatur a termino inferente, & a termino illato. Dico ꝙ licet non denominetur a termino inferente & a termino illato, tñ bene denominatur per

A quo dr nominetur locus.

Obiectio.

ter-

A terminū, qui manifestat habitudinē termini inferentis ad terminum illatum, & econtra: qui terminus est verificabilis de termino inferēte, vt dēdo, à specie ad genus. Et si quis iterū dicat. si hoc esset verū, sequereꝫ quilibet locus esset locus à relatiuis: cū termini, per quos denoīantur argumenta dialectica, sint relatiue oppositi: sicut diffinitū & diffinitio, species & genus. Respōdetur negando cōsequentiam: quia licet illa formaliter, & pro per se significato capta, sint relatiue oppositi: nō tamen prædenominato capta.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ diffinitio ibi capitur stricte, pro diffinitione quidditatiua: quæ est oratio explicās quid est esse rei per essentialia, vt

B aīal rationale est diffinitio hominis; manifestās entitatem hoīs. Vnde locus à diffinitione, est habitudo diffinitionis ad diffinitū. cuiusmodi est locus sumptus ab habitudine ipsius diffinitionis ad diffinitū, ratione cuius tenet illa consequentia: & habet quatuor argumenta, & quatuor maximas. Primū est, ꝙ diffinitio prædicetur affirmatiue. Secundū est, ꝙ diffinitio prædicet negatiue. Tertiū est, ꝙ subijciat affirmatiue. Quartum ꝙ subijciat negatiue. Prima maxima est ista: de quocunq; prædicatur diffinitio, & diffinitū. Scda: à quocunq; remouetur diffinitio, & diffinitum. Tertia, quicquid prædicatur de diffinitione, & de diffinito. Quarta, quicquid remouet à diffinitione, & diffinito, Exempla illorum satis patent in tex. Ex quo sequitur quòd ille locus tenet tam cōstructiue, quam de

Art. 4. A quo dicitur locus nominatur

Obiectio.

C structiue, ideſt affirmatiue, & negatiue, duabus tamen conditionibus obseruatis. Prima est, quòd tam diffinitio, quàm diffinitum teneantur personaliter, ideo non sequitur, animal rationale est diffinitio. ergo homo est diffinitio. Secunda conditio est, quòd diffinitio, & diffinitum non accipiantur cum dictione, importante actum interiorem animæ, ideo non sequitur, ego ignoro Platonem esse animal rationale. ergo ignoro Platonem esse hominem. Et similiter dicatur sub modo de loco à diffinito ad diffinitionem, puta ponendo quatuor argumenta, & quatuor maximas.

ARGVITVR primo sic, Locus à diffinitione est termini, per quos vna maxima differt ab alia: ergo male dicitur, ꝙ est habitudo diffinitio-

D nis ad diffinitum. ¶ Secundo sic: Nō sequitur, animal rationale est quid complexum: ergo homo est quid cōplexum: & tamen arguitur à diffinitione ad diffinitum: igitur. ¶ Tertio sic: Maxime locorū à diffinito ad diffinitionem non differunt à maximis locorum à diffinitione ad diffinitū: quia componunt ex eisdem. vel cum similibus terminis: ergo neque argumenta consequentiæ earum. Ad primum dicitur: quòd licet locus. materialiter sit termini, per quos vna maxima differt ab alia: tamen formaliter est habitudo illorum terminorū scilicet termini inferentis ad terminum illatū. Vel potest dici, ꝙ locus non est habitudo termini inferentis ad terminū illatum: sed est sumptus ab habitudine tali, ratione cuius te-

E net illa consequentia. Ad secundum dicitur, ꝙ non bene arguitur, vt visum est in tertio notabili. Ad tertiũ dicitur, ꝙ illę maximæ differunt inter se. nã in omnibus talibus debet intelligi, inferẽte, & illato, vt sit sensus, quicquid prædicatur de diffinitione inferente, prædicatur de diffinito illato.

Descriptio quid.

¶ Descriptio est oratio, significans esse rei per accidentalia, vt animal risibile, est descriptio hominis. vel sic: Descriptio est oratio, cõstans ex genere & proprio, vt animal risibile. Locus a descriptione, est habitudo descriptionis ad descriptum. Et continet quatuor argumenta, & quatuor maximas, sicut locus a diffinitione, & formantur hic eodẽ modo argumenta, & maxime. sicut ibi, nisi quod ibi ponatur diffinitio, & diffinitum, hic vero descriptio, & descriptum. ¶ Interpretatio est duplex, quædam est enim, quę non conuertitur cũ interpretato suo, vt ledens pedem, est interpretatio huius nominis, lapis. Alia est, quæ conuertitur cum interpretato suo, vt amator sapientię, est interpretatio huius nominis, philosopus. Et hoc modo sumitur hic, & diffinitur sic: Interpretatio est expositio vnus nominis minus noti, per aliud nomen magis notum, vel per integram orationem. ¶ Locus a nominis interpretatione, est habitudo interpretationis ad interpretatum. Et continet tot argumenta, & tot maximas, sicut locus a diffinitione. Primo subijciẽdo interpretationem affirmatiue, vt amator sapiẽtiæ currit, ergo philosophus currit. Maxima, quicquid prædicatur de interpretatione, & de interpretato. Vel fit a parte prędicati, vt sortes est amator sapientię, ergo est philosophus. Maxima, de quocũq; prædicatur interpretatio, & interpretatum. Negatiue sic a parte subiecti, vt amator sapientię non currit, ergo philosophus non currit. Maxima, quicquid remouetur ab interpretatione, & etiã ab interpretato. A parte prædicati, sic sortes non est amator sapiẽtię, ergo nõ est philosophus. Maxima, a quocunq; remouetur interpretatio, & etiam interpretatum. Et eodem modo intelligitur de interpretato, sicut de diffinitio. ¶ Sequitur de locis a concomitantibus substantiã, quæ sunt, quando sumitur argumentum ab his, quę consequuntur terminos in quęstione positos. Et diuiditur, quia aliud est locus a toto, alius a parte, alius a causa, alius ab effectu, alius a generatione, alius a corruptione, alius ab vsibus, alius a cõmuniter accidentibus. ¶ Locus a toto diuiditur, sicut ipsum totum. Est. n. quoddam totũ vniuersale, aliud totum integrale,

Locus à descriptione.

Nominis interpretatio duplex.

Locus ab ethimologia.

Locus a concomitantibus substantiã.

Locus a toto.

Totũ multiplex.

A le, aliud totũ in quãtitate, aliud totum in modo, aliud totum in loco, aliud totum in tempore. Et ſecundum hoc multiplex eſt locus a toto, quia alius eſt locus a toto vniuerſali. aliud a toto integrali, & ſic de alijs. Et ſimiliter diuiditur locus a tempore. ¶ Totũ vniuerſale, vt hic ſumitur, eſt quodlibet ſuperius ſubſtantiale, ſumptum ad ſuum inferius in linea prædicamentali, vt animal ad hominem, & homo ad ſortem. ¶ Pars ſubiectiua dicitur quodlibet inferius, ſub toto vniuerſali ſumptum. ¶ Locus a toto vniuerſali, ſiue a genere, eſt habitudo ipſius totius vniuerſalis ad ſuam partem ſubiectiuam, ſiue ad ſuam ſpeciem, & eſt ſemper deſtructiuus prædicando totum, vt lapis non eſt animal, ergo lapis non eſt homo. Maxima. a quocunque remouetur genus, ſiue totum vniuerſale, ab eodem remouetur ſpecies, ſiue pars ſubiectiua.

Locus a toto vniuerſali.

B

Art. 2. PRIMO ſciendum, q̃ deſcriptio eſt oratio, conſtans ex genere, & proprio, vt animal riſibile. Ideo dicitur communiter, quòd datur per accidentalia. non quidem per accidentalia indiuidui, ſed per accidentalia ſpeciei, quæ ſunt propriæ paſſiones, ideo dicuntur accidentalia, quia non ſunt de quidditate ſpeciei. Vnde locus a deſcriptione eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum, ad ſenſum prius datum. Sed locus a deſcripto, ẽ habitudo deſcripti ad deſcriptionem. Et ipſorũ ſunt quatuor argumenta, & quatuor maximæ ſicut in loco a diffinitione, & in loco à diffinito, & debent ſeruari illæ duæ conditiones, quæ in loco a diffinitione requiruntur. Et ad iſtos locos reducitur locus a ſpecie ad ſuam propriam paſſionem, per quẽ etiam intelligitur locus ab indiuiduis ad paſſionem, vt Petrus currit, ergo riſibile currit.

Sco. in 1. Meta. q. 1. & q. 3. pro lo. & in 4. d. 49. q. 2.

C

SECVNDO ſciendum, q̃ interpretatio poteſt capi dupliciter. Vno modo improprie, & large, pro deriuatione alicuius dictionis ab alia dictione, vel oratione ſecũ cõueniente in litera vel ſyllaba. Et triplex eſt ſicilicet literalis, ſyllabalis, & dictionalis. Literalis, quando literæ exponũtur p dictiones, vt deus interpretatũ, dans æternã vitã ſuis. Syllabalis. quãdo ſyllabæ exponuntur per dictiones, vt lapis interpretatur, ledens pedẽ. Dictionalis, quando dictio exponitur per dictionem: & de illa nõ eſt hic ad propoſitum. Aliomodo capitur proprie: & ſic interpretatio, eſt oratio explicans conuertibiliter, & ſynonyme quomodo, & qualiter quid per nomen ſignificatur implicite, & illo modo, philoſophus interpretatur amator ſapientiæ, & de illa eſt hic ad propoſitum, & ſecũdũ eã ſumitur locus ab interpretatione ad interpretatũ, & cõtinet quatuor argumẽta, & quatuor maximas, ſicut locus a diffinitione ad diffinitũ, & per ipſum intelligitur locus ab interpretato, & ẽt ab exponente ad expoſitam, & econtra, de quibus videbitur

Art. 2. Interpretatio dupliciter ſumitur.

D

in

E in exponibilibus. Exaduerte quòd interpretatio, proprie dicta, non videtur differre à diffinitione quid nominis.

Infra. Tract. 13. Art. 3.

TERTIO ſciendum q̃ diffinitio loci à concomitantibus ſubſtantiam, ſic eſt intelligenda: videlicet quando terminus inferens, & terminus illatus idem important non cõuertibiliter: & vnum eſt verificabile de alio ſm aliquem modum eſſendi in. Et illorum locorũ alius eſt locus à toto, alius à parte, alius à cauſa, alius ab effectu, alius à generatione, alius à corruptione, alius ab vſib. & alius à cõiter accidẽtibus. Sed locus à toto diuiditur, ſicut totum. Vnde totum diuiditur in totum vniuerſale, totum integrale, totum in q̃tite, totum in modo, totum in loco, & totum in tempore. Vnde totum vniuerſale eſt ſuperius eſſentiale reſpectu ſui inferioris: vt homo reſpectu Petri: animal reſpectu hominis: ſic de alijs. Vnde locus à toto vniuerſali ad ſuam partem eſt habitudo ipſius vniuerſalis ad ſuã partem. Et tenet negatiuè, ponendo proprie ipſum totum vniuerſale in prædicato. vt lapis non eſt animal: ergo lapis non eſt homo. Maxima à quocunque remouetur totum vniuerſale, ab eodem, & pars eius; ita quòd in tali loco totũ ſemper debet diſtribui. ideo non ſequitur. animal non currit: ergo homo non currit. Dicunt etiam aliqui, quod poteſt tenere affirmatiuè: dum tamen totum diſtribuatur, & ponatur conſtantia partis: vt omne animal currit, & homo eſt: ergo homo currit.

Sco. lib. 2. diſt. 3. q. 1.

ARGVITVR primo ſic: Deſcriptio non habet deſcriptionem: ergo non diffinitur: quia alias eſſet proceſſus in infinitum. Secundo ſic: Non ſequitur iuſtus eſt amator ſapientię: ergo iuſtus eſt philoſophus: ergo locus ab interpretatione nõ eſt bonus. ¶ Tertio ſic: Bene ſequit̃, ens eſt: ergo Deus eſt: ergo locus a ſuperiori ad inferius tenet affirmatiuè. Ad primum dicitur: q̃ deſcriptio capit dupliciter. Vno modo primæ intẽtionaliter: & ſic nõ diffinitur, cum ſit quid cõplexum. Alio modo ſecundæ intentionaliter. ſic bene diffinit. Ad ſecundum dicitur, q̃ iuſtus ideo non eſt philoſophus: quia non amat ſapientiam, ſed bene deſiderat eam. Nam amor eſt reſpectu habiti eſt deſiderium eſt reſpectu abſentis, ideo ſicut antecedens eſt falſum, ita & cõſequens. Ad tertium dicitur, quòd bene ſequitur: non ratione habitudinis ſuperioris ad inferius, ſed magis ratione habitudinis effectus ad cauſam. Similiter dicatur de iſto: numerus eſt, ergo numerus binarius eſt, qui non tenet ratione habitudinis ſuperioris & inferioris, ſed ratione totius integralis ad ſuam partẽ.

¶ Locus à ſpecie, ſiue à parte ſubiectiua eſt habitudo ipſius ad genus, ſiue ad ſuum totum vniuerſale: & eſt ſemper conſtructiuus: & tenet duo argumenta, & duas maximas. Primo ſubijciendo ſpeciem affirmatiuè: vt homo currit: ergo animal currit. Maxima: quicquid prædicatur de ſpecie, ſiue parte ſubiectiua

Locus à ſpecie ſubiectiua.

Locus à toto integrali.

Locus à parte integrali.

Locus a toto in quãtitate.

A iectiua, hoc etiam prædicatur de genere, siue de toto vniuersali. Secundo prædicando speciem affirmatiuè: vt sortes est homo: ergo sortes est animal. Maxima de quocunque prædicatur species, siue pars subiectiua, de eodem prędicatur genus, siue totum vniuersale. ¶ Totum integrale est quod est compositum ex partibus habentibus quantitatem: & pars eius dicitur pars integralis. ¶ Pars integrālis est, quæ cum alijs partibus constituit totum. ¶ Locus a toto integrali, est habitudo totius integralis ad suam partem: & est constructiuus sem B per: vt domus est: ergo paries est. Maxima, posito toto integrali, ponitur & quælibet eius pars, ¶ Locus à parte integrali est habitudo ipsius ad suum totum: & est semper destructiuus: vt paries non est: ergo domus non est. Maxima: destructa parte integrali, destruitur & suum totum. ¶ Totum in quantitate est vniuersale, sumptum vniuersaliter: vt omnis homo, nullus homo. Pars in quantitate est quodlibet inferius, contentum sub illo toto vniuersali, vniuersaliter sumpto. Locus à toto in quantitate est habitudo ipsius ad suam partem: & est constructiuus, & destructiuus. Constructiuus sic: omnis homo currit, ergo sortes C currit. Maxima: quicquid prædicatur de toto in quantitate, & etiam de qualibet eius parte. Vel sic: si vniuersalis est vera, quælibet eius particularis erit vera. Destructiue sic: nullus homo currit, ergo sortes non currit, Maxima: quicquid remouetur à toto in quantitate, & à qualibet eius parte. Vel sic: si vniuersalis est falsa, quælibet eius particularis erit falsa.

Locus à toto integrali.

Locus à parte integrali.

Locus a toto in quantitate.

Primo sciendum, quòd locus Art. 1. à parte subiectiua ad suum totū, seu ab inferiori ad superius, quod idem est, sic diffinitur, est habitudo partis subiectiuę ad suum totum, vt sortes currit: ergo homo currit. Et tenet af D firmatiuè, dummodo totum non distribuatur: ideo non sequitur, homo differt ab asino: ergo differt ab animali. Etiam non sequitur, sortes incipit esse albus: ergo incipit esse coloratus: quia in istis totum vniuersale distribuitur propter negationem, in clusam in ly, differt, & in ly, incipit, & propter proprietates illorum terminorum. Sed peteret aliquis, vtrū Dubitō. iste locus teneat destructiuè. i. negatiuè. Respondetur ꝙ sic, duabus conditionibus obseruatis. Prima est, ꝙ ponatur cōstantia partis. Scđa est, ꝙ totum non distribuaī: pp primā non sequiī Adam non currit: ergo homo non currit: quia antecedens pōt esse verū, consequente existēte falso: pp Vide Sco scđam non sequiī, sortes non est aī in 2. di. 1. nus: ergo sortes non est aīal: quia ibi q. 3.

ani-

E animal, quod eſt totum vniuerſale diſtribuitur. Et debent dari maximæ ſecundum exigentiam argumentorum, vt quicquid affirmatur de inferiori, & de ſuperiori, vel quicquid vere negatur ab inferiori, & à ſuperiori.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̃ totũ integrale communiter ſic diffinitur, Eſt, quod conſtat ex partibus quantitatem habentibus. Ex qua diffinitione ſequitur, quòd partes non habentes quantitatem, non ſunt partes integrales, ſicut anima. Aliter tamen poteſt diffiniri. Eſt, quod conſtat, id eſt conſtituitur ex ſuis partibus, nam numerus eſt totum integrale, & tamen eius partes non habent quantitatem. Vnde locus a toto integrali eſt habitudo totius in-
F tegralis ad ſuam partem, & tenet ſolum conſtructiuè, reſpectu huius verbi, eſt, ſecundum adiacens, & reſpectu partis principalis, vt bene ſequitur, domus eſt, ergo paries eſt, ſed non ſequitur, domus eſt, ergo feneſtra eſt, quia feneſtra non eſt pars principalis domus. Tenet etiã reſpectu prædicatorum neceſſario conſequentium, eſt, ſecundum adiacens, vt bene ſequitur domus eſt aliquid, ergo paries eſt aliquid. Et maxima eſt talis. Poſito toto integrali, ponitur eius pars principalis. Sed locus a parte integrali eſt habitudo partis integralis ad ſuum totum integrale, & tenet deſtructiue, vt paries non eſt, ergo domus non eſt, & hoc dummodo capiatur pars principalis.

Art. 3. TERTIO ſciendum quòd totum in quantitate eſt terminus com G munis, diſtributus per ſignum vniuerſale. Sed pars in quantitate eſt terminus communis, ſumptus ſine ſigno vniuerſali, vel inferius ad illum terminum, vt omnis homo, ly, homo, eſt totum in quantitate, quia ſibi additur ſignum vniuerſale, & ipſe ſumptus ſine ſigno, dicitur pars in quantitate, vel eius inferius, vt ſortes, Petrus, & ſic de alijs. Vnde locus a toto in quantitate tenet affirmatiuè, & negatiuè affirmatiuæ, vt omnis homo currit, ergo Petrus currit, Ioannes currit, & ſic de alijs. Et dicunt aliqui, quod debet poni conſtantia partis, vt ſic arguendo, omnis homo currit, & ſortes eſt, ergo ſortes currit Sed hoc non videtur eſſe multum neceſſe, cum non H debeat inferri, niſi pro qua totum in quantitate ſupponit. Ex iſtis Conſi-
videtur ſequi quòd locus a toto rium.
in quantitate, & a toto vniuerſali non differunt, quia in loco a toto vniuerſali totum vniuerſale debet diſtribui, ſicut in loco a toto in quantitate, licet bene locus a parte in quãtitate, & a parte ſubiectiua differãt. Et dico, quòd auctores non faciunt mentionem de iſtis duobus locis, eo quòd ſint diſtincti, ſed quia loci a partibus illorum differunt.

Locus à partib. in quãtitate.

¶ ARGVITVR primo ſic: Non ſequitur, ignis calefacit hominem, ergo ignis facit hominem, & tamen arguitur ab inferiori ad ſuperius affirmatiue, igitur. ¶ Secũdo ſic: Locus debet denominari a termino inferente ſecundum habitudinẽ, quã habet ad terminũ illatũ:

ſed

A sed arguēdo sic, domus est. ergo paries est: ibi ille terminus, domus, est terminus inferens, & non est totum integrale respectu termini illati, igitur. ¶ Tertio sic, Non sequitur omnis homo est vnus homo, Catharina est homo, ergo Catharina est vnus homo, cum antecedens sit verum, & consequens falsum. Ad primum dicitur, quod nō arguitur debite: nam in antecedente hominē includit istam præpositionem, in, & non includit ipsam in consequente. Vnde sensus antecedentis est, quod ignis producit calliditatem, in homine, similiter diceretur de illo, sortes existens Parisijs, est videns Parisijs: ergo est agens Parisijs. Ad sm dr, q̄ licet terminus inferens nō sit totū integrale termini illati, tamen illud
B pro quo supponit est totum integrale respectu illius, pro quo supponit terminus illatus. Ad tertium dicitur, q̄ bene sequitur, sed sicut consequens est falsum, ita & antecedens.

Locus à partib. in quātitate.

¶ *Locus à partibus in quantitate, est habitudo omnium partiū in quantitate, simul sumptarum, ad suum totum: & tenet constructiue, & destructiue Constructiue sic: sortes currit; Plato currit, & sic de alijs, ergo omnis homo currit. Maxima: quicquid predicatur de partibus in quantitate, simul sumptis, & de suo toto. Destructiue sic: sortes non currit, Plato non currit, & sic de alijs, ergo nullꝰ homo currit. Maxima: quicquid remouetur à partibus in quātitate simul sumptis, ab eius toto, vel si quælibet singularis non est vera, sua vniuersalis non erit vera.* C ¶ *Totum in modo est vniuersale sumptū sine determinatione, vt hō.* ¶ *Pars inmodo est vniuersale sumptum cum determinatione, non diminuēte, vt homo est albus. Et eodem modo sumitur argumentum in hoc loco, sicut in loco à genere ad speciem.* ¶ *Totum in loco, est dictio, comprehendēs omnem locum ad uerbialiter, vt vbique, nusquam.* ¶ *Pars in loco est, dictio comprehendens aliquem locum aduerbialiter, vt ibi hic.* ¶ *Locus à toto in loco. est habitudo ipsius ad suam partem, & tenet constructiue, & destructiue. Cōstructiue sic, Deus est vbiq;, ergo Deus est hic. Maxima: cuicunque competit totū in loco, & quælibet eius pars. Destructiue sic: Cæsar est nusquam, ergo non est hic. Maxima: quicquid remouetur à toto in loco, & à qualibet eius parte. Locus à parte in loco. est habitudo ipsius ad suum totum, & est semper destructiuus, vt cæsar non est hic, ergo nō est vbiq;. Maxima: cuicunq; nō cōpetit pars in loco, nec eius totum.* ¶ *Totū in tpe est dictio, cōprehendens omne tps aduerbialiter, vt semper, nūquā. Pars in tempore, est dictio, cōprehendens aliquod tempus aduerbialiter, vt nunc, heri, cras, exēpla*

Locus à toto in loco

Locꝰ à parte in loco.

E *pla autem sumantur hic, sicut à toto in loco.*

Art. 1. PRIMO sciendũ, q̃ locus à partib. totius in q̃titate, est habitudo ip sarum partium in quantitate ad suũ totum, & tenet tam constructiue q̃ destructiue: duab. cõditionib. obseruatis. Prima conditio est, q̃ partes sufficienter enumerent cum illa particula, & sic de alijs, vel non sunt plura. Secunda conditio est, quòd non arguatur à pluribus determinatis ad vnam determinatam: vt non sequitur, caput habet sortes, caput habet Plato, & sic de alijs: ergo caput habet omnis homo. Vnde arguere à pluribus determinatis ad vnam determinatam, est arguere ab antecedente, in quo terminus communis F supponit determinatè respectu partium in quantitate ad consequens: in quo terminus communis supponit determinatè respectu totius in quantitate: sed oportet tunc ponere relatiuum identitatis in antecedente: vt caput habet Plato, idem caput habet sortes, & sic de alijs, ergo caput habet omnis homo: sed sicut consequens est falsum, ita & antecedens. Et tenet per illam maximam: quicquid dicitur de partibus totius in quantitate, & de toto: tenet etiam destructiue illis duabus conditionibus obseruatis: tenet per istam maximam: quicquid negatur de partibus totius in quantitate: & de toto in quantitate.

Quãdo tenet locus à partib. totius in q̃titate.

Art 2. SECVNDO sciendum, quod totum in modo est terminus communis sumptus sine determinatione, vel sumptus cum paucioribus determinationibus. Et pars in modo, est terminus communis, sumptus cum determinatione, vel ampliori determinatione: vt homo albus, respectu de ly homo. ¶ Vnde quintuplex est determinatio, scilicet distrahẽs, quę facit terminum stare pro significato minus principali. vt pictus respectu de ly homo. ¶ Alia est alienans, quæ facit, quòd terminus pro nullo suorum significatorum supponit: vt irrationale respectu de ly homo. ¶ Alia est determinatio diminuens, quæ facit terminum stare secundum partem minorem, vt secundum dentes. ¶ Alia est amplians, quæ facit terminum stare vltra exigentiam copulæ de præsenti, & respectu istarum non tenent isti loci. ¶ Alia est determinatio restringẽs quæ facit terminũ stare pro paucioribus, quam si sibi non adderetur, vt albus, niger, & solum respectu istius tenent isti loci. Vnde locus à toto in modo ad suam partẽ tenet cõstructiue, & destructiue, posita constantia partis, & dummodo totum distribuatur: vt nullus homo currit, ergo nullus homo albus currit. Sed locus à parte in modo tenet constructiue, dummodo totum in modo non distribuatur, vt bene sequitur, homo albus currit, ergo homo currit. Etiam tenet destructiuè dummodo ponatur constantia partis, & quòd totum non distribuatur, vt bene sequitur, homo albus est, & homo albus non currit, ergo homo non currit. Et ibi videtur sequi, quòd isti loci non differunt à loco à toto vniuersali ad

Determinatio quintuplex

G

H

suam

A ſuam partem, & à parte ſubiectiua ad ſuum totum.

Art. 3. TERTIO ſciendum, quòd totum in loco eſt terminus comprehendens omnem locum, vt vbique, nuſquam, ſed pars in loco eſt terminus comprehendens vnum locum, vt alicubi, & proportionabiliter dicatur de toto in tempore, & eius parte'. Vnde locus à toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuam partem. & tenet tam deſtructiue, quàm conſtructiue'. Conſtructiuè tenet tribus conditionibus obſeruatis. Prima eſt, quòd totum in loco diſtribuatur: defectu cuius non ſequitur, ſortes eſt alicubi: ergo ſortes eſt hic. Secunda conditio eſt: quod ponatur conſtantia partis in loco: B ideo non ſequitur: ſortes eſt vbique: ergo ſortes eſt Pariſijs: cum antecedens poſſit eſſe verum ſine conſequente, ſi Pariſijs deſtruerentur. Tertia conditio eſt, quod non arguatur cum his verbis, incipit, & deſinit, ideo non ſequitur ſortes incipit eſſe vbique: ergo incipit eſſe hic. Et proportionabiliter dicatur de loco à toto in tempore': ſed negatiuè tenet, prima conditione obſeruata, ſcilicet, quòd arguatur cum diſtributione totius in loco. Sed locus à parte totius in loco tenet deſtructiue duabus conditionibus obſeruatis. Prima, quòd arguatur cum diſtributione', ideo bene ſequitur, Petrus non eſt hic, ergo non eſt alicubi. Secunda, quòd arguatur cum conſtantia partis: & ſimiliter dicatur de loco à parte in tempore.

Locus a toto in loco quãdo teneat.

Locus a parte totius in loco qũo tenet.

¶ ARGVITVR primo ſic: Non C ſequitur, ſortes eſt ſortes, Plato eſt Plato, & ſic de alijs: ergo omnis homo eſt omnis homo. ¶ Secundo ſic. Non ſequitur, Plato eſt vbique: ergo Plato eſt Pariſijs. & tamen arguitur à toto in loco: igitur. ¶ Tertio ſic. Non ſequitur, imago eſt homo pictus: ergo imago eſt homo: & tamen arguitur per locum à parte in modo: igitur. Ad primum dicitur, quòd non bene arguitur: quia oporteret, cętera manere paria: ideo deberet ſic argui, ſortes eſt omnis homo, Plato eſt omnis homo: & ſic de alijs. ergo omnis homo eſt omnis homo. Pro quo ponitur talis re- Regula. gula: quod quando in aliqua propoſitione ponuntur duo termini, ſupponentes diſtributiue diſtributione D ſigillata: tunc prius debet fieri inductio ad omnia ſuppoſita primi termini: & ſecundus debet manere idem: & poſtea cum vno ſuppoſito primi termini diſtributi dẽt fieri inductio ad oĩa ſuppoſita ſcdi termini diſtributi: vt ſortes eſt oĩs homo, Plato eſt oĩs homo, & ſic de alijs: ergo iſte homo eſt iſte homo, & iſte idẽ homo eſt iſte homo, & ille idẽ homo, & ſic de alijs: ergo oĩs homo eſt oĩs homo. Ad ſecundum dicitur, quòd non arguitur debitè, quia deberet poni cõ ſtãtia partis in loco. Vel poteſt dici, ſicut dictũ eſt in loco à toto in quantitate. Ad tertium dicitur, quòd Sup. car. malè arguitur, quia arguitur cum determinatione diſtrahente'. 82. B.

¶ *Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundũ naturã. Et diuiditur* Cauſa qd & quotplex.

E uiditur in causam materialem, formalem-efficientem, & finalẽ. ¶ Causa efficiens est, à qua primo fit motus ad hoc, quod fiat aliquid, vt domificator est primus mouens, et operans, vt fiat domꝰ et faber, vt fiat cultellus. ¶ Locus à causa efficiente est habitudo ipsius causæ efficiẽtis ad suum effectum: et est constructiuus, et destructiuus. Constructiue sic, domificator est bonus: ergo domus est bona. Maxima: si causa efficiens est bona, ipsum, quod fit: bonum est. Destructiue sic, domificator non est bonus, ergo domus non est bona. Maxima, cuius causa efficiens non est bona, ipsum, quod fit: non est bonum, & econuerso: tenet locus ab effectu ad causam efficiẽtem. ¶ Materia est: ex qua cum alio aliquid fit. Ex est duplex, quædam enim est permanens, et quædam transiens. Permanens, vt in cultello ferrum. Transiens: vt in pane farina, et aqua: et diffinitur etiam sic materia: Materia est quæ tantum est in potentia. ¶ Locus à causa materiali, est habitudo ipsius ad suum effectum, et est constructiuus, et destructiuus. Constructiue sic, ferrum est, ergo arma ferrea possunt esse. Maxima: posita causa materiali: possibile est eius effectus poni. Destructiue sic: ferrum non est: ergo arma ferrea non possunt esse. Maxima, remota causa materiali permanente, remouetur et eius effectus. ¶ Locus ab effectu causæ materialis tenet constructiue sic: arma ferrea sunt, ergo ferrum est. Maxima: posito effectu causæ materialis permanentis ponitur eius causa. Locus ab effectu causæ materialis transeuntis tenet constructiue: vt vitrum, vel panis ẽ, ergo silix, vel farina fuit. Materia enim transiens non manet, sed transfertur in aliam materiam. Maxima: posito effectu materiæ transeuntis, necesse est ipsam materiam præfuisse.

Loc⁹ à cā efficiẽte.

Materia quid.

Locus à cā materiali

Locus ab effectu cās materialis.

Genus herbo

PRIMO sciendum, quod consequenter determinandum est de locis à causa ad effectum, & ecõtra. Vn de causa est, ad cuius esse sequitur aliud secundum naturam. Et non capitur hic, sequitur, pro consecutione logicali, sed pro consecutione quæ est secundum naturam, sic videlicet quod illud sequitur ad aliud hoc modo secundum naturam, quia secundum naturam est posterius. Et debet in ista diffinitione itelligi, vel ad eius intẽtionem, propter causam finalem, quę nõ habet esse reale, sed solum habet esse secundum intentionem, ideo diffinitio sic est intelligenda: Causa est, ad cuius esse, vel intentionem eius sequitur aliud, idest effectus. Et quatuor sunt causæ, duæ intrinsecæ, scilicet materialis, & formalis, quæ non sunt nisi materia, & forma rei, & sunt duæ extrinsece scilicet efficiens, & finalis. Vnde causa

Art. 2.

A licet positiua, & priuatiua. Positiua est, a qua dependet aliquis effectus in esse, fieri, vel conseruari. Priuatiua est, quæ positiuè nihil influit ad effectum, sed ipsa remota non sequitur effectus. Et positiua est duplex, scilicet in potentia, & in actu, vt domificator, dicit causa domus in potentia, quia habet artem ad faciendum domum, & in actu, vt domificans, qui iam actu facit domum.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ locus a causa efficiente ad suum effectum, & econtra, tenet respectu istorũ præ dicatorum est, fit, vel erit bonũ, vel malum, & hoc secundum exigentiã vel habitudinem causę ad effectum, nam si sit causa, in potentia, arguitur respectu huius verbi potest, positi in consequente. si vero sit causa in actu B arguit respectu huius verbi, fit, vel, erit, exemplum, vt domificator est, ergo domus potest esse, domificans est, ergo domus sit, vel erit, domificator est bonus, ergo domus potest esse bona. Negatiuè, vt domificans non est. ergo domus non fit, sed non sequitur, domificator non est, ergo domus non est, vel non potest esse, & proportionabiliter dicatur de loco ab effectu ad causam efficientem. Aduerte tamen, ꝙ quando arguitur respectu istorum prędicatorũ, bonũ & malum, requiruntur aliquæ cõditiones. Prima ꝙ bonum, & malum in antecedente dicant bonitatẽ causæ efficientis, & in consequente bonitatem effectus, & non bonitatem moralem. Secunda conditio, quòd domificator operetur secundum artem meliori modo, quo poterit. Tertia conditio, quòd non sit malitia ex parte materiæ. Quarta conditio, quòd causa non habeat aliquod impedimentum. C

Art. 3. TERTIO sciendum, quòd materia sic diffinitur: Materia est, ex qua cum alio aliquid fit, id est totum compositum. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd materiam capitur dupliciter. Vno modo large, pro omni illo, ex quo aliquid fit: siue illud sit pars illius, siue non, & sic dicimus quòd ferrum est materia cultelli, & lapides domus, & sic capitur materia in istis locis. Alio modo capitur materia strictè, pro omni illo, ex quo cum aliquo. i. cum forma substantiali, fit aliquid, scilicet totum compositum. Et iterum duplex est materia, scilicet permanens, & transiens, est quæ post- D quam res est facta, non amplius manet nomẽ eius, vt farina dicitur materia trãsiens panis, quia postquam panis est factus, non potest esse farina, & illa non est propriè materia. Sed permanens est, quæ postquam ex ea aliquid factum est, retinet nomen & manet, vt ferrum dicitur materia cultellis, quia postq̃ cultellus est factus, adhuc remanet ferrum. Et aduerte quòd locus a materia ad effectum, seu a nomine materiæ ad nomen effectus, debet fieri secundũ exigentiam, & habitudinem ipsius materiæ ad effectum. Nam in materia transeunte fit respectu istius verbi, fuit, vel potest, exemplum, vt farina non fuit, ergo panis non est, vel sic farina est, ergo panis potest esse'. Sed in materia permanente fit

E respectu huius verbi potest, vel fuit, exemplum, vt ferrum est, ergo cultellus potest esse. Et proportionabiliter dicatur de loco ab effectu ad causam.

¶ Argvitvr primo sic: Finis est causa, & tamē ad eius esse nō sequitur aliud: igitur. ¶ Secundo sic, Locus debet denominari a termino inferente secundum habitudinem, quam habet ad terminum illatum, sed dicendo, domus est bona: ergo domificator est, vel fuit bonus, terminus inferens non est causa termini illati, igitur. ¶ Tertio sic: Si diffinitio materiæ esset bona, sequeretur q̄ ligna, ex quibus fit ignis, essent materia ignis, sed hoc est falsum igitur. Ad primum dicitur, q̄ licet ad esse finis non sequatur effectus, tamen bene ad eius intentionem, seu cognitionem, & amorem. Ad secundum dicitur, quod licet in tali loco terminus inferens non sit causa termini illati, tamē illud, pro quo supponit terminus inferens est causa illius, pro quo supponit terminus illatus, & hoc sufficit. Vel potest dici, quòd tales loci possunt denominari a nomine causæ ad nomen effectus. Ad tertium dicitur, quòd ligna sunt materia ignis, capiēdo materiam large. sed non capiendo materiam propriè, & strictè:

Seo. in 1. dist. 1. q. 1. in resol. quæst.

F

¶ *Forma est, quæ dat esse rei, & conseruat rem in esse.* ¶ *Locus a causa formali est habitudo ipsius causæ formalis ad suum effectum & tenet constructiuè, & destructiuè. Constructiuè sic, albedo est: ergo album est. Maxima, posita causa formali, ponitur & eius effectus. Destructiuè sic albedo non est, ergo album non est. Maxima, remota causa formali, remouetur et eius effectus: Eō tra vero est de effectu causa formalis.* ¶ *Finis est, gratia cuius aliquid fit.* ¶ *Locus a causa finali est habitudo ipsius ad suū effectum, & est constructiuus, & destructiuus. Constructiuè sic, beatitudo est bona: ergo virtus est bona. Maxima cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Destructiuè sic, pœna non est bona, ergo peccatum non est bonum. Maxima, cuius causa est mala, ipsum quoque malum est. Econuerso autem est de loco ab effectu causæ finalis.* ¶ *Generatio est progressio a non esse ad esse.* ¶ *Locus a generatione est habitudo ipsius generationis ad suum generatū, & est constructiuus, & destructiuus. Constructiuè tenet sic generatio domus est bona, ergo domus est bona. Maxima cuius generatio est bona, ipsum quoque bonum est. Destructiuè sic, generatio latronum est mala, ergo latro est malus. Maxima, cuius generatio est mala ipsum quoque generatum malum est. Econuerso autē de loco à generato.* ¶ *Corruptio est progressio ab esse ad nō esse.* ¶ *Locus a corruptione est habitudo corruptionis ad corruptum.*

Locus à cā formali.

G

Locus à cā finali

Art. 1.

H

Locus a generatione

Corruptio & eius

cus.

A rupium, & est constructiuus, & destructiuus, Constructiuè sic, corruptio antichristi est bona, ergo antichristus est malus. Maxima, cuius corruptio est bona, ipsum corruptum malũ est. Destructiuè sic, corruptio domus est mala, ergo domus est bona. Maxima, cuius corruptio mala est, ipsum quoq; bonum est, & econuerso est de loco à corrupto.

Art. 1. PRIMO sciendum est, q̃ forma est, que dat esse rei, & ipsam conseruat in esse, & debet sic intelligi. Forma est, quæ dat esse rei, supple formaliter, & intrinsecè, & per hoc differt à causa materiali, quæ dat esse materialiter, & ipsam conseruat inesse. Et differt à causa efficiente, B & finali, supple particulari, quæ non conseruãt rem in esse. Et est duplex. f. substantialis, & accidentalis. Substantialis est, quæ dat esse substantiale, seu simpliciter, vt anima. Accidentalis est, quæ dat esse accidentale, seu secũdũ quid, vt albedo, nigredo, & propriè secundum illã sumit locus à causa formali, qui fit propriè inter abstractum & concretũ, puta abstractum dicitur causa formalis, saltem in denominando. Vnde locus à causa formali, seu à nomine causæ formalis tenet affirmatiuè, & negatiuè. Affirmatiuè duabus conditionibus obseruatis: prima est, q̃ circa causam formalem non sit factum miraculum: secunda, q̃ sit sufficiens denominare subiectum, vt sic arguendo, albedo, circa quã non est factum miraculum sufficiẽs denominare subiectum, est, ergo albũ C est. Negatiuè sic, vt albedo non est, ergo album non est. Sed locus ab effectu causæ formalis, seu à nomine effectus causæ formalis, tenet etiam dupliciter. videlicet affirmatiuè, vt album est, ergo albedo est. Et negatiuè tenet duabus conditionibus obseruatis. Prima est, quòd non sit factum miraculum. Secunda, quòd causa formalis sit sufficiens denominare subiectum, vt bene sequitur, albũ nõ est, ergo albedo, circa quã nõ est factum miraculum, & est sufficiens denominare subiectum, non est, & solum tenent isti loci respectu verbi, est, secundi adiacentis.

SECVNDO sciendum, q̃ finis Art. 2. est, gratia cuius fit aliq̃d, finis enim in intentione mouet efficiens, vt, producat aliquid, sed effectus causæ finalis est mediũ ordinatum ad hmõi D finẽ, vt felicitas dr̃ finis hominis, & media ordinata ad felicitatẽ dicunt effectus, vt virtutes, & bonæ operationes. Vnde locus à causa finali ad suũ effectũ, & econtra, solum tenet respectu istorum prædicatorum, bonum & malũ, & tenet affirmatiuè, & negatiuè. Affirmatiuè, vt felicitas est bona, ergo virtus est bona, & hoc quando non potest haberi sine illo effectu, quia si posset esse, non sequeretur, vt non sequitur, creator est bonus, ergo homo est bonus. Maxima cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: Negatiuè sic, damnatio non est bona, ergo peccatum non est bonum. Maxima, cuius finis non est bonus, ipsum quoque non est bonum. Sed ab effectu ad causam

E finalem tenet affirmatiuè, & negatiuè. Affirmatiuè, vt virtus est bona: ergo felicitas est bona, & hoc quando effectus non potest esse sine causa, vt creatura est bona, ergo creator est bonus. Negatiuè sic, peccatū non est bonum, ergo dānatio non est bona, & hoc debet intelligi propriè, dū modo arguatur ab effectu per se. i. sine quo talis finis non potest acquiri, quia si arguatur ab effectu per accidens, sine quo talis finis potest acquiri, non valeret, vt non sequitur inebriatio non est bona, ergo sanitas non est bona.

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ generatio est progressio. i. mutatio de non esse ad esse, & corruptio est progressio. i. mutatio de esse ad nō esse. Et sic patet, ꝙ non capitur hic pro-
F gressio, ꝑ motu locali, sed metaphoricè prō mutatione, patet ēt, ꝙ capitur hic generatio largè, pro acquisitione rei, siue illa res sit substantialis, siue accidētalis. Et aduerte, ꝙ locus à generatione ad gentiū, & ecōtra, tenet respectu illorū p̄dicatorū, bonū & malū, & tenet tā affirmatiuè, q̄ negatiuè, vt generatio domus est bona, ergo domus est, vel erit bona. Maxima, cuius generatio est bona, ipsum quoq; bonū est. Negatiuè sic, vt generatio vitij nō est bona, ergo vitiū non est bonū. Et probabiliter dicatur de loco à genito ad generationē, vt domus est bona, ergo generatio est, vel fuit bona. Similiter dicatur de loco à corruptione ad corruptum, commutando bonum, & malum, exemplum, vt mors Christi fuit mala, ergo Christus fuit bonus. Maxima cuius corruptio est G mala, ipsum quoque bonum est. Negatiuè sic, mors Christi nō fuit bona, ergo Christus non fuit malus, & similiter dicatur de loco à corrupto ad corruptionem. Et aduerte, quòd bonum & malum, non capiuntur pro bono, & malo naturę, seu modi generationis. vel corruptionis, sed capiuntur pro bono & malo finis, sic ꝙ generatio illius est bona, qui consequitur finem, ad quē generatio ordinatur.

¶ ARGVITVR primo sic: Nō sequitur albedo est, ergo paries est, & tamen arguitur per locum à causa formali ad suum effectum, quia albedo est forma, qua paries dicitur albus. ¶ Secundo sic, Non sequitur medicina laxatiua est bona, ergo sanitas est bona, cū antecedens possit esse verum sine consequente, & tñ arguitur per locum à causa finali ad effectum. ¶ Tertio sic: Non sequitur mors Christi fuit bona, quia per eam redempti sumus, ergo Christus fuit malus, & tamen arguitur per locum à corruptione, igitur. Ad primum dicitur, quòd indebitè arguitur, quia talis locus solum fit inter coneretum, & abstractum.

Ad secundum dicitur, ꝙ in tali loco debet argui, secundum exigentiam finis ad effectum, & econtra, vt si finis non sit simul cum efficiente, debet argui respectu futuri: sic, medicina est bona, ergo sanitas est, vel erit bona. Ad tertium dr̄, ꝙ licet mors Christi fuerit bona, quo ad nos, tñ fuit mala, quo ad ipsū, quia fuit destructiua ipsius Christi.

Vsus,

A Vsus qd.

¶ *Vsus, vt hic sumitur, est operatio rei siue exercitium ipsius, vt equitare est operatio equi, & secare securis.* ¶ *Locus ab vsibus est habitudo ipsius operationis ad id, cuius est operatio, siue vsus. Et est constructiuus & destructiuus. Constructiuè sic, equitare, est bonum, ergo equus est bonus. Maxima, cuius vsus bonus est ipsum quoque bonum est. Destructiuè sic, occidere hominem malum est, ergo occisor est malus. Maxima, cuius vsus malus est, ipsum quoque. Vsitatum malum est, econtra est de loco ab vsitato.*

Locus ab vsu.

Accidētia in duplici sūt differentia.

¶ *Communiter accidentia sunt duplicia, quædam enim sunt, quæ aliquando se cōsequuntur, &* B *aliquādo non, vt comes & adulter, & ab his non sumitur locus dialecticus, sed sophisticus. Alia sunt, quorū vnū semp sequit ad aliud: vt penitere sequitur ad deliquisse, & ab his sumitur locus dialecticus, & tenet constructiuè & destructiuè. Constructiuè sic, istum penitet, ergo deliquit. Maxima, si communiter accidentiū posterius in est & primum infuit. Destructiuè sic, iste nō deliquit, ergo non penitet. Maxima, si communiter accidentium prius nō in est, & posterius non inerit.*

Art. 2.

PRIMO sciendum, q̄ vsus (vt hic capitur) est operatio, ad quā res aliqua per se ordinatur, vt equitare dicitur operatio equi: secare. n. dicit operatio securis, & illud, quod ordi C natur per se ad talem operationem, vocatur vsitatum, vt equus dr̄ vsitatum de equitare, & securis de secare. Et siquis dicat, secare est ita bene Instantia. & melius ab homine secante, sicut a securi: ergo hō dicitur ita bene vsitatum, sicut securis. Respondetur negando consequentiam, quia hō non per se ordinatur ad talem operationem, sicut securis: ideo non dr̄ ita bene vsitatum: nō. n. est de ratione hominis, q̄ diuidat ligna, sed per accidēs ad hoc ordinatur: sed securis de sua ratione, & natura ad ligni diuisionem est ordinata; quia ,ppter hoc est adinuenta: ergo dicitur per se ad hoc ordinata, non autem homo. Vn de locus ab vsibus est habitudo ipsius vsus ad vsitatum, & tenet affir- D matiuè & negatiuè, respectu istorū prędicatorum, bonum & malum, vt equitare est bonum: ergo equus est bonus. Maxima, cuius vsus ē bonus, ipsum quoq; bonum est. Negatiuè, vt equitare non est bonū; ergo equus non est bonus. Maxima, cuius vsus non est bonus, ipsum quoq; non est bonum. Et similiter tenet locus ab vsitato ad vsū: scilicet affirmatiuè, & negatiuè. Et aduerte, q̄ ille locus dr̄ ab vsibus i numero plurali, eo quòd vnius vsitati posūt esse plures vsus, & non q̄ terminus inferens sit plura lis numeri. Exemplum, vt equus ordinatur ad ambulandum, & per ambulandum vias faciliter etiam ordinatur ad dominum liberandum in bello, vbi dictaret rō, esse fugiendū ex hostium manibus, tunc. n. interdum sine equo fugere non posset. Itē

E ad melius bellandum, & deuincẽdũ hoſtes, & ſicut iſti vſus ſunt boni ita vſitatum eſt bonũ in ordine ad iſtũ vſum, non autem in ordine ad aliũ vſum malum, vt aliqui vtuntur eqs ad vanam gloriam, vel ad rapiendũ bona aliorum, tunc enim ſicut vſus eſt malus, ita & equus in ordine ad illum vſum poteſt dici malus: ita qđ talis non eſt vſus per ſe vſitati, ſed p ſe eius vſus eſt ad equitandum ordinare, & illud in ſe eſt bonũ, licet ex volũtate equitãtis aliqñ ſit malum.

Art. 2. Accidens cõe dupl.

SECVNDO ſciendum, q̃ duplicia ſunt communiter accidentia, q̃dam ſunt, quæ ſolum aliquando, & non ſemper, nec vt plurimum ſe cõſequuntur, vt magnum eſſe, fortem eſſe, & in iſtis ſumitur locus ſophiſticus. Alia ſunt, quæ ſemper, & vt plurimum ſe conſequuntur, vt pœnitere, & peccare, & in iſtis ſumitur locus dialecticus. Et adhuc duplicia ſunt, quia quædam ſunt quæ ſe conſequuntur pro eodem tempore, vt interpoſitio terræ diametraliter inter ſolem & lunam eſt eclypſis lunæ, & in iſtis arguitur reſpectu eiuſdem copulæ. Alia ſunt, quæ ſe conſequuntur pro diuerſis temporibus, vt pœnitere, & peccare, & in iſtis nõ arguitur reſpectu eiuſdem copulæ. Vnde locus a communiter accidẽtibus eſt habitudo vnius communiter accidentium ad reliquum, & tenet affirmatiuè & negatiuè. Affirmatiuè, vt Petrum pœnitet, ergo peccauit: Negatiuè, vt Petrus non peccauit, ergo nõ pœnitet. Et aduerte, q̃ quãdo arguitur affirmatiuè, dẽt accipi poſterius pro termino inferente, vt illũ pœnitet, ergo peccauit, igitur ly, pœnitet, eſt poſterius, & tñ eſt terminus inferens, & quando arguitur negatiuè, debet accipi prius pro termino inferente, vt peccare eſt prius, q̃ pœnitere, ſic arguendo, ille non peccauit, ergo ille non pœnitet, & non dolet de peccato facto, quia non eſt poſſibile, q̃ pœniteat, ſi non peccauerit. Sicut non poteſt quis gaudere, ſe non cecidiſſe in peccatum carnis, ſi cecidit.

TERTIO ſciendũ, quòd multi loci ad iſtos locos reducuntur, vt dicunt aliqui logici. Dicunt enim, q̃ conſequentia, qua arguitur à tota copulatiua ad quãlibet eius partẽ ſeorſum, intelligitur per locum à toto ī quantitate, & ad ipſum reducitur. Et conſequentia, qua arguitur à parte diſiunctiuè ad totum diſiunctiuã reducitur ad locum à parte ſubiecti ad totum vniuerſale, ſed hoc nõ videtur eſſe verum. Primo, quia tales loci non ſunt cõſequentiæ formales: illę autem cõſequẽtiæ ſunt formales conſequentię. Item in talibus locis terminus inferens nunq̃ ponit in cõſequẽte, quod tñ fit in illis cõſequentijs, ſed conſequentia, quæ fit à toto collectiuo ad ſuã aũt, reducit, ſeu intelligitur per locum à toto integrali ad ſuam partem, & tenet eodem mõ, ſcilicet reſpectu illius verbi, eſt, ſecundi adiacẽtis, & reſpectu partis principalis, vt bñ ſequit, exercitus eſt: ergo hõ eſt, ſed non ſequit exercitus eſt: ergo equus eſt. Et ſiqs dicat de locis, qui fiunt ab añe ad cõſequens. Reſpondetur, quòd non diſtinguuntur ab alijs locis.

Art. 3. Sco. in 4. diſt. 14. q. 5. art. 5.

Obiectio.

ARGVI-

A ¶ Arguitur primo. Secare est finis securis: ergo sic arguendo, secare est bonum: ergo securis est bona: erit locus a causa finali ad suũ effectum. ¶ Secundo sic: Non sequit, Deum pœnituit: ergo Deus peccauit. ¶ Tertio sic: Plures sunt loci a cõcomitantibus substantiam, q̃ enumerati sunt; ergo illa diuisio non est bona.

Ad primum dicitur, q̃ secare põt considerari dupliciter. Vnomodo vt est in intentione agẽtis, & sic potest dici finis: Aliomodo vt est operatio actualis ipsius securis, & sic dr̃ vsus. Dico etiam, q̃ non habeo pro incõuenienti aliquam consequentiã formari fm diuersos locos. Ad fm dr̃,

Seo. in 4. dist. 14. q. 5. art. 3.

B q̃ pœnitere potest capi dupliciter. Vnomõ large, vt idẽ est q̃ displicentiã habere vel se habere per modum displicentiæ, & sic dicitur, Deum pœnituit. Aliomodo stricte, vt est habẽre displicentiam propter peccatum, & sic Deum non pœnituit. Ad tertium dicitur, quòd si sint alij loci, reducuntur ad illos, vel per illos intelliguntur.

¶ Sequitur de locis extrinsecis, quid autem sit locus extrinseeus, dictum est prius. Locorũ autem extrinsecorum, alius est ab oppositis, alius a maiori, alius a minori, alius a simili, alius a proportione, alius a trãssumptione, alius ab auctoritate. Item oppositorum quatuor sunt ſpecies, scilicet relatio, contrarietas, priuatio, & contradictio. Relatiuè oppositа sunt, quorum alterum sine altero non potest esse. ¶ Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuorum ad aliud. Et est cõstructiuus & destructiuus. Cõstructiuus sic, pater est: ergo filius est, & filius est, ergo pater est. Maxima posito vno relatiuorum, necessario ponitur & reliquum. Destructiuè sic, pater non est, ergo filius non est, & econuerso. Maxima. Remoto vno relatiuorum, remouetur & reliquum. ¶ Locus vero a relatiuè oppositis tenet solum destructiuè sic, Sortes est pater platonis, ergo non est filius eius. Contrarietas est contrariorum oppositio, vt albi & nigri. Contrariorum quædam sunt mediata, vt album & nigrum, inter quæ sunt medij colores. Quædam vero immediata, vt sanũ & egrum circa animal. ¶ Locus a contrarijs est habitudo vnius contrariorum ad reliquum, & tenet constructiuè & destructiuè. Constructiuè sic, hoc animal est sanum, ergo non est ægrum. Maxima, posito vno contrariorum, remouetur reliquum. Destructiue tenet tantum in contrarijs immediatis cum constantia subiecti, vt hoc animal non est sanum, ergo est egrum. Maxima. Remoto vno contrariorũ ponitur reliquum, subiecto manente, quæ autem sunt priuatiue opposita. dictum est prius.

C Locus à relatiuis.

Locus à relatiue oppositis.

D Locus à contrariè oppositis.

Sup. car. 77.

Loci extrinseci, q & quot.

Spẽs oppositiõis 41.

Sup. car. 57.

E Art. 1. PRIMO ſciendum, ꝙ cõſequẽter determinandum eſt de locis extrinſecis. Vnde locus extrinſecus ẽ, quando terminus inferẽs, & illatus idem important, nec vnum denotat eſſe in alio ſm aliquem modũ eſſendi in, & ſunt ſeptem, ſcilicet ab oppoſitis, a maiori, a minori, a ſimili, a proportione, a tranſumptione, & ab auctoritate. Vnde locus ab oppoſitis diuiditur ſecũdum, ꝙ ſunt quatuor oppoſita. ſ. relatiua, contraria, priuatiua, & contradictoria: inter quę primo dicendum eſt de loco a relatiuè oppoſitis. Vnde relatiua ſunt, quorũ totum eſſe eſt ad aliud. i. habent habitudinẽ ad aliud, vt pater & filius. Vnde locus a relatiuis, eſt habitudo vnius relatiui ad reliquum, & tenet affirmatiuè, & negatiuè reſpectu iſtius verbi, eſt, ſecundi adiacentis, F vel tertij adiacentis, & reſpectu alicuius traſcedentis, vt ſi pater eſt, filius eſt. ſi pater non eſt, filius nõ eſt. Maxima, poſito vno relatiuorũ poni tur & reliquum, vel deſtructo vno relatiuorum deſtruitur, & reliquũ, vn de pro loco a relatiuè oppoſitis poni tur talis regula, ſi vnum relatiuè oppoſitorum verè affirmetur de aliquo ſingulari, ſingulariter & vniuocè tẽto: tunc alterum debet vere negari Sco. in 1. d. 3. q. 7. ab eodem, vt Petrus eſt pater Platonis, ergo non eſt filius eius.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, ꝙ cõtraria ſunt duplicia. ſ. mediata, & immediata. Immediata ſunt, quorum neceſſe eſt alterum ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili, vt ſanum & ægrum reſpectu animalis. Sed mediata ſunt, quorum non eſt neceſſe alterũ ineſſe ſuo proprio ſuſceptibili, vt album & G nigrum. Vnde pro loco à contrarijs ponuntur aliquæ regulæ. Prima eſt, ꝙ ab affirmatione vnius contrariorum de aliquo ſubiecto ad negationem alterius de eodem ſubiecto valet conſequentia: dummodo addat iſta particula, ſin qualibet parte tẽporis præſentis, ſi ſit copula præſentis: ſi præteriti, præteriti, ſi futuri, futuri, vt ſortes in qualibet temporis prę ſentis parte eſt albus: ergo non eſt niger, & quòd debeat poni iſta particula, patet, quia non ſequitur, ſortes fuit albus; ergo non fuit niger: dato quod heri fuerit albus, & pridie fuit H niger. Secunda regula: à negatione vnius cõtrariorum immediatorum ab aliquo ſubiecto ad affirmationẽ alterius de eodem ſubiecto eſt bona conſequentia: ponendo conſtãtiam ſubiecti, vt bene ſequitur, ſortes eſt, & non eſt ſanus: ergo eſt æger. Notãter dicitur contrariorum immediatorum, quia in contrarijs mediatis non valet, vt nõ ſequitur, ſortes eſt, & non eſt niger: ergo eſt albus, & ſecundum illas regulas ſumitur locus à contrarijs tam mediatis, quam immediatis.

TERTIO ſciendum, ꝙ dubiũ Art. 3. eſt, an ſecundum illas regulas argua tur affirmatiuè vel negatiuè, ſic arguendo, ſortes eſt albus, ergo nõ eſt niger. Reſpondetur probabiliter, ꝙ magis videtur arguere negatiuè q̃ affirmatiuè, quia argumentationes videntur accipere denominationẽ a conſequente. Et aduertẽ, ꝙ locus a cõtrarijs poteſt fieri adhuc vno aliomodo, q̃ prius fuerit dictum, ponendo

A nendo plura contraria tam in antecedente, q̃ in consequente. Pro quo ponitur talis regula: si vnum extremum vnius contrarietatis sit verificabile de extremo alterius contrarietatis, & reliquum de reliquo, vt iustitia est virtus: ergo iniustitia est vitium, & tenet tribus conditionibus obseruatis. Prima est, ꝙ arguatur in prædicatis per se, ideo non sequitur album est dulce, ergo nigrũ est amarũ. Secunda, ꝙ ambo extrema vnius contrarietatis nõ contineantur sub vno extremo alterius cõtrarietatis, defectu cuius non sequitur: illiberalitas est vitium. ergo prodigalitas est virtus. Tertia, ꝙ vbiq; sit idẽ genus oppositionis, s. extremi ad extremũ,
B medij ad medium: defectu cuius nõ sequitur: illiberalitas est defectus. ergo liberalitas est superabundantia. Et alij addunt aliam conditionẽ, puta ꝙ ponatur constãtia subiecti, sed hoc non est necesse, cum arguitur in prædicatis per se.

ARGVITVR primo: Secundũ ista relatiua, pater & filius sumitur locus a relatiuis: ergo non sumit̃ locus a relatiue oppositis. ¶ Secundo sic: Non sequit: omnis hõ est viuus, ergo nullus homo est mortuus, & tamen arguitur ab affirmatione vnius cõtrarij ad negationem alterius igitur. ¶ Tertio sic: Non sequitur, hæc oratio, homo albus, non est negatiua, ergo est affirmatiua: cum antecedens sit verũ, & consequẽs falsum. Ad primum dicitur, ꝙ relatiua possunt capi dupliciter. Vno modo secũdum conuenientiam, quam habent adinuicem, & sic non sumitur locus à relatiuis. Aliomodo pro repugnantia, quam habent de eodem respectu eiusdem, & sic sumitur locus à relatiuè oppositis. Nam relatiuè opposita sunt, quæ non possunt verificari de eodem respectu eiusdem. Ad secundum dicitur, ꝙ indebitè arguitur, quia arguitur a minus amplo ad magis amplum. Ad tertium dicitur, ꝙ non benè arguitur, quia nõ arguitur respectu proprij susceptibilis, qa talis oratio, homo albus, non est nata esse affirmatiua nec negatiua. C

Quæ autem sunt priuatiuè opposita, dictum est prius. ¶ *Locus à priuatiuè oppositis est habitudo priuationis ad habitum, vel habitus ad priuationem, & tenet constructiuè, vt iste est videns.* D *ergo non est cęcus, vel est cęcus, ergo non est videns. Maxima, posito uno priuatiuè oppositorum circa aliquod subiectum, ab eodem remouetur reliquum. Destructiuè non tenet, nisi cum constantia subiecti, & cum tempore determinato a natura, catulus enim non dicitur videns, neq; cecus ante nouũ diem. Et puer non dicitur edentulus ante tempus determinatum a natura.* ¶ *Contradictio est oppositio, cuius secundũ se non est dare medium.* ¶ *Locus a contradictoriè oppositis est habitudo vnius contradictoriè oppositorum ad reliquum, vt sortẽ sedere, est verum, ergo sortem nõ sedere, est falsum. Max ma, si vnum*

Locus à priuatiuè oppositis.

Locus à cõtradictoriè oppositis.

E *vnum contradictoriorum est verum, reliquum erit falsum.*

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ pro loco a priuatiuè oppositis ponunt aliquæ regulæ. Prima est: ab affirmatione vnius priuatiuè oppositorum de aliquo subiecto ad negationē alterius de eodē subiecto hoc addito in qualibet parte temporis, valet consequētia, vt sortes in qualibet parte temporis præsentis est videns. ergo sortes, non est cæcus in qualibet parte temporis p̃ntis, & similiter fiat ꝛ alijs copulis. Est tñ aduertēdum ꝙ si argua mus p̃ istum locum, & p̃ locum a cō trarijs ex propositionibus modalibus: debemus cauere, ne modus negetur ideo non sequitur sortes possi biliter est videns: ergo sortes nō pos F sibiliter est cęcus, sed sic, ergo sortes possibiliter non est cecus. Secūda regula: negōne vnius priuatiuè oppositorū ad affirmationē alterius, posita constantia subiecti susceptibilis, & tempore determinato a natura, valet consequentia, vt bene sequit, sortes non est videns, & natus est videre, & habet tempus determinatum: ergo est cæcus, & hoc maxime in numero singulari, quia in numero plurali non sequitur: non. n. sequit, isti non sunt vidētes, & nati sunt videre, & habent tempus determinatū: ergo sunt cæci, quia antecedēs pōt esse verum sine consequente posito ꝙ vnus sit cęcus, & alius videns.

Art. 2. Sco. li. 1. d. 28. q. 2. in fol. argum. 1. SECVNDO sciendū, ꝙ pro loco a contradictorijs ponuntur aliquæ regulę. Prima quòd a negatione vnius contradictoriorum de aliquo subiecto ad affirmationem alterius est bona consequentia. vt sortes non est non homo: ergo sortes est homo. Et siquis dicat, non sequitur chimera non est homo: ergo chimera est non homo, quia antecedens est verum, & consequens falsum; cum subiectum consequentis pro nullo supponat in propositione affirmatiua: etiā arguitur a propositione habēte plures causas veritatis ad propositionem habentem tantum vnā cām veritatis: ideo non bene arguitur. Pro omnibus istis dicitur, quod propositio affirmatiua de prædicato infinito eodem modo dicitur vera, sicut propositio negatiua de prædicato finito & habet tot causas veritatis: ideo ab vna ad aliam etiam valet consequentiam. Cauendum est tñ, H quòd quando arguitur ab affirmatiua ad negatiuam, ꝙ arguatur in propositionibus de inesse, & ꝙ totū prædicatum infinitetur, & quòd copulæ in antecedente addatur ista particula, in qualibet parte temporis præsentis, præteriti vel futuri, & hoc secundum exigentiam copulę.

Sco in 1 d. 2. q. 1 in fol. argum. 3.

Regula.

Art. 3. TERTIO sciendum, quòd quā do arguitur a negatiua ad affirmatiuam, subiecto manente eodem, & p̃dicato variato pones finitum, & infinitum, valet consequentia: dummodo totale prædicatum infinitetur, & quòd subiectum, vel prędicatum antecedentis non, supponat cō fuse tantum, vt bene sequitur, omnis homo non est iustus: ergo omnis homo est non iustus. Dicitur notan ter, dummodo totale prędicatum infinitetur, ideo non sequitur, homo

Sco. lib. 1. di. 4. q. 1. & in dist. 28. q. 2. in fol. ar. 1.

A mo non est lignum album. ergo hō est lignum non album. Dicitur dum modo nō ponatur aliquis terminus supponens confuse tantum, ideo nō sequitur: cuiuslibet hominis asinus non est asinus: ergo cuiuslibet hominis asinus est non asinus: cum antecedens sit verū, & consequens falsum, & ꝙ antecedens sit verum patet, qa ista est vera, cuiuslibet hominis ois asinus asinus non est: ergo illa cuiuslibet hois asinus nō est asinus, cū sint eiusdē qualitatis, ex cōsimilibus terminis, eodem modo supponētibus.

Sc. in 3.d. 3.q.1. qua si in fine ante sol. de aptione ianuę.

¶ Argvitvr primo sic: Nō sequitur: anima intellectiua sortis mouet: ergo anima intellectiua sortis non quiescit, & tamē arguitur p locum a priuatiuè oppositis: igit. Antecedēs probatur, quia posito ꝙ manus sortis moueat, & pes eius quiescat, tunc antecedens est verū, & consequens falsum. ¶ Secundo sic: Non sequitur isti duo non sunt videntes, demonstrando cęcum, & videntem: ergo isti duo sunt cęci, & tamen arguitur per locum a priuatiuè oppositis: igitur. ¶ Tertio sic. Nō sequitur. a homo non est homo: ergo a hō est non homo: cum antecedens sit verū, & consequens falsum, & tamen arguitur per locum a contradictorijs: igitur. Ad primum dī, ꝙ non sequitur, anima sortis quiescit in pede: ergo anima sortis quiescit; bene tamē sequitur secundum Sc. quiescit hic: ergo quiescit: mouetur hic, ergo mouetur: non tamen sequitur, quiescit: ergo non mouetur, sed est ignorantia elenchi. vnde ponitur a Sco. talis regula, quòd prædicata affirmatiua

In 2. d.2. q.7. in solut. 4. ar.

B

simpliciter sumpta, sequuntur ex se ipsis cum determinatione non diminuente. Ad secundum dicitur, ꝙ talis locus non tenet in numero plurali, vt visum est in textu. Ad tertiū dicitur, ꝙ non bene arguitur, cū subiectum supponat confuse tantum: modo dictum est, ꝙ cauēdum est, quòd quando arguitur a negatiua ad affirmatiuam, variato prædicato pœnes finitum & infinitum, ne subiectum supponat confuse tantum.

C

¶ Sunt autem alia opposita, quæ dicuntur disparata, quæ non sunt opposita secundum aliquod genus prædictæ oppositionis, sed sunt diuersa, vt homo, & asinus, & a talibus sumitur sic argumentum, sortes est homo, ergo non est asinus. Maxima, de quocunque dicitur vnum disparatorum abstractiue, ab illo eodem remouetur & reliquum. Dicitur notanter, abstractiue, quia si concretiue sumerentur, tunc non sequeretur, quia non sequitur, hoc est album, ergo non est quantū. sed bene sequitur, hoc est albedo, ergo non est quantitas. ¶ Maius, vt hic sumitur, est quod supraponitur alicui in potētia & virtute. Minus est, quod ei supponitur. ¶ Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad minus, & est semper destructiuus, vt rex non potest expugnare castrū, ergo nec miles. Maxima, si id, quod magis videt ineſſe, nō ineſt,

D

Disparata opposita.

Locus a maiori.

E *ineſt, nec id, quod minus videtur*
Locus à minori. *ineſſe, inerit.* ¶ *Locus a minori eſt habitudo minoris ad maius, & eſt ſemper conſtructiuus, vt miles poteſt expugnare caſtrum, ergo & rex. Maxima: ſi id, qđ minus videtur ineſſe, ineſt, & id quod magis uidetur ineſſe, inerit.*

Locus à ſimili. ¶ *Similitudo eſt rerum differentium eadem qualitas. Locus a ſimili eſt habitudo vnius ſimiliũ ad reliquum, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic, ſicut riſibile ineſt homini, ita hinnibile ineſt equo, ſed riſibile ineſt homini vt proprium, ergo hinnibile ineſt equo vt proprium.*

F *Maxima, de ſimilibus idem eſt iudicium. Deſtructiue ſic, ſicut riſibile ineſt homini, ita hinnibile ineſt equo, ſed riſibile non ineſt homini vt genus, ergo nec hinnibile ineſt equo vt genus. Maxima, de ſimilibus idem eſt iudicium.*

Art. 1. PRIMO ſciẽdum, ꝙ diſperata, que intelliguntur per oppoſita, ſic diffiniuntur. ſunt quæ non poſſunt verificari de ſeinuicem, vt homo, & aſinus. Vnde pro loco à diſperatis ponitur talis regula. Ab affirmatione vnius diſperatorum de aliquo ſubiecto ad negationẽ alterius, eſt bona conſequentia, vt bene ſequitur, ſortes eſt homo: ergo ſortes non eſt aſinus, & debet intelligi iſta regula in abſtractis, & concretis prædicamẽti ſubſtantiæ, quia in concreto accidentiũ non oportet, ꝙ valeat, vt non ſequitur: lac eſt album, ergo non eſt G dulce, cum antecedens poſſet eſſe verum ſiue conſequentẽ, ſed bene ſequitur in abſtractis, vt albedo eſt dulcedo, ergo non eſt nigredo. Ex quo ſequitur, ꝙ faciendo iſtum locum a diſperatis, oportet ponere diſperata a parte prædicati, & non a parte ſubiecti, ideo nõ ſequitur, albedo eſt qualitas, ergo nigredo non eſt qualitas, & hoc quando prædicatum non ſingularizatur, quia tunc bene ſequeretur, vt albedo eſt hæc qualitas: ergo dulcedo non eſt hæc qualitas.

Art. 2. Maius capitur dupliciter. SECVNDO ſciẽdum, ꝙ maius capitur dupliciter. Vnomodo ꝑ fortiori, & minus ꝑ debiliori, & ſic non capiũtur hic. Aliomõ capitur maius pro illo, quod habet maiorem apparentiam ineſſendi alicui ſubiecto, & H minus pro illo, ꝙ habet minorẽ apparentiam ineſſendi ſubiecto, vt debellare caſtrum habet maiorem apparentiam eſſendi, quam debellare ciuitatem, ceteris paribus, & debellare prouinciam habet minorem apparentiam eſſendi, quam debellare caſtrum. Vnde locus a maiori tenet deſtructiuè tripliciter. Primo mõ comparando vnum prædicatum duobus ſubiectis, vt rex non poteſt debellare caſtrum, ergo neq; miles. Secũdo modo comparando duo prædicata vni ſubiecto, vt rex non poteſt debellare caſtrum, ergo neq; prouinciam. Tertio comparando plura prędicata pluribus ſubiectis, vt rex non poteſt debellare caſtrum, ergo miles non poteſt debellare totam prouinciam. Sed locus, a minori tenet affirmatiuè tripliciter. Vnomodo comparando

do

A do vnum prædicatum ad duo subiecta, vt miles potest debellare castrũ: ergo & rex. Secundo cõparando duo prędicata vni subiecto, vt rex pót debellare ciuitatem: ergo & castrũ. Tertio comparãdo plura prædicata pluribus subiectis, vt miles potest debellare prouinciam: ergo rex potest debellare castrum, & maximè omniũ istorum satis patent in textu.

Art. 3. Sco. q. 6. quotl. & 1. d. 6. q. 10. in 3. rõne contra Thomam.

TERTIO sciẽdum, ꝙ similitudo potest capi dupliciter. Vnomodo pro conuenientia alicuius rei cũ alia re in qualitate, & sic dicitur, ꝙ similitudo est rerum differẽtium eadem qualitas. Aliomodo capitur pro tota apparentia verificationis alicuius prædicati de aliquo subiecto, & sic capitur hic similitudo. Vnde locus a simili tenet affirmatiuè, & negatiuè,

B & hoc tripliciter. Primo modo cõparando vnum prędicatũ pluribus subiectis, vt bene sequitur, sicut sorti inest risibile, ita Platoni inest risibile, sed sorti inest vt proprium: ergo Platoni inest vt propriũ. Secundo cõparãdo duo prędicata vni subiecto, vt sicut homini inest risibile: ita & flebile, sed risibile in est homini vt proprium: ergo & flebile. Tertio cõparando duo prædicata duobus subiectis, vt sicut risibile inest homini. ita hinnibile inest equo, sed risibile inest homini vt proprium: ergo hinnibile inest equo vt propriũ, & tot modis tenet negatiuè: cuius exẽpla satis patent per alia, sed maxima omni istorum est ista, de similibus simile est iudicium.

¶ ARGVITVR primo sic. Nõ sequitur sortes est homo: ergo sortes non est sciens, & tamen arguitur ꝑ locum a disperatis: igitur. ¶ Secundo sic arguitur: Nõ sequitur. rex nõ potest portare pondus centum librarum: ergo neq; miles, & tamẽ arguit̃ per locum a maiori igitur. ¶ Tertio sic: Sicut se habet negatiua ad negatiuam: ita affirmatiua ad affirmatiuã. Sed vniuersalis negatiua infert vlem negatiuam in conuersione simplici, ergo vniuersalis affirmatiua infert vniuersalem affirmatiuam in cõuersione simplici, & tamen arguitur per locum a simili, igitur. Ad primum dicitur ꝙ non bene arguitur ꝑ concretum accidentis.

C

Ad secũdum dicitur, ꝙ magis arguitur per locum a minori, quàm a maiori, ideo non bene sequitur. Ad tertium dicitur, ꝙ non bene arguit̃, quia non arguitur ea parte, qua sunt similia, sed ea parte, qua sunt dissimilia, quod summe caueri debet.

D

Art. 3. Maius dicitur de plicite.

Proportio quid, & locus ab ea sumptus.

¶ *Proportio est rerum differẽtium eadem habitudo. Locus a proportione est habitudo vnius proportionabilium ad reliquum, vt sicut se habet rector nauis ad nauem, ita se habet rector scolarium ad scholas, sed in naui regẽda eligendus est rector nõ sorte, sed arte, ergo in scholis regendis eligendus est rector nõ sorte, sed arte. Maxima, de proportionalibus idem est iudicium. Differt autem iste locus a loco a simili, quia in loco a simili sumitur cõparatio secundum similitudine inherentiæ; vt sicut risibile inest,*

homini

E nomen ita hinnibile in est equo. In loco autem a proportione non attenditur similitudo inhærentiæ, sed comparatio habitudinis, vt sicut se habet rector nauis ad nauem, ita se habet rector schola rium ad scholas. ¶ Transsumptio est duplex, quædã. n. est, quando dictio vel oratio vnum significans transsumitur ad significãdum aliud propter similitudinẽ aliquam, in eis repertam, vt hæc dictio, ridere, transsumitur ad significandum florere, cum dr prati ridet. ¶ Similiter oratio trãssumitur cũ dicitur littus aratur .i. opera perditur, sicut solet dici, cũ quis in vanũ laborat, & hæc transsumptio pertinet ad sophisticum. ¶ Alia est, quando nomen magis notum sumitur pro nomine minus noto, vt si debeat probari, q philosophus non inuidet, & fiat transsumptio ad hoc nomen sapiens, & ista transsumptio pertinet ad dialecticũ. ¶ Locus a transsumptione est habitudo transsumptionis ad transsumptum, vt sapiens non inuidet, ergo philosophus non inuidet. Maxima, quicquid alicui conuenit sub nomine magis noto, eidem conuenit sub nomine minus noto. Differt autem iste locus a loco a nominis interpretatione, quia in loco à nominis interpretatione accipitur diffinitio, siue expositio nominis, vt si exponatur hoc nomen, philosophus, per G hoc quod est amator sapientiæ. In loco autem a transsumptione non accipitur expositio, siue descriptio nominis, sed pro vno nomine minus noto accipit aliud nomen magis notum, per quod faciliter potest probari propositũ. ¶ Auctoritas vt hic sumitur est iudicium sapientis in sua scientia, vnde iste locus solet denominari à rei iudicio. ¶ Locus ab auctoritate est habitudo auctoritatis ad illud, quod per eam probatur, & tenet constructiue solũ, vt astronomus dicit, cœlum esse volubile, ergo cœlum est volubile. Maxima, vnicuique experto in sua scientia credendum est. H

Trãsumptio qd.

Locus à transsumptione.

Locus ab auctoritate.

PRIMO sciendum, quæ differẽtia est inter proportionem, & proportionabilitatem, quia proportio est habitudo vnius quantitatis ad aliã, existentis eiusdem generis, vt habitudo vnius ad duo. Et dicitur notanter, existentis eiusdem generis, q a quantitates diuersorum generũ non proportionantur adinuicem, vt linea, & numerus. Sed proportionabilitas est habitudo, vel similitudo vnius proportionis ad aliam, q̃ vocatur ab aliquibus proportio proportionis, vt naturæ ad nauẽ est proportio, & doctoris ad scholas regendas, sed habitudo, vel similitudo illarũ proportionum vocatur proportionabilitas. Ex quo sequitur, quòd iste locus propriè debet dici à proportionabilitate, & tenet affirmatiuè, & nega-

Art. 1.

Scot. 1 quod. 5. & in 1. d. 6. q. 1.

Art 2.

Vide Sco. lib. 1. d. 36. in fol. arg.

A negatiuè, dummodo arguatur quò ad illa, in quibus est similitudo, & proportio, vt sicut se habet nauta ad nauem regẽdam: ita doctor ad scholas regendas, sed ad nauem regendam debet eligi natura expertus in arte: ergo ad scholas regendas debet eligi doctor expertus in arte. Et dicitur notanter, dummodo arguatur quò ad illa, in quibus est proportio, quia aliter non sequeretur, vt non sequitur, sicut se habet nauta ad nauẽ regendam, ita doctor ad scholas regendas, sed nauta ad nauem regendam indiget remis. ergo doctor ad scholas regendas indiget remis, & similiter posset argui negatiuè. Et aduertè, quòd iste locus se habet ad

B locum a simili, sicut inferius ad suũ superius, sic quòd omnis locus à proportione est locus à simili, sed non econtra.

Art 2. SECVNDO sciendum, quòd p locum supradictum intelligitur alius locus, qui vocatur locus à transmutata proportionè, qui fit à comparatione primi ad tertium, & secundi ad quartum propter comparatione primi ad secundum & tertij ad quartum in proportionabilitate, vt sicut se habet vnum ad duo, ita quatuor ad octo, quia vtrobique est proportio dupla, ergo transmutando proportionem, sicut se habet vnum ad quatuor, ita duo ad octo, quia vtrobique est proportio quadrupla. ¶ Et aduertè, quòd iste locus propriè tenet in proportionibus quantitatis tam numerorum, quam magnitudinum. Etiam videtur secundum aliquos, quòd teneat in proportionabilibus C oppositionum vel proportionum, & de hoc magis videbitur in logica. sed in alijs modis non tenet, vt non sequitur, sicut se habet corpus ad hoc corpus, ita locus ad hunc locum, ergo transmutando proportionem, sicut se habet corpus ad locum: ita hoc corpus ad hunc locum, sed corpus non potest esse sine loco: ergo hoc corpus non potest esse sine hoc loco.

Sco. in 4. d. 43. q. 3.

Vide 3 pe rih. in fine.

TERTIO sciendum, quòd Art. 3. transumptio potest capi dupliciter. Vnomodo vt est acceptio nominis, vel orationis, habentis significatum principale, p significato minus principali propter aliquam similitudinem, inter illa reperta, vt si florere acciperetur pro ridere, & sic non est hic ad propositum. Aliomodo capitur vt est acceptio nominis magis noti pro nomine minus noto, ipsis D supponentibus pro eodem, vt capiendo ly, sapiens, loco huius nominis philosophus, & sic sumitur hic. Vnde locus à transumptione est habitudo nominis magis noti ad nomen minus notum, & tenet affirmatiuè & negatiuè eodem modo, sicut locus ab interpretatione, vt sapiens currit, ergo philosophus currit. negatiuè, vt sapiens non currit, ergo philosophus non currit. Maxima, quicquid dicitur de nomine magis noto, etiam de nomine minus noto; etiam quicquid remouetur à nomine magis noto, & à nomine minus noto. ¶ Et aduertè, quòd iste locus non est extrinsecus, cum terminus inferens, & terminus illatus

suppo-

E supponant pro eodem. Sed pro loco ab auctoritate est aduertendum, ꝙ auctoritas nō est aliud, q̄ iudiciū sapientis experti in aliqua scientia, & de pertinentibus ad suam scientiā, & tenet tm̄ affirmatiue. Exemplum, vt Aristot. dicit esse decem prædicamenta, ergo decem sunt prędicamēta. Maxima: cuicunq; experto in sua scientia credendum est, & ad istū locū reducitur locus à cōmuni fama, vt communis fama dicit hoc, ergo sic est. Et aduerte vltra, ꝙ iste locus non est propriè efficax, nisi auctoritas sit ab illo, qui non potest mentiri, sicut Deus.

¶ Argvitvr primò sic: Nō sequitur: sicut se habet illa propositio nullus homo est animal: ad istā, nullum animal est homo. sic se ha-
F bet illa, aliquod animal non est hō: ad istam, aliquis homo non est animal, sed prima infert secundam per conuersionem: ergo tertia infert quartā per conuersionem. ¶ Secundò sic: Locus à transumptione est locus intrinsecus, cum terminus inferens, & terminus illatus supponāt pro eodem. ergo male dicitur, ꝙ est locus intrinsecus. ¶ Tertio sic: Quælibet creatura potest dicere falsum; ergo pōt mētiri, & deficere in auctoritatibus, & per consequens locus ab auctoritate non tenet ab auctoritate, dicta a creatura. Ad primum dicitur, ꝙ ibi non arguitur ea parte, qua tales propositiones habent proportionem adinuicē, sed ea parte, qua non conueniūt: etiam locus à proportione solum tenet in proportione quantitatiua scilicet magnitudinis, & numerorum, & non in proportione propositionū, G saltē in conuertendo vel opponēdo.

Ad secundum dicitur, ꝙ locus à transsumptione est locus intrinsecus, & intelligitur per locum ab interpretatione, & de ipso male determinauit Petrus Hispanus, ponendo ipsos inter locos extrinsecos. Ad tertium dicitur, ꝙ argumenta, q̄ fiunt ab auctoritate creaturę, nō sunt multum efficacia virtute illius auctoritatis sunt tamen aliqualiter probatiua, quod sufficit.

Se, vbi si. prā.

Error Pet. Hispani.

¶ *Quid aūt sit locus medius, dictum est prius. Locorum mediorum alius a coniugatis, alius a casibus, et alius a diuisione.* ¶ *Cō iugata, & casus differunt: sic ga vniuocū sine principale, siue abstractū, quod idē est, dr̄ cōiugatū cum suo denominatiuo, vt iustitia & iustum, albedo & album.* ¶ *Casus autem dicuntur ea, quę cadunt a principali, vt iustum, & iustè a iustitia. Et differentiam hanc assignat Aristo. in secūdo topicorum.* ¶ *Locus a cōiugatis, est habitudo vnius coniugatorū ad reliquū, vt iustitia est bona: ergo iustum est bonum. Maxima, quicquid conuenit vni coniugatorum, conuenit & reliquo: & si vnum coniugatorum inest, inest & reliquum.* ¶ *Locus a casibus est habitudo vnius casuū ad reliquum, vt iustum est bonū, ergo quod iustè fit, benè fit. Maxima, quod vnica sui conuenit,*

Loci medij quot sunt. H

Casus à dicatur.

Locus à coniugatis.

Locus à casibus.

con-

conuenit & reliquo, & ecõuerso,
A *sumitur argumentum à casibus & à coniugatis.*

Art. 1. PRIMO scie dum, q̃ consequenter determinandum est de locis medijs, qui sunt tres, s. à coniugatis, à casibus, & à diuisione. Vnde cõiugata, sunt concretũ, & eius abstractũ, vt albedo & album. Et dicuntur coniugata, quia de per se significato idem important, aliter tñ & aliter, quia cõcretũ importat formam sub actuali inhærentia ad subiectũ, sed abstractum sic non importat formã si quidem absolutum denotat, quia concretũ & abstractum idem significant, differunt tñ in modo significandi. Vnde locus à coniugatis est habitudo vnius coniugatorum ad
B reliquum, & tenet tã constructiuè, q̃ destructiuè virtute illius regulæ. Si abstractũ enũcietur de abstracto, ita concretum de concreto, & econtra, & hoc in prædicationibus essentialibus, quia non sequitur, albũ est dulce, ergo albedo est dulcedo. Et aduerte, q̃ iste locus nunquam debet fieri respectu vnius prædicati, sed respectu plurium, ideo non sequitur, album est coloratum, ergo albedo est colorata: Et si quis dicat cõtra, quia bene sequitur, iustum est bonum, ergo iustitia est bona, & tñ arguitur respectu vnius prædicati. Dicitur, q̃ bona accipitur loco abstracti, s. bonitatis. Et aduerte etiam, q̃ debet intelligi, dummodo non sit factum miraculum circa formam abstracti, & quod sit sufficiens denominare subiectum, quia tunc non oportet illum locum valere, quia concretum importat formam sub actuali inhæren
C tia ad subiectum, ideo concretum nũquam debet poni, nisi forma per ipsum importata actualiter inhæreat subiecto.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̃ quãdo arguitur per istum locum affirmatiuè cauendum est, q̃ non arguatur in vltimate abstractis, ideo non sequitur, homo est animal, ergo humanitas est animalitas. Vnde vltimate abstractum est, quod abstrahit à supposito proprio, vt humanitas, & animalitas, & sic de alijs, & illa vltimate abstracta, nunq̃ possunt de aliquo verificari, nisi fortè de seipsis. Cauendum est etiam, q̃ qñ arguitur negatiuè per illum locũ, puta à negatione abstracti de abstracto,
D q̃ arguatur in abstractis per se, ideo non sequitur, albedo non est dulcedo, ergo albũ non est dulce. Sed qñ arguitur à negatione cõcreti de concreto, ad negationem abstracti de abstracto, tenet in oibus concretis, siue talia cõcreta sint per se, siue nõ, vt bene sequitur, album non est dulce, ergo albedo non est dulcedo.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ casus dicuntur nomen adiectiuum & suũ aduerbium, vt iustum & iustæ, & dicuntur casus, quia ambo cadunt ab abstracto. Vnde locus à casibus est habitudo vnius casus ad reliquum. & tenet affirmatiuè & negatiuè. Affirmatiuè, vt iustum est bonum, ergo quod iustæ fit, bene fit, & solum tenet in prædicationibus essentialibus, ideo non sequitur, album est dulce, ergo quod albe fit, dulciter fit.

E Negatiue, vt iustũ nõ est vitiosũ, ergo qd iuitę fit, nõ vitiosè fit: Et aduerte, ꝙ qñ fit negatiuè, debet fieri inter illa, quæ nunq̃ de se inuicè verificari possunt, & dr̃ ille locus a casibus in numero plurali, quia in antecedẽte ponuntur plures casus.

¶ Argvitvr primo sic: Non sequitur, albũ est coloratũ, ergo albedo est colorata, & tñ arguitur per locũ a coniugatis, igitur. ¶ Secũdo sic: Non sequitur, albedo est color: ergo album est coloratũ, posito ꝙ albedo sit separata a subiecto, quia tunc antecedẽs est verũ, & cõsequẽs falsum. ¶ Tertio sic: Non sequitur, iustus est liberalis: ergo quod iuste fit, liberaliter fit: quia pater potest extrahere pecunias iustè à filio, & tamen hoc non
F fit liberaliter. Ad primũ dr̃ ꝙ non bene arguitur, quia arguitur respectu vnius prędicati, & tñ deberet argui respectu diuersorũ. Ad secundũ dr̃, ꝙ talis locus intelligit, dũmodo circa formã abstracti non fit factũ miraculũ, & ꝙ ipsa sit sufficiens denominare subiectum, ideo qñ arguitur in antecedente, debẽt propriè addi tales conditiones. Ad tertium dicitur, ꝙ non bene arguitur per locum à casibus, quia talis locus solum tenet in concretis, & aduerbijs per se.

Diuisio mul tipl. ¶ *Diuisionũ alia sit per negationẽ: vt sortes est homo, aut non homo, sed nõ est non homo, ergo est hõ. Maxima si aliqua duo cõdiuidãt aliquod tertiũ, posito vno, remouetur aliquũ.* ¶ *Alia aũt fit non ꝑ negationẽ, & hæc fit sex modis, tribus ꝑ se, & tribus per accidẽs.* ¶ *Prima diuisio per se est generis in spẽs, vt animaliũ aliud homo, aliud brutũ.* ¶ *Secũda est totius integralis in suas partes, vt domus alia pars est paries, alia tectũ, alia fundamentũ.* ¶ *Tertia vero est vocis in significata, vt canis alius latrabilis alius piscis marinus, alius cęleste.* ¶ *Diuisionũ vero ꝑ accidẽs, prima est subiecti in accidẽtia, vt animaliũ aliud sanũ, aliud ægrũ.* ¶ *Secũda diuisio est accidẽtis in subiecta, vt sanorũ aliud brutũ, aliud homo.* ¶ *Tertia est accñtis in accña vt sanorũ aliud calidum, aliud frigidũ, locus a diuisione est habitudo vnius condiuidẽtium ad reliquum, vt si sortes est aĩal, aut est animal rationale, aut irrationale, sed non est irrationale: ergo rationale. Maxima, posito vno mẽbrorum diuidẽtium in aliquo subiecto, remouet reliquũ: & similiter in qualibet alia diuisione.*

G

H

Primo sciendum, quòd diuisio potest capi dupliciter. Vno modo pro reali separatione partis à parte, quemadmodum lignum diuiditur, & sic propriè non capitur hic. Alio modo accipitur pro acceptione aliquorum, quæ adequate & à posteriori manifestant aliud, quo ad eius potestatem, seu communitatẽ, & sic capit hic. Et est duplex, q̃dã est quę dat per negationem, vt animaliũ aliud homo, aliud nõ homo, & illa est semper bimembris, & datur per immediata. Alia est diuisio, quæ datur per affir-

Art. 1.

Diuisio duplicem capitur.

A affirmationem, vt animaliumaliud homo,aliud brutum, & illam non oportet esse bimembrem semper, nec dari per oppositā,nec per immediata.Et diuiditur in diuisionē per se,& per accidens.Per se est triplex: ¶Quædam est generis in suas species,vt animalium aliud homo, aliud brutum, & ad istam reducitur diuisio generis in suas differentias, & diuisio speciei in idiuidua. ¶Alia est totius integralis in suas partes: vt domus diuiditur in parietem, tectum &c.Et ad istam reducitur diuisio totius, essentialis in suas partes,vt homo diuiditur per corpus & animam. ¶Alia est diuisio vocis in sua significata,vt canum alius latrabilis,alius piscis marinus, alius sydus cœleste, & illa dicitur diuisio

B æquiuoci in sua æquiuocata. ¶Sed diuisio per accidens est triplex,scilicet subiecti in sua accidentia, vt animalium aliud album, aliud nigrū. ¶Alia est diuisio accidentis in subiecta,vt alborū aliud bos,aliud equus. ¶Alia est diuisio accidentis in accidentia,vt alborū aliud dulce, aliud amarum.

Art.2. SECVNDO sciendum, quòd locus à diuisione est habitudo vnius diuidentium ad reliquum, & tenet constructiuè & destructiuè. Pro cuius declaratione ponuntur:aliquę re

Regulæ. gulæ. Prima, ab affirmatione diuisi de aliquo subiecto cum negatione alterius membri de eodem subiecto vel omnium,dempto vno, ad affirmationē alterius est bona cōsequentia, vt sortes est animal,& non est irrat.onalis,ergo est rōnalis.Et dr no-

C tāter,vel omniū dempto vno, ęa qñ diuisum habet plura mēbra, q̄ duo, tunc nō sequitur ab affirmatione diuisi & negatione vnius membri ad affirmationē alterius, vt non sequit, sol est causa caloris, & nō est cā formalis,ergo est causa materialis. Maxima:si diuisum affirmetur de aliquo subiecto, & vnum vel omnia, dempto vno, negentur de eodem, tunc aliud affirmatur de eodem.

TERTIO sciendū, q̄ secunda re Art.3. gula est ista, ab affirmatione alicuius membri de eodē subiecto, ad negationem alterius membri, vel aliquorum membrorum, est bona consequentia, dummodo mēbra diuidētia non coincidant adinuicē, vt sortes est,& est rationalis. ergo non est irrationalis.Et dr notanter, dummodo membra diuidentia non coinci-D dant, quia tunc non sequeretur, vt non sequitur,fœlicitas humana, est bōna, & est delectabilis. ergo nō est honesta, nam illa mēbra, honestū, & delectabile, quæ diuidunt bonū, possunt coincidere adinuicem.

¶ARGVITVR primo sic: Ens nō diuiditur per non ens, ergo nulla diuisio datur per negationē, quia in tali alterum extremum est non ens, cū sit extremum contradictionis. ¶Secundo sic. Nulla consequentia formalis tenet per aliquē locum dialecticū, sed illa est formalis, omne animal est rationale,vel irrationale,sed sortes est animal, & non est irrationalis, ergo est rationalis.

¶Tertiò sic; Non sequitur, sortes est coloratus, & non est niger, ergo est albus. Ad primum dicitur, q̄

E talis negatio, quæ est alterum membrum, dicitur negatio præsupponēs affirmationem, vt cum dicitur, animalium aliud homo, aliud non hō, sensus est, animaliū aliud animal, quod est homo, aliud animal, quod est non homo. Ad secundum respondetur, quòd locus à diuisione est locus à dialecticus, & dico quòd illa consequentia est formalis & non fundata in loco à diuisione, sed in illa regula à tota disiunctiua cū negatione vnius partis ad positionē alterius, est bona cōsequentia. Ad tertiū dicitur, ꝙ illa diuisio non est bona, quia oportet negare oīa mē bra dempto vno, si diuisum habeat plura membra diuidentia. G

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Sextus.

F *Aristotelis Libellum de sophisticis redargutionibus breuiter perstringens.* H

Syllogismorū numerus, & definitio,

SYllogismorum alius est demōstratiuus, alius dialecticus, alius sophisticus, siue litigiosus. ¶ Syllogismus demōstratiuus est, qui ex primis, veris, & immediatis est syllogizatus, aut ex talibus, per quæ aliqua prima & vera principium sue cognitionis sumserunt. ¶ Dialecticus ex probabilibus est syllogizatus. ¶ Sophisticus (vt diffinitur ab Arist. in elē chis) est, qui apparet esse syllogismus, & nō est, aut qui est syllogismus: sed non est conueniens rei.

Lib. 1. Cap. 1.

Art. 1.

PRIMO sciēdū, ꝙ postq̄ determinatū est de syllogismo dialectico, & locis dialecticis, hic cōsequēter ī isto sexto tractatu determinādū est de syllogismo sophistico, qui est subiectū huius scientię, & eius propria passio, est generatiuū assensus falsi, vel erronei. Et siquis dicat, fallaciæ sunt subiectum huius scientiæ, cum talis scientia denominetur à fallacia. Respondetur, ꝙ non sequitur, vnde fallacia nō est subiectum, sed est bene confirmatiua syllogismi sophisti- Instantia Ad quid vtilis tractatis de syllogismis elenchis.

ci, sicut locus est cōfirmatiuus argumēti dialectici, & vtilitas huius sciē tiæ est, cognoscere defectus syllogismorum sophisticorum. Vnde syl

Art. 2.

Demonstratio duplex.

logis-

A logiſmus ſophiſticus eſt, qui eſt apparens & non exiſtens, apparens ſupple bonus, vel probatiuus, & nō exiſtens, ſupple talis, qualis apparet. ¶ Et aduerte, q̄ in quolibet ſyllogiſmo ſophiſtico, ſiue elēcho duæ ſunt cauſæ. ſ. cauſa apparentiæ, & cā defectus. Cauſa apparentiæ eſt obſeruatio alicuius conditionis, vel aliquarum conditionum, requiſitę, vel requiſitarum ad verum elēchum. Sed cauſa defectus eſt nō obſeruatio omnium conditionum, requiſitarū ad verum elenchum. ¶ Et eſt triplex ſyllogiſmus ſophiſticus. ſ. peccās in materia tantum: peccās in forma tā tum, & peccans in materia, & in forma ſimul. ¶ Peccans in forma tantū B eſt, qui non diſponitur in modo, & figura. ¶ Sed peccans in materia tantum eſt, cuius altera præmiſſarū eſt falſa, vel cuius antecedēs nō eſt probatiuum cōſequentis. ¶ Sed peccās in materia & forma ſimul eſt, qui nō diſponitur in modo, & figura, & cū hoc altera præmiſſarum eſt falſa, vel cuius antecedens non eſt probatiuū conſequentis, dummodo in talibus ſit apparentia, ſiue ſimilitudo veri elenchi.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̄ prēter ſyllogiſmum dialecticum ac ſophiſticum, qui ſunt ſyllogiſmi contracti: eſt vnius alius contractus, qui dr̄ ſyllogiſmus demonſtratiuus, & eſt qui ex primis, veris, & immediatis eſt ſyllogizatus: aut ex talibus, quæ per aliqua prima vera principiū ſuæ cognitionis ſumpſerunt. Et in illa Demonſtratio duplex. diffinitione dat̄ intelligi duplex demonſtratio. ſ. propter quid, & potiſſima, & eſt illa, quæ procedit ex pri- C miſs, veris & immediatis. i. cuius præmiſſæ ſunt veræ, & immediatæ. De hac materia vide latius in 1. Poſte. cap. 1. nota. 2. q. 1. Alia eſt demōſtratio non potiſſima: cuius p̄miſſe poſſunt oſtendi per præmiſſas veras, & immediatas. Exēplum primi, vt oē animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis. Exemplum ſecūdi, vt omnis homo eſt riſibilis, Petrus eſt hō: ergo Petrus eſt riſibilis.

TERTIO ſciendum, quòd ſciē Art. 3. tia, quę habetur in iſto tractatu vocatur ſcientia ſophiſtica. Et ſiquis dicat: ergo non eſt vera ſcientia. Rn̄de Scientia ſophiſtica duob⁹ modis cō ſideratur. tur q̄ ſcientia ſophiſtica poteſt capi dupliciter. Vnomodo pro habitu cōcluſionis, acquiſito per vſum argumentationis ſophiſticè: cuiuſmodi eſſet habitus huius concluſionis, oē D ſanum eſt animal, vrina eſt ſana: ergo vrina eſt animal, & ſic non eſt vera ſciētia. Aliomodo capitur pro habitu concluſionis, per demonſtrationem acquiſito: in qua concluſione demonſtratur paſſio ſyllogiſmi ſophiſtici de ſyllogiſmo ſophiſtico, & talis eſt vera ſcientia, & docet formare argumentationes ſophiſticas, & eas debite ſoluere. ¶ Circa hoc quæ Dubitatio. ritur: vtrum bene ſequatur. ſortes fingit ſe eſſe ſophiſtam: ergo ſortes eſt ſophiſta. Et videtur quòd ſic, q̄a bene ſequitur, ſortes fingit ſe eſſe ſophiſtam, ergo oſtendit ſe eſſe talem, qualis nō eſt: ergo eſt ſophiſta, quia ſophiſta eſt vir copioſus in ſapientia apparente, & non exiſtente. Pro ſolu Cōſequutia quid. tione ſupponitur primo, quid ſit cō

E sequentia. Vnde consequẽtia est habitudo consecutionis antecedentis ad consequens. Et notanter dicit, habitudo consecutionis, ad differentiã habitudinis, quæ est ex natura rei, & habitudo talis cõsecutionis est, quãdo est impossibile ita esse, sicut p antecedens significatur: quin ita sit, sicut per consequens significat. ¶ Supponitur vlterius, q̃ sophista potest capi dupliciter. Vnomodo pro illo q̃ habet artem sophisticam, & sic nõ sequitur. Aliomodo idem est q̃ apparens, & non existens, & tunc dico, q̃ illa propositio, sortes fingit se esse sophistam, cõicando cum sophistis implicat contradictionẽ, puta q̃ sit sophista, & q̃ non sit sophista: nã propositiones affirmatiuæ de, fingit, exponuntur per vnam propositionem affirmatiuam de apparet, & per vnã propositionẽ negatiuã, vt sortes fingit se esse sophistam, ideſt apparet esse sophista, & non est sophista. Et tũc dico, q̃ consequentia est bona, quia ex antecedente, formaliter impossibile, includente formaliter duo contradictoria, sequuntur formaliter p consequentiam intrinsecam ambo extrema contradictionis.

Sophista dupliciter capta.

Sco. in 1. d. 8. q. vlt.

F

¶ Argvitvr primo sic: Syllogismus sophisticus non est syllogismus: ergo non est apparens syllogismus, consequentia patet per locũ aperte in modo ad suum totũ. ¶ Secundo sic: Syllogismus sophisticus est generatiuus deceptionis: ergo de ipso non est scientia, & per cõsequẽs non est subiectum huius scientiæ. ¶ Tertio sic: Scientia sophistica non est vera scientia, sed solũ apparẽs, ergo frustra hic determinatur de ea.

G

Ad primum dicitur, q̃ male arguit, quia arguitur cum determinatione diminuente. Ad secundum dicitur, q̃ licet generatiuum deceptionis sit passio syllogismi sophistici, non tamen propter hoc sequitur, quin de ipso possit haberi scientia, tanquam de scibili remoto. Ad tertium patet solutio in tertio notabili.

¶ Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum, ad aliquod propositum ostendendum. Disputatio quid, & quotuplex.

¶ Disputationis quatuor sunt species, scilicet doctrinalis, dialectica, temptatiua, & sophistica.

¶ Disputatio doctrinalis est, quæ syllogizat ex propriis principijs vniuscuiusq; disciplinæ, & non ex his, quæ videntur respondenti. Et huius disputationis instrumentum est syllogismus demonstratiuus.

H

¶ Disputatio dialectica est, quæ ex probabilibus syllogizat, & est collectiua contradictionum, & eius instrumentũ est syllogismus dialecticus. Temptatiua vero disputatio est, quæ syllogizat ex his, quæ videntur respondenti, & necesse est eum scire, qui se simulat habere scientiã. Huius autem disputationis instrumentum est syllogismus temptatiuus.

¶ Syllogismus temptatiuus est, qui procedit ex his, quæ videntur respondenti.

¶ Disputatio sophistica est, quæ procedit ex his, quæ videntur probabilia,

A *& non ſunt. Huius autem diſputationis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus ſophiſticus.*

Artic. 1.

PRIMO ſciẽdum, ꝙ diſputatio eſt actus ſyllogiſticus vnius ad alterũ formaliter. vel æquialéter ad aliquod propoſitũ. i. ad aliquẽ finẽ oſtẽdendum. Et põt capi dupliciter. Vno modo largè, & ſic tunc diffinitur. Eſt actus argumẽtatiuus, & probatiuus vel apparenter probatiuus vnius ad alterum, ad aliquem finem oſtendẽdum, & ſic diſputatio ſophiſtica bene eſt diſputatio. Aliomodo capitur ſtrictè, & tunc eſt actus argumentatiuus, & probatiuus vnius ad alterũ, ad aliquem finem oſtendendum, & ſic habet tãtum tres ſpẽs, ſcilicet doctrinalem, dialecticam, temptatiuã, B ſed ſpecies primo mõ ſunt quatuor, ſcilicet doctrinalis, dialectica, temptatiua, & ſophiſtica ſiue litigioſa, qa ſunt tot diſputationes, quot ſunt fines intẽti ab opponente. ſed ſolum ſunt quatuor fines, qa vel opponens intẽdit generare ſcientiã in reſpondente, & ſic eſt doctrinalis, vel opinionẽ, & ſic eſt dialectica, vel habere experimẽtũ de ſcientia reſpondentis, & ſic eſt tẽptatiua, vel vanam gloriam in hoc, ꝙ ducat reſpondentem ad metham, & ſic eſt ſophiſtica.

Diſputatio dupliciter capitur.

Diſputatio quid, & quotuplex.

Art. 2.

SECVNDO ſciẽdum, ꝙ pro declaratione diſputationis doctrinalis, in qua dr, ꝙ procedit ex proprijs principijs alicuius ſcientiç. ¶ Aduerte ꝙ propria principia alicuius ſcientiæ ſunt duplicia, ſ. eõplexa, vt præmiſſæ, & incõplexa, & ſunt tria, ſ. ſubiectũ attributionis illius ſcientiç: diſ-

Quæ ſunt propria principia alicuius ſcientiæ.

finitio, & propria paſſio eius, ex quibus componuntur præmiſſç, quæ dicuntur principia cõplexa, ideo principia incomplexa huius ſciẽtiæ ſunt ſyllogiſmus ſophiſticus, diffinitio, & propria paſſio eius, ſed præmiſſæ compoſitæ ex illis ſunt principia cõplexa. ¶ Vnde finis diſputationis doctrinalis eſt, generare ſcientiã, & finis dialecticæ eſt generare opinionẽ. Et dicitur collectiua cõtradictionum, quia per ipſam poteſt concludi vtraq; pars cõtradictionis, niſi ſit impoſſibilis, ſed finis tentatiuæ, eſt habere experientiã de ſcientia reſpõdentis, ideo ipſa procedit ex illis, q̃ videntur eſſe probabilia reſpondenti. ¶ Et aduerte, ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ aliqua diſputatio dicat̃ doctrinalis & tentatiua, ſm tamen diuerſos fines. Ex quo patet, ꝙ diſputationes dicũtur differre p ſuos fines. D

C Finis diſputationis doctrinalis.

Artic. 3.

TERTIO ſciendum, ꝙ conſequẽter mouetur talis difficultas: an mala cõſequẽtia ſit cõſequentia. Et arguitur ꝙ ſic: mala cõſequentia habet antecedẽs & cõſequẽs, & notam illationis: ergo eſt cõſequẽtia. Item ois argumẽtatio eſt cõſequẽtia: mala cõſequẽtia eſt argumẽtatio: ergo mala cõſequẽtia, eſt cõſequẽtia. In oppoſitũ arguitur, quia mala argumẽtatio nõ eſt argumẽtatio: ergo neque mala cõſequẽtia eſt cõſequẽtia. Añs probatur, quia mala argumẽtatio nõ habet neceſſariã illationẽ conſequẽtis ex antecedẽte. ¶ Pro declaratiõe ponũtur aliq̃ propõnes. ¶ Prima: conſequentia dr de bona conſequẽtia, & mala: ſicut homo dr de homine viuo, & hoie picto, ſcilicet æ-

An mala cõſequentia ſit conſequẽtia.

E quiuocè æquiuocatione a consilio: ideo ista est vera de rigore sermonis, omnis consequentia est bona, quia consequētia in subiecto stat ꝑ consequentijs bonis. ¶ Secunda propositio: sicut illa non est concedēda: homo pictus est homo: ita ista nō est concedenda, consequentia mala est consequentia. ¶ Tertia propositio: habitudo necessaria illationis antecedētis ad consequens, quæ formaliter est consequentia, non fit ab intellectu inferēte vnum ab alio. sed prouenit ex eo, ꝙ impossibile est ita esse, sicut per antecedens significatur, quin ita sit, sicut per consequens significatur. Ad rationes: ad primam dico, ꝙ consequentia mala habet antecedens, & consequens, & notā illationis, sed non habet consequens illius antecedētis, quod requiritur ad consequentiam. Ad secundam dr̄, ꝙ mala consequentia propriè non est argumentatio, & sicut non est argumentatio, sic non est consequentia.

¶ Argvitvr primò sic. Multæ sunt disputationes, quæ non sunt actus syllogistici, sicut sunt disputationes enthymematicè. ¶ Secundo sic: Disputatio sophistica non est disputatio, cum non sit actus probatiuus: igitur. ¶ Tertio: nulla disputatio infert contradictoria: ergo male dicitur, ꝙ disputatio dialectica est collectiua contradictionum. Ad primum dicitur, ꝙ ibi capitur actus syllogisticus large, pro actu argumentatiuo. Ad secundum dicitur, ꝙ disputatio sophistica non est disputatio, capiendo disputationem strictè & propriè, sed bene capiendo disputatione large. Ad tertium dicitur, ꝙ disputatio dialectica non dicitur, iō collectiua contradictionum, eo ꝙ inferat contradictoria, vel quia generet opinionem de duobus contradictorijs, sed quia duo contradictoria, saltē poſia possunt dialecticè ꝓbari.

¶ *Syllogismus sophisticus ordinatur ad quinq; methas, quę sunt redargutio, falsum, inopinabile, soleciſmus, & nugatio.* ¶ *Est autem metha inconueniens quod dam, ad quod opponens sophista nititur videri ducere respondentem.* ¶ *Redargutio est prēnegati concessio, vel præconcessi negatio in eadem disputatione, vel argumētatione facta, vnde nisi vi argumentationis hoc quis faciat, non propter hoc erit redargutus, similiter nec in diuersis disputationibus.* ¶ *Falsum (vt hic sumitur) est manifeste falsum, nam si sophista ducat respondentem ad falsum occultum, nō propter hoc assequitur finem suum.* ¶ *Inopinabile est, quod est contra opinionem omnium, vel plurium, vel maximè sapientum, vt matrem non diligere filium. Soleciſmus est vitium in contextu partium orationis, cōtra regulas artis grāmaticę factū, vt vir mea.* ¶ *Nugatio est vnius & eiusdem ex eadē parte inutilis repetitio, vt homo homo currit. Dico autem ex eadem parte, quia si in diuersis partibus idem repetatur, non esset*

Syllogiſmus sophisticus ad quinque methas dinatus

A *set nugatio, vt homo est homo, risibile est risibile. Dico autem inutilis repetitio, quia si idē repetatur ad maiorem expressionē laudis, affectionis, vel vituperij, non eēt nugatio, vt Deus Deus meꝰ, latro latro, quò vadis.* ¶ *Isti aũt quinq; fines vlterius ordinantur ad vnum finem principalem, qui est apparens sapientia, & nō existens. Sophista autem non ducit ad istos fines suum respondentē, nisi per eos deueniat ad vltimū finem principalem, qui est apparens sapientia. Et cum quilibet debet præmeditari suum finem, ideo determinatio finium debet*
B *præcedere determinationem fallaciarum.*

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd metha potest capi dupliciter. Vno modo, priè, & sic nō est aliud, q̄ finis vel terminus alicuius spacij, & sic non capitur hic. Alio modo capitur transsumptiuè, & sic non est aliud, q̄ inconueniens: ad quod opponēs sophista nititur videri ducere suum respondentem, dato q̄ nō ducat, quia opponēs sophista vult magis videri, q̄ esse. Et sunt quinq; methæ, scilicet metha redargutiōis, metha falsi, metha inopinabilis, metha nugationis, & metha sollęcismi. Vnde metha redargutionis est præconcessi negatio, vel p̄negati concessio vi argumētationis, & in eadē disputatione. Dicitur notanter, vi argumētationis, quia si cōcederet idem, & negaret non vi argumentationis, non diceretur esse in metha. Dicitur etiam notāter, in eadem disputatione, quia si hoc esset in diuersis, tunc non duceret ad metham. Sed metha falsi est concessio alicuius manifestè falsi, vt concedere, q̄ ignis non est calidus. Et dicitur notanter, manifeste falsi, qa si esset falsi occulti, non esset in metha falsi.

Metha dupliciter.

C

SECVNDO sciēdum, q̄ metha inopinabilis, est concessio alicuius, quod est contra opinionem sapientum vel famosorum, vel aliquorum in aliqua scientia expertorū, vel vulgarium, vel illorum, de quorū secta est respondens. ¶ Ex quo sequitur, q̄ quadruplex est inopinabile: quod dam est cōtra opinionem sapientū, vt dicere, q̄ Deo non est exhibenda reuerentia. ¶ Aliud contra opinionē expertorum in scientia, vt dicere, cō sequentiā malam esse bonā. ¶ Aliud est contra opinionem vulgarium, vt dicere regem nō esse felicē. ¶ Aliud est, q̄ est contra opinionem illius, quem insequitur respondens. ¶ Sed metha nugatiōis est alicuius orationis superfluæ concessio vi argumentationis, & in eadem disputatione. Sed metha sollęcismi est cōcessio orationis, dissonæ regulis grammaticalibus vi argumentationis &c.

Art. 2.

Inopinabile quadruplex.

D

TERTIO sciendum, q̄ cōsequēter mouetur talis difficultas: Vtrum diffinitio consequentiæ bonæ sit bona: in qua dicitur consequentia bona est, cuius impossibile est ita esse, sicut per añs significatur, q̄n ita sit, sicut per consequens signātur. ¶ Et vī q̄ non, quia ibi est consequentia bona, sortes currit: ergo homo currit, & tamen possibile est ita esse, sicut p̄ antece-

E antecedēs significatur, dū nō est ita, sicut ꝑ consequens signꝫatur, posito casu, ꝙ nullus hō currat. ¶ In oppositum arguitur per oēs logicos, sic diffiniētes consequentiā bonā. Pro solutione ponūtur aliquæ propōnes. Prima: cōsequētia bona est in qua qualitercunq; per antecedēs significat, quin ita sit, sicut per consequens significatur, impossibile est esse: patet, quia demonstrata quacunq; consequentia bona: hæc est impossibilis. hoc est, & illud non est, demonstrando per ly, hoc, significatum antis, & per illud, significatum consequētis, & per hoc soluitur rō ante oppositū. Ita, qñ dicitur, possibile est ita esse, sicut per ans significatur, dum non F est ita, sicut per consequens significatur: potest capi talis propositio in sensu cōposito, vel in sensu diuiso. ¶ Sensus diuisus est, in aliquo tēpore non est ita, sicut significatur per consequens: in quo tempore possibile est ita esse, sicut significatur per antecedens, & sic est. ¶ Sed sensus compositus est ille: hæc est impossibilis, hoc est, & illud non est, demonstrādo ꝑ ly, hoc, significatum antecedentis, & per illud significatum consequētis, & sic minor est falsa. Secunda propositio, diffinitio bonæ consequentiæ dēt capi in sensu composito & nō in sensu diuiso, qa alias nō esset bona.

De his sē tur. Bum. Sco. in 1. Sen. 8. un tol. 1. ar.

¶ Argvitvr primo sic: Si diffinitio methę esset bona, vel diffiniretur metha redargutionis, vel falsi, vel aliqua metha alia, sed nullum illorum est dicendum: igitur. qa tunc non conueniret, nisi methæ redargutionis. ¶ Secundo sic: Metha non loqui, est metha: ergo videtur, ꝙ sint plures, quam prædictę. ¶ Tertio sic: Metha apparēs est metha: ergo erūt plures methę. Ad primum dicitur, ꝙ hic diffinitur metha, quę est communis, seu superius ad alias quinq; methas, & non diffinitur adæquate aliqua illarum. Ad ām dicitur, ꝙ metha non loqui, est metha, sed non est distincta ab alijs, vnde qui non loqtur, dicitur duci ad illam methā, ad quā duceretur si loqueretur. Ad tertium dicitur ponendo aliquas ꝓ positiones. ¶ Prima: metha apparēs est, quando aliquis videtur duci ad aliquam quinq; metharum, licet tñ non ducatur. ¶ Secunda propositio: metha apparens, & non existens nō est metha: ergo respondens non pōt H ad talē duci, cum non sit in eius potestate facere, quòd assistentes non crederent.

¶ Fallacia est idoneitas decipiendi, faciens credere de ente, quod sit non ens, & de non ente ꝙ sit ens, mediante phantastica visione. ¶ Fallaciæ sunt trexdecim: quarum sex sunt in dictione, & septem extra dictionem. ¶ In dictione sunt, ꝙ equiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. ¶ Et septē extra dictionem, sunt accidens, secundum quid ad simpliciter, ignorantia elenchi, petitio principij, consequens: non causa vt causa, secundum plures interrogationes vt vnam. ¶ Quod autem sint sex in dictione, probat Aristot. Fallacia quid & quotup. In lib. Elench.

indu-

A *inductione, & syllogismo. ¶ Inductione sic: Aequiuocatio fit aliquo istorum sex modorum: amphibologia fit aliquo istorum sex modorum; & sic de alijs: ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorum. ¶ Sillogismo sic: omnis deceptio facta ex eo, ꝙ eisdem dictionibus, vel orationibus non idem significamus, fit aliquo istorum sex modorum: sed omnis fallacia in dictione fit ex eo, quòd eisdem dictionibus, vel orationibus non idem significamus: ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo istorum sex modorum. Iste syllogismus est in primo modo primę figuræ. Probatio*

B *maioris, omnis multiplicitas dictionis fit aliquo istorum sex modorum: sed omnis deceptio facta ex eo, quòd eisdem dictionib. vel orationibus non idẽ signamus, fit ex multiplicitate dictionis vel orationis: ergo omnis deceptio facta ex eo, ꝙ eisdem dictionib. vel orationibus non idem significamus, fit aliquo istorum sex modorum, & hęc fuit maior. Probatio minoris: omnis multiplicitas dictionis fit ex eo, ꝙ eisdem dictionibus vel orationibus non idem significamus: sed omnis fallacia ĩ dictione fit ex multiplicitate dictionis vel orationis: ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo, ꝙ eisdem dictionibus vel orationibus non idem significamus, &*

C *hæc fuit minor, & isti duo syllogismi sunt in primo modo primæ figurę.*

Primo sciendum, ꝙ fallacia capitur dupliciter. Vnomodo actiuè, & sic communiter diffinitur, ꝙ est idoneitas decipiendi, faciens credere de non ente, ꝙ sit ens, & de ente ꝙ sit non ens, mediantę phantastica visione. ¶ Et debet sic intelligi, Fallacia est idoneitas. i. habilitas seu promptitudo, per quam opponẽs est promptus ad faciẽdum, ꝙ videatur respondenti de syllogismo apparenti, ꝙ sit bonus syllogismus, mediãte phantastica visione. i. apprehensione alicuius apparentis, & non existẽtis. Aliomodo capitur passiuè, & sic diffinitur: Fallacia est deceptio imperiti in arte sophistica per artem sophi

D sticam. Pro cuius declaratione ẽ aduertendum, ꝙ deceptio est assensus falsi & dissensus veri. Ex quo patet, ꝙ aliquid dicitur decipi dupliciter. ſ. assentiendo falso, & dissentiendo vero. ¶ Et aduerte secundo, ꝙ fallacia quãdoq; est assensus huius. ſ. qñ hæ præmissæ probat conclusionem, & etiam est assensus conclusionis falsæ, & quandoq; duo assensus, ſ. quando præmissæ apparenter probant cõclusionem, & etiam assensus conclusionis falsæ, vt si aliqua conclusio alicuius paralogismi est falsa, & præmissę appareter probãt cõclusionẽ illã: tunc hõ deciperetur assentiendo, ꝙ illę præmissę probarẽt cõclusionẽ, & etiã assentiendo tali conclusioni.

Fallacia duplicit. Art. 1.

Secundo sciendum, quòd Art. 2. sicut consequentiæ dialecticæ confirmantur

E firmãtur per duos locos, ſcilicet per locũ maxima, & per locum differen tia maximè: ita conſequentiæ ſophi ſticè: Ex quo ſequitur, ꝙ duplex eſt locus ſophiſticus. ſ. maxima, & diffe rentia maximè. ¶ Locus maxima, eſt propoſitio falſa, qua probãtur cõ ſequentię ſophiſticæ, vt dictio actua liter vna habet tantum vnum ſignifi catum. ¶ Sed locus differentia maxi mè eſt illud, quo vna maxima ſophi ſtica differt ab alia: ſicut ſunt termi ni vel habitudo terminorũ, vt ſunt iſti termini, dictio actualiter vna, & ſignificatum actualiter vnum. Et iſte locus differentia maximè põt nomi nari per ipſaſmet fallacias. puta per fallaciam æquiuocationis & amphi bologiæ, & ſic de alijs. ¶ Et aduerte,

F ꝙ fallacia vltra acceptiones poſitas in primo notabili, accipitur adhuc vnomodo: ſcilicet pro ipſamet argu mentatione ſophiſtica: ita ꝙ quãdo dicitur, nego conſequentiam, quia committis fallaciam. i. argumẽtatio nem. ſ. ſophiſticam, peccantem ſecũ dum talem fallaciam.

Locus ſophiſticus duplex.

Fallatia aliter ſumitur.

Art. 3.

TERTIO ſciendum, quòd fallacia diuiditur per fallaciã in dictio ne, & extra dictionem. ¶ Vnde falla cia in dictione eſt, q̃ ſumit cãm appa rentiæ ex parte dictionis, vel oratio nis, & ſic ſunt ſex. ſ. fallacia ęquiuo cationis, amphibologiæ, compoſitio nis, diuiſionis, accentus, & figuræ di ctionis. ¶ Sed fallacia extra dictionẽ eſt, quæ ſumit cauſam apparentię ex parte rei ſignificatæ, & ſunt ſeptẽ, vt patet in textu. Circa hoc quæritur: vtrum omnis conſequentia bona ſit neceſſaria. Et videtur ꝙ nõ, quia nul

Quæſitũ.

la conſequentia eſt neceſſaria, & ali- G
qua eſt bona: ergo non omnis conſe quentia bona eſt neceſſaria. Maior probatur, quia nullam conſequẽtiã impoſſibile eſt nõ eſſe. ergo nulla cõ ſequentia eſt neceſſaria. Pro ſolutio ne eſt aduertendum, ꝙ aliqui ponũt duplicem conſequentiam. ſ. conſe- quentiam ſimplicem, & conſequen- tiam bonam vt nũc, & eſt illa, cuius impoſſibile eſt ita eſſe, ſicut per ante cedens ſignificatur, quin ita ſit, ſicut per conſequẽs ſignificatur, rebus ſtã tibus vt nunc, ſed talis non videt eſ- ſe conſequẽtia: ideo ponitur alia di- uiſio, ꝙ conſequentiarum quædam eſt conditionalis, alia rationalis, & alia cauſalis. ¶ Vnde conditionalis H eſt, quæ præcisè aſſumit ſequelã con ſequentis ex antecedente ſm ſignifi cationem totalem, ſed rationalis prę ter ſequelam conſequentis ex ante- cedente aſſumit: ita eſſe, ſicut ſignifi catur tam per antecedens, q̃ per con ſequens. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ rõna- lis poteſt eſſe bona conſequentia, & falſa propoſitio, vt aſinus volat: ergo aſinus habet alas. Sed cauſalis prꝛter omnia illa ſumit, ꝙ ita eſſe, ſicut ſignificatur per antecedens. ſit cã eſſẽ di, ſicut ſignificatur per conſeqnens: ideo aliqua cauſalis poteſt eſſe bona cõſequẽtia, & falſa propoſitio. ¶ Ad uerte vltra, ꝙ conſequentia nõ dicit neceſſaria eo, ꝙ neceſſario ſit, ſed ꝙa conſequẽs neceſſario ſequitur ad an tecedens, capiendo ly, neceſſario, ſe cundæ intentionaliter. ita ꝙ ſit ſen- ſus: conſequens ſequitur ad antece- dens in conſequentia bona & neceſ- ſaria. Vel poteſt dici neceſſaria, quia impoſ-

Cõſequẽtia neceſſaria eſt dicta.

Cõſequentia multiplex.

Multiplex tribus modis dicit.

A impossibile est ita esse, sicut per antecedens significatur, quin ita sit, sicut per consequens significatur.

¶ Argvitvr primo sic: Fallacia non est nisi argumentatio sophistica: ergo male dicitur, ꝙ est idoneitas decipiendi. ¶ Secundo sic: Impossibile est nō ens esse ens: ergo impossibile est credere de non ente, ꝙ sit ens. ¶ Tertio sic: Omnis fallacia fit ꝑ dictiones vel orationes: ergo nulla est fallacia extra dictionem. Ad primum dicitur, ꝙ fallacia præter idoneitatem & deceptionem accipitur pro argumentatione sophistica. Ad ſm dicitur, ꝙ non capitur ibi nō ens simpliciter, sed capitur non ens pro syllogismo apparenti: ita quōd fallacia est, per quam credimus de malo B syllogismo, quōd sit bonus syllogismus. Ad tertium dicitur, ꝙ fallaciæ non dicuntur extra dictionem, eo ꝙ fiāt sine dictionibus, sed quia sumūt causam apparentiæ, non ex parte dictionis, sed ex parte rei.

Multiplex tribus modis dicit.

¶ *Sciendum autem (vt vult Alexander in commento supra libri Elenchorum) triplex est multiplex. Aliud est enim multiplex actuale, aliud potentiale, & aliud phantasticum.* ¶ *Multiplex actuale est, quando dictio, vel oratio eadem secundum substantiam, & secundum modum proferendi diuersa significat, dictio, vt in æquiuocatione, vt canis, oratio, vt in amphibologia, vt liber Aristotelis.* ¶ *Multiplex potentiale, est quādo dictio, vel oratio eadem secundum substantiam, diuersa tamen secundum modum proferendi, diuersa significat, dictio, vt in accentu, vt populus, cuius prima syll aba potest esse breuis vel longa, & secundum hoc diuersa significat, oratio, vt in compositione, vel diuisione, vt quicquid viuit, semper est. Alium habet. n. modum proferendi prout est diuisa, & prout est composita, vt postea patebit.* ¶ *De multiplici phantastico videbitur in fallacia figuræ dictionis. Et quia multiplex actuale veriori modo ē multiplex, quam potētiale, & potentiale, quam phantasticum: ideo primo dicendū est de fallacijs faciētibus multiplex actuale, quam de alijs, & postea de potentiali, & vltimo de phantastico. Vnde primo dicendū est de æquiuocatione, & amphibologia, quam de alijs fallacijs in dictione, quia in æquiuocatione, & amphibologia ē multiplex actuale, & per consequens eadē dictio, vel oratio secundum substantiā, & secundum modum proferēdi, in alijs autem non. In istis enim plus est de identitate, quam de alijs. Item adhuc prius dicendū est de æquocatione, quam de amphibologia, quia æquiuocatio fit in dictione: amphibologia vero in oratione, dictio autē prior est oratione. Sciendum est, ꝙ fallacia dupliciter sumitur, quandoque*

Populus genus. Populꝰ arbor.

Fallacia dupliciter accipitur.

E que enim fallacia idē est, q causa decipiendi, & quandoque idē est, q deceptio facta ex illa causa, & hoc primo modo sumitur hic fallacia.

Art. 1. PRIMO sciēdum, q omnis fallacia saltē in dictione fit ſm aliquod multiplex, ideo est aduertendum, q triplex est multiplex, scilicet actuale. potentiale, & phantasticū. ¶ Vnde multiplex actuale est dictio, vel oratio eadem in materia & forma, habens diuersas significationes, vel diuersos sensus. Exemplum de dictione, vt canis, de oratione, vt inimicos vellem me accipere. Vnde materia dictionis non est aliud, quam literæ & syllabæ. & orationis sunt dictiones, sed formæ earū non est, nisi modus proferendi, scribendi, vel ordi-
F nandi, maximè in oratione. ¶ Sed multiplex potentiale est dictio, vel oratio eadem in materia, & diuersa in forma, habens diuersos sensus, & significationes. Exemplum de dictione, vt pēdere, nam q̄n media est breuis, significat dare pœnam, sed quando est longa, significat pœnam pati. Exēplum de oratione, vt quicquid viuit, semper est, quę habet diuersos modos proferendi, & pausandi, ideo habet diuersos sensus, quia potest fieri pausa ly, viuit, vt dicendo, quicquid viuit, semper est, & potest fieri pausa post ly, semper, vt dicendo, quicquid viuit, semper est.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q multiplex phantasticum est dictio, vel oratio, tantum vnū significans, cui tū ex phantasia considerantis attribuitur sibi alia significatio, seu alius sensus G propter similitudinem, quam habet cum alia dictione, vt Papa habet tantum vnam significationem, sed propter similitudinem, quam habet cū musa, sibi attribuitur alia significatio. Ex quo sequitur, quod omnis fallacia, saltem in dictione, habet fieri secūdum aliquod multiplex, quia quælibet talis habet fieri mediantibus dictionibus, ad placitum significantibus, & non mediantibus conceptibus vltimatis, & tota causa est, quia in conceptibus vltimatis non est aliquod multiplex, seu dictio, vel oratio plura significans.

TERTIO sciendum, q circa p- Art. 3
dicta mouetur talis difficultas, vtrū cōsequentia bona bene diuidatur in consequentiā materialē, & formalē. ¶ Et videtur q nō, quia nulla est cō- H
sequentia formalis, igitur. Antecedens patet, quia nulla consequentia tenet in omnibus terminis consimili forma arguendi, quia in nulla consequentia mundi ponuntur omnes termini, ergo nulla tenet in omnib. terminis. ¶ Item omnis consequentia fit ratione significati, de- itur ois cōsequentia est materialis. Antecedens probatur, quia in qualibet cō sequētia bona requiriē, q impossibile sit, ita esse, sicut per añs significat, quin ita sit, sicut per cōsequēs significat, igit ois consequentia fit ratione significationis. Pro solutione est ad- Sup. citat. 66. c
uertendū q (vt alias visum est) diffinitio cōsequētiæ formalis, vt cōiter diffinit, de rigore sermonis non est bona consequentia, sed aliter debet diffiniri, vt visum est, visum est etiam

A etiam quæ se tenent ex parte formæ cõsequentiæ, & per hoc soluitur prima ratio. Ad aliã dr, q signatio nullo mõ est causa bonitatis consequentię formalis, cũ fiat in omnibus terminis, q cunq; significationẽ illi termini habeãt: immo si tales consequẽtię possent esse sine modo significationis, non minus essent bonę.

¶ Argvitvr primo sic: dictio debet subordinari cõceptui mẽtali, sed nullus est conceptus mentalis, saltem vltimatus, qui sit multiplex: cum quilibet talis sit naturalis similitudo vnius rei. ¶ Secundo sic: Nulla dictio plura significat, igitur. Antecedens patet, quia vel significaret illa copulatiuè, vel
B sed hoc est falsum, quia tunc nulla oratio, in qua poneretur talis dictio: esset distinguẽda, cum ipsa esset simpliciter vera, vel falsa. ¶ Tertio sic: Vnius signi est tantum vnum signatum: igitur vna dictio tantum vnũ signt. Ad primum dicitur, q nõ quę libet dictio subordinatur vni conceptui, sed pluribus, cuiusmodi est dictio æquiuoca. Ad secundum dr, q dictio æquiuoca importat sua significata disiunctim, & non copulatiuè, vel disiunctiuè, sic videlicet, q oro, in qua ponitur, non subordinatur mentali copulatiuæ, vel disiunctiuæ, sed pluribus mentalibus, cathegoricis, disiunctim captis. Ad tertium dicitur, quòd vnius signi, formaliter capti, est tantum vnum signatum, sed nõ oportet, quòd vnius signi materialiter capti, sit tantum vnum significatum, vel fundamentaliter.

¶ *Aequiuocatio est multiplicitas dictionis eiusdem secundũ substantiã, & modum proferendi, vt in hoc nomine, canis. Sciendum est, quòd in qualibet fallacia est duplex causa, scilicet causa apparentiæ, & causa defectus.* C Aequiuocatio.
¶ *Causa apparentiæ in qualibet fallacia est, quæ mouet ad credẽdũ id, quod non est credendum.*
¶ *Causa defectus est, quæ ostendit creditũ esse falsum. Causa apparentiæ in æquiuocatiõe est vnitas dictionis eiusdem secundum substantiã & secundum modum proferendi, diuersa significãtis.* D *Causa defectus siue falsitatis est diuersitas significatorum: vnitas .n. prædicta in æquiuocatione mouet ad credendum, quod non est s. vnitatem significadi, diuersitas autem ostendit creditum esse falsum.* ¶ *Aequiuocationis tres sunt modi, sed primo videndum est, quid sit fallacia æquiuocationis.* ¶ *Vnde fallacia æquiuocationis est deceptio proueniens ex eo, q aliqua dictio manens vna secundã substãtiã, & secundũ modum proferendi, diuersa significat.* ¶ *Primus ãt modus prouenit ex significatione, vel consignificatione dictionis. Ex significatione sic paralogizat, ois canis currit, sydus celeste est canis: ergo sydus celeste currit. Solutio: vtraq; pmissarum est duplex, q a hoc nomẽ, canis, est multiplex, equoce significans*

Fallacia æquiuocationis q d.

Egnificans animal latrabile, sydus cœleste, & piscem marinum, & sic maior vno modo est vera, & alio modo falsa, & similiter minor. ¶ Vel sic, omne expediens est bonum, malum est expediens, ergo malum est bonum. Solutio, expediens dicitur æquiuoce. Vno modo idem est, quod bonũ. Alio modo idem est, quòd necessariũ, quod accidit in minus malum, quod oportet fieri ad euitandum maius malum. Vnde vtraq; prẽmissarum est duplex, quia vno modo est vera, alio modo est falsa. ¶ Ex consignificatione paralogizatur sic, iste pannus est de Anglia: Anglia est terra, ergo iste pannus est de terra, non sequitur, quia prima est duplex ex eo, quòd hæc propositio, de, potest dicere circunstãtiam causæ materialis, & sic est falsa, vel potest dicere locum, & originem, & sic est vera. ¶ Vel sic, in quocunque est ægritudo, ipsum est animal, sed in humorum inadequatione est ægritudo: ergo humorũ in adæquatio est animal. Prima est duplex, quia hæc præpositio, in, põt dicere causam efficientem esse, et sic est falsa, vel causam formalem, siue subiectum, in quo est, & sic est vera, similiter dicendum est de minori. ¶ Vel sic, propriũ est quantitati, secundum eam simile vel dissimile dici, sed secundum similitudinem dicitur aliquis similis vel dissimilis: ergo si similitudo vel dissimilitudo sunt qualitates, quod falsum est, immo sunt relationes. Prima est duplex, eo quòd hæc propositio, secũdum, potest dicere circunstantiã causæ efficientis, & sic est vera, quia duæ qualitates eiusdem speciei faciunt vnam similitudinẽ, & sic qualitas est causa efficiẽs similitudinis, si autem dicat circũstantiam causæ formalis, sic est falsa, quia qualitas non est causa formalis similitudinis, & econuerso dicendum est de minori. ¶ Similiter, omne sanum est animal, vrina est sana: ergo vrina est animal: vtraq; prẽmissarum est duplex, quia, sanum dicitur de animali, vt de subiecto, & de vrina, vt de signante, vel indicãte, de cibo, vt de efficiente, de dieta, vt de conseruante, & sic alio, & alio modo sanitas ad hæc comparatur. Et secundum hoc habet diuersas significationes. ¶ Ex cõsignificatione sic paralogizatur: quicunque sanabatur, sanus est: laborans sanabatur: ergo laborans sanus est: minor est duplex, eo quòd hoc participiũ, laborãs, potest dicere præsens tempus, & sic est vera, & tunc est sensus, laborans nunc sanabatur: si autẽ dicat præteritum, sic est falsa, & sic est sensus, laborans tunc sanabatur, & econuerso dicendum est de conclusione, laborans eñ

æquiuo-

A æquiuocum est ad laborantem nunc, & ad laborantẽ tunc. ¶ Et eodẽ modo est hic, quicunq; surgebat, stat sedens surgebat, ergo sedens stat, & eodem modo respondendum est, sicut fuit respõsum ad alium paralogismum. ¶ Alio modo potest fieri econuerso, qñ dictio potest teneri materialiter, vel consignificatiuè, sicut hic, Deus est vbiq;, vbique est aduerbiũ, ergo Deus est aduerbiũ. Dicendum est, ꝙ prima est duplex, eo ꝙ hæc dictio, vbiq;, põt teneri materialiter, vel consignificatiuè, si materialiter, sic est falsa, si consignificatiuè, sic est vera, sed nõ sequit conclusio.

B ¶ Secundus modus æquiuocationis prouenit ex transsumptione dictionis. ¶ Unde transsumptio (vt hic sumitur) est acceptio dictionis, significantis vnũ ex impositione ad significandũ aliud per similitudinem. Et ẽm istum modum sic formatur paralogismus, quicquid ridet, habet os, pratũ ridet, ergo pratũ habet os. Prima est duplex, eo ꝙ hoc verbũ, ridet, potest teneri propriè, & ex impositione vel transsumptiuè. si propriè sic est vera, & non sequitur conclusio, si transsumptiuè, sic est falsa, & sic sequitur conclusio. Hoc n. verbum, ridere, est æquiuocũ ad ridere, & ad florere, quia ridere significat ex prima impositione risum ab ore emittere, florere n. significat per C quandam transsumptionem, florere enim, & ridere quandam similitudinem habent, quia vtrobique denotatur gaudium, & ideo ridere transsumitur ad florere, vt vult Arist. ideo sumentes aliquam similitudinẽ, transferunt: Quicquid currit habet pedes, Secana currit, ergo secana habet pedes, vtraq; præmissarũ est duplex, quia hoc verbum, currit, vel tenetur propriè, vel trãsſumptiuè, currere enim, & labi assignantur in velocitate motus, secundum ꝙ, currit sumitur propriè, sic maior est vera, & minor falsa, si transsumptiuè, tunc est econuerso. ¶ Tertius modus prouenit, ex eo ꝙ aliqua dictio plura D significat cõposita, separata vero vnum solum, vt hæc dictio, immortale, vno modo dicitur, quasi non potens mori, alio modo dicitur, quasi potens nõ mori. ¶ Et secundum hoc sic formatur paralogismus, omne immortale est perpetuũ, sed omne potens nõ mori, est immortale, ergo omne potens non mori, est perpetuũ, vtræque præmissarum est duplex, cũ hoc nomen immortale, sit æquiuocum, vt dictum est. ¶ Itẽ omne incorruptibile est perpetuum, sed omne potens non corrumpi, est incorruptibile, ergo omne potens non corrũpi, est perpetuum, vtræque præmissarum est duplex, eo

Lib. j. Elench.

Fluuius.

Trãsſumptio qd.

E *quod incorruptibile, vno modo idē est, q̄ nō potens corrumpi, & sic incorruptibile est perpetuum, & sic maior est vera, & minor falsa, alio modo idē est, q̄ potens non corrumpi, vt primus homo potuit non corrūpi, & in hoc sensu maior est falsa, & minor vera. Et sic soluendi sunt paralogismi æquiuocationis per distinctionem paralogismorum secundum æquiuocationē, vt prius patuit.* ¶ *Recta solutio est manifestatio syllogismi falsi, & propter quid est falsus, & hoc contingit dupliciter, scilicet distinguendo, vel aliquam præmissarum interimēdo. Secundo modo respondendū* F *est ad omnes peccantes in materia: Et ad omnes orationes in vtroque peccantes, respondendū est vtroq; modo, ſ. distinguendo, & aliquam præmissarum interimendo, non secundum idem, sed secundum diuersa.*

Art. 1. PRIMO sciendum, q̄ æquiuocatio est multiplicitas dictionis eiusdem, fm substantiam & modū proferendi diuersa significantis, i. qñ dictio vna plura significat æquiuocè, vt illa dictio canis, vel potest dici, q̄ æquiuocatio nō est, nisi acceptio termini æquiuoci pro diuersis significatis, mediantib. diuersis conceptib. totalib. & nō synonimis, & est duplex, ſ. à casu, & à consilio, vt alias visum est in anteprædicamentis. ¶ Vnde Sup. char. 42. G. fallacia æquiuocationis est idoneitas, i. próptitudo, vel habilitas decipiendi proueniens ex identitate dictionis, diuersa significantis, vel est deceptio proueniens ex identitate dictionis, diuersa significantis. ita q̄ causa apparentiæ eius est identitas dictionis, diuersa significantis, nam credimus, q̄ sicut dictio est vna, q̄ significatum eius sit tantum vnū, sed causa defectus est pluralitas significatorum, & ex parte eius sic diffinitur, est deceptio proueniens ex pluralitate significatorū vniusdictionis. G ¶ Et aduerte, q̄ si ista fallacia debeat diffiniri, oportet q̄ diffiniatur tam ex parte causæ apparentiæ, quā ex parte causæ defectus. vt fallacia æquiuocationis est deceptio, proueniens ex identitate dictionis, diuersa significantis, vel ex pluralitate significatorum eiusdem dictionis; & H eius sunt tres modi, vt consequenter videbitur.

Art. 2. SECVNDO sciendū, q̄ primus modus huius fallaciæ est, qñ dictio principaliter plura significat, sic q̄ in vna præmissa accipitur pro vno significato, & in alia, vel in conclusione pro alio, vt omnis equus est irrationalis, iudex est equus, ergo iudex est irrationalis. ¶ Similiter quicūq; discunt sunt ignari, scientes discūt. ergo scientes sunt ignari. Soluuntur isti paralogismi, negando consequētiā, quia dictio æquiuocè accipitur in ipsis. Nam in maiore primi argumēti ly, equus, accipitur pro animali, & in minori pro iusto, & recto, similiter discunt, in maiori accipitur, vt idē est, q̄ recipere doctrinam, & Sco. in 1. d. 5 q. 2. de ly, di. in minori vt idem est, q̄ dare doctrinam. ¶ Et aduerte, q̄ etiā dictiones habet

minus

A minus principales sunt æquiuocè, sicut propositiones ſm, ꝙ denotant aliã, & aliã habitudinẽ, vt quicquid est de Anglia, est de terra, ille pannus est de Anglia, ergo ille pannus est de terra similiter quicquid est in hoc corpore est aqua, sed color est in hoc corpore, ergo color est aqua. Solu-
Scot. in quot. q. 6. in sol. ar. 4. Tho. cõtra 2. ar. princ.
uuntur negando consequentiã, quia illę ꝓpositiones accipiuntur in maiori, & in minori ſm aliã, & aliã habitudinem. ¶ Sed ſecundus modus prouenit ex eo, ꝙ dictio ſignificat vnũ principaliter, & aliud transſumptiuè, ſeu minus principaliter, vt ſanũ principaliter ſignificat animal, habens ſanitatem, & minus principa-
Scot. in 4. d. 8. q. 2. per lõgũ.
liter ſignificat ſignum ſanitatis, & ideo ſi paralogizatur, omne ſanum est animal, vrina est ſana, ergo vrina est animal. Soluitur, negando con-
B ſequentiam, nam ſanum aliter accipitur in maiori, & minori.

Art. 3. TERTIO ſciendum, ꝙ tertius modus huius fallacię est, qñ dictio per ſe ſumpta vnũ ſignificat, & ſumpta cũ alia plura ſignificat, vt morta-
Scot. in j. d. 28. q. 2. an ſolut. j. quæſt. Et i 2. d. 19. q. vni ca.
le, ſignificat potens mori, ſed qñ ponitur cum, in, dicendo immortale, tunc duo ſignificat. nã vel ly, in, negat actũ tantum, & tunc valet tantũ, ſicut potens nõ mori, vel negat actũ & potentiã ſimul, & ſic valet tãtum, ſicut non potens mori. ¶ Et ſm hoc ſic paralogizatur, omne immortale est perpetuũ. potens non mori est immortale, ergo potens non mori est perpetuũ. Soluitur, diſtinguẽdo maiorem eo ꝙ ly, in, in maiori, potest negare actum & potentiã, & ſic maior est vera, & minor falſa, vel potest negare actum tantum, & tunc ma- C
ior est falſa, & minor vera, vel potest ſolui negando conſequentiam, quia immortale, æquiuocè accipit in maiori, & in minori. ¶ Circa hoc quæ- Quæſitũ.
ritur, vtrum omnis conſequentia ſit bona, cuius ex oppoſito conſequẽtis infertur oppoſitum antecedentis. ¶ Et arguitur, ꝙ non, quia ibi est bona cõſequentia, chimera est, ergo nulla chimera est, & tñ ex oppoſito conſequentis nõ infertur oppoſitum antecedentis, cum ſit idem cum antecedente. Pro ſolutione ponuntur aliquæ propoſitiones. ¶ Prima est, ꝙ per oppoſitum intelligitur contradictorium. ¶ Secunda propoſitio est, non ex cuiuslibet bonæ conſequentiæ contradictorio cõſequentis infertur oppoſitũ antecedẽtis, quia multæ ſunt bonæ conſequentię, quarũ D
cõtradictoria conſequentia nõ ſunt. ¶ Tertia propoſitio, nulla conſequẽtia est bona, niſi cõſequentia, qua arguitur ex oppoſito cõſequẽtis ad oppoſitũ antecedẽtis, ſit bona. ¶ Quarta propoſitio, ex cuiuslibet bonę cõſequentię contradictorio cõſequentis potest inferri oppoſitũ antecedentis. ¶ Quinta propoſitio, cuiuslibet bonę conſequentiæ contradictoriũ conſequẽtis repugnat antecedenti. ¶ Vnde propoſitiones dicuntur repugnare, q̃ ſic ſe habent, ꝙ impoſſibile est ita eſſe, ſicut per vnam adæquatę ſignificatur, quin ita ſit, ſicut per aliam adęquatæ ſignificatur. Ex quo ſequitur, ꝙ non est inconueniens idem repugnare ſibiipſi. ¶ Sexta propoſitio est, ex cuiuslibet boni ſyllogiſmi contradictorio conclu-

E sionis, cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ. ¶Septima propositio, quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentię, sequitur ad eius antecedēs. Octaua propositio, quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad consequens.

¶ Argvitvr primo sic. Ista vox, homo, plura significat, ergo est dictio, æquiuoca. ¶Secundo sic. Ista propositio, oīs canis currit, est simpliciter neganda, cū ly canis, distribuatur pro omni supposito, ergo nō est distinguenda. ¶Tertio sic: Ite paralogismus fit secundum æquiuocationem, quicunq; sanabatur, sanus est, laborans sanabatur. ergo laborans sanus est, & tamen non fit secū-
F dum aliquem trium modorum, igitur. Ad primum, dicitur, ꝙ ille terminus, homo, & quilibet terminus communis duo significat, vnum de significato primario, & adęquato, puta humanitatem, & aliud de significato secundario, & inadæquato, puta Sortem, Petrum, sed non significat illa æquiuocè. Ad secundum dī, ꝙ ly, canis, bene distribuit pro omnibus suis suppositis, sed non distribuitur vna distributione, sed pluribus. Ad tertium dicitur, ꝙ de hoc est difficultas, dicunt aliqui, ꝙ fit secundum primum modum æquiuocationis, & ꝙ primus modus fit etiā, quando arguitur à magis, amplò ad minus amplum: Alij dicunt, ꝙ non est paralogismus in dictione, quia pōt habere causam apparentiæ extra dictionē, puta in mente, & dicunt, ꝙ est paralogismus accidentis.

¶ *Amphibologia est multiplicitas orationis eiusdem, secundum substantiam & secundum modum proferēdi diuersa significantis. Fallacia autem amphibologię est deceptio, proueniens ex identitate orationis eiusdem secundum substantiam & secundum modum proferendi diuersa significantis. ¶ Causa apparentiæ est identitas orationis eiusdem secundum substantiam & secundum modum proferendi. ¶ Causa falsitatis est diuersitas significatorum. Et dicitur amphibologia ab amphi, quod est dubium, & bole sententia, quasi dubia sententia. ¶ Amphibologię tres sunt modi. ¶ Primus modus prouenit ex eo, ꝙ aliqua oratio principaliter plura significat, vt liber Aristotelis. Hęc enim oratio est duplex. Vno modo idem est, quod liber, editus ab Aristotele. Alio modo idem est, quod liber possessus ab Aristotele. Et formatur sic paralogismus, quicquid est Aristotelis, possidetur ab Aristotele, iste liber est Aristotelis, ergo possidetur ab Aristotele. utraq; præmissarum est duplex, ut dictum est. ¶ Secundus modus amphibologiæ prouenit ex transsumptione orationis. Transumptio autem orationis est, qñ oratio proprię significans unū trāssumitur ad significādum, aliud*

G Amphibologia quid, & eius fallacia.

H Amphibologia tres, modi.

Trāssumptio qd.

propter

A propter aliquàm similitudinem, repertam in ipsis, vt littus arat, transsumitur ad operam perdi. Et formatur sic paralogismus, quicquid aratur, aratro scinditur: littus aratur, quando indocilis docetur: ergo quando indocilis docetur, littus aratro scinditᵉ. Minor est duplex, quia littus arari significat propriè terram scindi: transsumitur autem ad operam perdi, & est similitudo in hoc, quòd qui littus arat, operam perdit, & frustra laborat. ¶ Tertius modus amphibologiæ prouenit ex eo, quòd aliqua oratio com B posita plura significat: separata vero vnum solum, vt seculũ scit: hæc.n.oratio est duplex: significat enim q̃ aliquis sciat seculũ, vel q̃ seculum habeat scientiam de aliquo, & ideo ista oratio est duplex ex eo, quòd verbum, scit, potest ordinari cum hoc, quod est seculum, a parte ante, & sic est vera, & sic non sequitur conclusio, vel a parte post, & sic est falsa, & sic sequitur conclusio. ¶ Similiter, quicquid scit, hoc scit, quia hæc dictio, hoc, supponere potest huic verbo, scit, vel apponere ¶ Similiter hic, quoscunq; vellem me accipere, vellem, quòd acciperent me, pugnantes vellem me accipere: ergo vellem, q̃ pugnantes acciperent me: maior est duplex, quia hæc dictio, me, potest ordinari cum isto verbo accipere a parte ante, & sic est vera, & C non sequitur conclusio, vel a parte post, & sic est falsa, & sequitur conclusio. ¶ Similiter ista dictio, pugnantes, potest supponere vel apponere. ¶ Similiter hic, quicquid videt aliquis, hoc videt, columnam aliquis videt: ergo colũna videt, maior est duplex, vt dictum est in alijs. ¶ Similiter hic: quicunque sunt episcopi, sunt sacerdotes: asini sunt episcopi: ergo asini sunt sacerdotes. Vtraq; præmissarum est duplex, ex eo quòd hæc dictio, episcopi, potest esse nominatiui casus, vel genitiui. Q̃ autem deceptio facta ex diuersitate casus, faciat amphibologiã, D patet, quia casus datus est dictioni ad hoc, vt ordinetur cum alia dictione. Sed ordinatio dictionis cũ dictione facit amphibologiã, & non æquiuocationem: hoc.n.patet ab Aristotele formante paralogismos amphibologiæ secundum diuersitatem casus, & non æquiuocationis. ¶ Sciendum est q̃ Aristoteles ponit tres modos cõmunes æquiuocationis, & amphibologiæ. ¶ Primus modus est, quando dictio vel oratio plura principaliter significat: dictio, vt canis: oratio, vt liber Aristotelis. ¶ Secũdus modus est, qñ sic soliti sumus dicere secũdu trãssuptionẽ. Trãssumptio in dictione, vt ridere, in oratione, vt littus aratur. ¶ Tertius modus est, quã In lib. Elench.

E do compositum plura significat, separatim vero vnum solum. ¶ Exemplum in æquiuocatione, vt in his dictionibus immortale, incorruptibile. ¶ Exemplum in amphibologia, vt in ista oratione, seculum scit. In omnibus enim istis compositum plura significat: separatim vero vnum solum. ¶ Quæritur de distinctione istorum trium modorum communium, quorum primus est, quantum ad æquiuocationem, quando vnum nomen principaliter plura significat. Secundus prouenit ex transsumptione. Tertius est, quando vnum nomẽ compositum plura significat, simplex vero vnũ solum, vt immortale, incorruptibile, & hoc totum verum. ¶ Sed tunc obijcitur: decep-

Obiectio. tio proueniẽs ex consignificatione dictionis non continetur sub aliquo istorum trium modorum æquiuocationis: verbi gratia, sicut in hoc syllogismo: quicunq; sanabatur sanus est: laborans sanabatur: ergo laborans sanus est, non continetur sub tertio modo, quia laborans non est dictio composita: nec sub secundo, quia hæc dictio laborans non tenetur trãssumptiuè: nec sub primo, quia primus prouenit ex principali significatione, sed hęc dictio, laborãs, non significat principaliter tempus, sed ex consequenti per accidentia: ergo illa deceptio facta in consignificatione, non est sub aliquorum trium modorum. Solutio: deceptio, facta ex consignificatione dictionis, continetur sub primo mõ æquiuocationis. ¶ Ad hoc, quod obijcitur, quòd primus modus prouenit ex principali significatione: dicendum est, quòd principalis significatio appellatur hic, quicquid ex eadem impositione ne importatur per dictionem. sed ex eadem impositione significat quælibet dictio significationem, & sua accidentia. Ille qui enim qui imposuit hoc nomen, lapis, ad significandum lapidem, sub tali genere, sub tali numero imposuit, & sic eadem impositione imposuit impositor, quia hæc dictio, laborans, importat suum significatum, & consignificatum, & sic de alijs. ¶ Vel dicẽdum est, quòd principalis significatio ponitur in primo modo æquiuocationis, & amphibologiæ, ad remouẽdum transsumptionem in eis, quia transsumptio significatur per dictionem non principaliter, vt ridere non principaliter significat florere, sed transsumptione, per quandam similitudinem, & hęc dictio, laborans, significat præsens tempus, & præteritum imperfectum. Quæstio. ¶ Item quęritur, quare deceptio facta ex quibusdam accidentibus, facit æquiuocationem, & ex quibusdam amphibologiam. Solutio, dico quòd

A *quòd quedam ſunt accidentia, que conſequuntur dictionem non abſolutè, ſed prout eſt ordinabilis cum alia dictione: ſicut caſus, numerus ordinantur per dictiones adinuicem per talia accidentia. Male enim diceretur, homines currit, quia ibi non eſt debitus numerus, nec debitus caſus, & deceptio ex talibus accidentibus eſt deceptio in oratione, & ſic eſt amphibologia, & non in æquiuocatione. Sed ſunt alia accidentia abſoluta, quæ cõ ſequuntur dictionem per ſe, vt tempus, & genus, & per talia accidentia non ordinantur dictiones adinuicem, quia ſicut bene*

B *dicitur, homo currit: ita bene dicitur, homo currebat. Vnde licet tempus varietur, manet tamen eadem conſtructio, & ideo non conſtruuntur mediante tempore, & ſic deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione, & ita in æquiuocatione, & non in amphibologia.*

Art. 1. PRIMO ſciendum, quòd amphibologia capitur dupliciter. Vno modo large, pro omni oratione habente ſenſum dubium. Alio modo capitur ſtrictè pro omni oratione habente ſenſum dubium, proueniẽs ex multiplicitate actuali orationis multiplicis, & non dictionis æquiuocæ, & ſic capitur hic, & poteſt ſic diffiniri. ¶ Amphibologia eſt multiplicitas orationis amphibologicę, eadem in materia & forma, habens

Amphibologia dupliciter.

C diuerſos ſenſus, vel diuerſa ſignificata, non prouenientes ex multiplicitate dictionis æquiuocæ. Vnde fallacia amphibologiæ eſt idoneitas decipiendi, prouenies ex identitate orationis, diuerſa, vel diuerſos ſenſus habentis. Paſſiuè etiam poteſt diffiniri, ſicut fallacia æquiuocationis. ¶ Vnde cauſa apparentiæ eius eſt identitas actualis orationis multiplicis, ſed cã defectus ẽ multiplicitas ſenſuũ, illi oroni correſpõdẽtiũ, non ex parte dictionis æquocæ, ſed ex parte orationis multiplicis.

SECVNDO ſciendum, quòd ipſius fallacię amphibologię ſunt tres modi, ſicut ipſius fallacię æquiuocationis. ¶ Primus prouenit ex eo, quòd aliqua oratio ęque primò plures ſenſus habet, ſic, vt in vna præ- D miſſarum accipiatur pro vno, & in alia, vel in concluſione pro alio, & ſecundum iſtum modum ſic paralogizatur: quoſcunq; vellem me accipere', vellem quòd acciperent me', ſed inimicos me vellem accipere ergo velle, quòd inimici acciperent me'. Vnde dictus paralogiſmus ſoluitur per hoc quòd ly, me', in vtraque præmiſſarum conſtruitur ante', vel poſt, vel in vna à parte ante', & in alia à parte poſt: vnde quando conſtruitur à parte ante', ſenſus eſt, de quibuſcunque vellem me accipere', vellem quòd acciperent me', & ſic maior eſt falſa: ſi a parte poſt, tunc minor eſt falſa, & eſt ſenſus, inimicos vellem me accipere .i. de inimicis vellem, quòd acciperent me', & tunc iſtis duobus modis cõſequẽtia eſt bona, ſed ſi tertium, puta

E quòd in vna construatur a parte ante, & in alia a parte post, nõ valet cõsequentia, sed committitur fallacia amphibologię. ¶ Secundus modus prouenit ex eo, q̃ aliqua oratio significat plura, vel habet plures sensus, vnum primo, & principaliter, & alium minus principaliter, siue attributiuè, & in vna prẽmissarum capitur pro significato principali, & in alia, seu in conclusione pro significato minus principali, & secundũ istũ modum sic paralogizatur. ¶ Quicũque haurit aquas cribro, est iuxta aquas, sed scholaris sine libro haurit aquas cribro: ergo scholaris sine libro est iuxta aquas. ¶ Modus soluẽdi est, distinguendo istam, haurit aF quas cribro, quia vel capitur in minore, & in maiore eodem modo, & sic bene sequitur, sed sicut conclusio est falsa, ita aliqua prẽmissarum, vel non capiendo eodem modo in vtraque. s. in maiori & minori, & tũc nõ sequitur, sed cõmittit̃ ista fallacia.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ tertius modus huius fallacię prouenit ex eo, q̃ aliqua oratio, per se sumpta, vnum significat, sed iuncta cũ alia, habet diuersas significatiões, vt hæc oratio, hoc videt, habet tm̃ vnam significationem, scilicet hęc res videt, sed iuncta isti, quicquid aliquis videt, hoc videt, habet diuersas significationes. Vnde ly, hoc, potest teneri dupliciter: Vno modo in nominatiuo casu, & sic est sensus, quicquid aliquis videt, hoc videt, ideſt quãcũq; rem aliquis videt, illa res videt, vel potest teneri in accusatiuo casu, & sic est sensus, quamcunq; rem aliqs videt, illam rem videt. Et secundum G hoc sic paralogizatur. ¶ Quicquid aliquis videt, hoc videt: pariete aliquis videt: ergo paries videt. ¶ Modus soluendi est, distinguendo illã, hoc videt, quia ly, hoc, potest teneri in nominatiuo casu, vel accusatiuo, vt visum est. ¶ Circa hoc quęritur, Quæstio. vtrum illa regula, in qua dicitur, q̃ quicquid sequitur ad consequẽs bonę cõsequentię, sequitur ad eius antecedens: sit bona. ¶ Et arguitur q̃ non, quia non sequitur, ad omnem propositionem esse veram: sequitur aliquam propositionem esse veram, & ad aliquam propositionem esse veram, sequitur hominem esse asinũ, quia ad illam esse veram, tu es asiH nus, sequitur te esse asinum: ergo ad omnem propositionem esse verã, sequitur te esse asinum. Respondetur, Respõs. q̃ regula est bona, & ad rationem dicitur, q̃ maior est vera tam in sensu composito, q̃ in sensu diuiso, & minor in sensu composito est falsa, sed in sensu diuiso est vera, sed tunc nõ sequitur conclusio. ¶ Vnde sensus compositus minoris est ille, ad talẽ propositionem aliqua propositio est vera, sequitur te esse asinum, sed sensus diuisus est, ad aliquam propositionem, puta ad istam, tu es asinus, sequitur te esse asinum.

¶ ARGVITVR primo: In multis fallacijs est dubia sententia. ergo fallacia amphibologię nõ est distincta ab alijs. ¶ Secundo sic. Secũdum multiplicitatẽ huius orationis. episcopi sunt asini, fit fallacia amphibologię, sic paralogizando. ¶ Quicunque sunt episcopi, sunt homines, asni

A ni
m
&
O
ca
su
fa
d
d
d
ta
n
d
p
d
di
tic
ue
B de
Fallacia facientes multiplex potẽtiale.
S
li
ti
gi
co
cu
&
ce
de
qu
¶ I
ben
lac
dec
tat
cun
situ
in o
Fallacia cõpõnis.

Ani sunt episcopi: ergo asini sunt homines, & tamẽ prouenit ex parte dictionis. s. de ly, episcopi. ¶ Tertio sic. Omnis oratio tantum vnum significat. s. compositionem prędicati cum subiecto, ergo secundum nullam fit fallacia amphibologię. Ad primum dicitur, ꝙ amphibologia potest capi dupliciter. Vno modo largè. Alio modo strictè, vt visum est in primo notab. Ad secundum dicitur, ꝙ talis multiplicitas non prouenit ex parte de ly, episcopi, secundum se, sed ex parte illius termini, episcopi, in ordine ad alios terminos. Ad tertium dicitur, ꝙ oratio nõ significat cõpositionem prędicati cũ subiecto, sed bene verum est, quod talis compositio denotatur per illud verbum, est.

Fallacia facientes multiplex potẽtiale.

SEquitur de fallacijs, facientibus multiplex potentiale scilicet de compositione, diuisione, & accentu, & prius de compositione, quàm de alijs, quia paralogismi fiunt efficaciores secundũ compositionem ad finem sophisticum, qui est apparens sapientia, & non existens, & ideo prius dicendum est de cõpositione, quàm de alijs. ¶ Compositio est eorum, quæ debent diuidi, falsa vnio. ¶ Diuisio vero est eorum, quę debent componi: falsa diuisio. ¶ Fallacia compositionis est idoneitas decipiendi, prouenies ex identitate orationis vnius, & eiusdẽ secundum materiam, & secũdum situm magis debitum partibus, in oratione positis. ¶ Causa apparentiæ huius fallaciæ est oratio diuisa, habens identitatem in materia cum oratione composita. ¶ Causa falsitatis, siue defectus est diuersitas sensus compositi à diuiso. Notandum, ꝙ quãdo oratio est vera in sensu diuiso, & falsa in sensu composito, tunc est fallacia compositionis. ¶ Dicitur tamen oratio composita, quando determinatio determinat illud determinabile, quod magis apta natæ est determinare, & similiter dicitur oratio composita, quãdo dictiones ordinantur secundũ situm, magis debitum. ¶ Et dicitur oratio diuisa, quando determinans determinat illud determinabile, qđ non est magis apta nata determinare, vel quando dictiones ordinantur secundum situm, minimè debitum. ¶ Vnde sumitur hæc oratio gratia exempli, quicquid viuit, semper est: in ista oratione sunt duo determinata. s. hoc verbum, viuit, & hoc verbum, est, & est vna determinatio. s. semper. si ergo hęc determinatio. s. semꝑ, determinat hoc verbum est, quod ponitur a parte prędicati, sic dicitur oratio composita, quia tunc determinatio determinat determinabile, quod magis apta nata est determinare, quia illud verbum, est, ponitur in situ determinato, scilicet in prędicato. Si autem determinat hoc verbum, viuit, sic dicitur diuisa,

Fallacia cõpõnis.

E uisa, quia determinat illud determinabile, quod est minus apta nata determinare, quia illud verbum, viuit, non ponitur in situ determinato ipsius verbi, & tunc dictiones ordinantur secundum situm, minus debitum. Istius fallacia duo sunt modi. ¶ Primus modus prouenit ex eo, quòd aliquod dictum potest supponere pro se toto, vel pro parte sui. Et secundum istum modum paralogizatur sic: quemcunque possibile est ambulare, possibile est, quòd ipse ambulet: sedentem possibile est ambulare, ergo possibile est, quòd sedens ambulet. ¶ Ad F hoc dicendum est, quòd minor est duplex, quia si hoc dictum, sedentem ambulare, supponat pro se toto huic prædicato, est possibile, idest sedens sedendo potest ambulare: tunc hæc composita est falsa, sicut etiam est impossibile dicere, quòd sedens ambulet. Si autem istud dictum supponat pro parte sui: tunc est diuisa, & vera, & non sequitur conclusio, & est sensus: sedentem possibile est ambulare, idest sedens nunc, habet potentiam, vt postea ambulet. Et similiter, quemcunque possibile est scribere, possibile est, quòd ipse scribat: non scribentem scribere, est possibile: ergo possibile est, quòd non scribens scribat. Dicendum est ad istum paralogismum, sicut ad primum. ¶ Secundus modus pro- G uenit ex eo, quòd aliqua determinatio potest referre diuersa, & penes istum modum paralogizatur sic: quicunque literas scit nunc, didicit eas, sed iste antiquus grammaticus scit literas: ergo nunc didicit eas. Dicendum quòd maior est duplex, quia hæc determinatio, nunc, potest determinare hoc verbum didicit, & sic est composita, & falsa, & sequitur conclusio, vel potest determinare hoc verbum, scit, & sic est diuisa, & vera, & non sequitur conclusio. ¶ Similiter hic quod vnum solum potest ferre, plura potest ferre, sed quod potest non plura ferre po- H test vnum ferre: ergo quod potest non plura ferre, potest plura ferre. Dicendum, quòd maior est duplex, quia hæc determinatio, solum, potest determinare hoc verbum, potest, & sic maior est falsa, & composita, & est sensus, quòd illud, quod potest ferre vnum cum alio potest ferre plura, vel potest determinare hoc verbum, ferre, & est sensus verus, & propositio diuisa vera, sub hoc sensu, quod potest iam ferre vnum solum, & ferre non plura, potest plura ferre. ¶ Similiter: tu scis, tantum tres homines currere, posito casu quòd sex currant, & nescias de tribus: hoc est duplex, quia hæc dictio,

tantum,

A tantum, potest determinare hoc verbum scis, vel currere: si determinat hoc verbum currere, sic est composita, & falsa: si scis, tunc est diuisa & vera, & paralogizatur sic: tu scis tantum tres homines currere: posito casu quòd sex currant, sed quicquid scitur, est verum: ergo tantum tres homines currere, verum est: maior est duplex, vt iam dictum est. De fallacia diuisionis.

Fallacia diuisiõis. Quid sit diuisio, dictũ est prius. ¶ Fallacia diuisionis est idoneitas decipiendi, proueniens ex eo, quòd oratio aliqua composita est vera, & diuisa falsa: vna, & eadem manens secundum materiam, differens secundum formam diuersa significat, quæ creditur esse vera in sensu diuiso: eo quòd veritatem habet in sensu composito. ¶ Causa apparentiæ huius fallaciæ est oratio composita, habens identitatem in materia cum oratione diuisa, vel causa apparentiæ est identitas orationis eiusdem secundum substantiam & secundum situm, minus debitum. ¶ Causa defectus est diuersitas sensus diuisi a sensu composito. Istius fallaciæ duo sunt modi. ¶ Primus modus prouenit ex eo, quòd aliqua coniunctio potest copulare inter terminos, vel inter propositiones, & secundum istum modum paralogizatur sic: Quecunque sunt duo & tria, sunt duo, & sunt tria: quinque sunt duo, & tria: ergo quinque sunt duo, & quinque sunt tria. Ad hoc dicendum est, quòd minor est duplex, quia hæc coniunctio, &, potest coniungere, & copulare inter terminos, vel inter propositiones, si inter terminos, sic est vera composita, & est sensus, duo & tria, simul iuncta, faciunt quinque: si inter propositiones, sic est falsa & diuisa, & est sensus, quòd duo sunt quinque personæ, & quòd tria sunt quinque personæ, quod est falsum. ¶ Similiter est hic, quecunque sunt duo & tria, sunt paria & imparia: quinque sunt duo, & tria: ergo quinque sunt paria, & imparia. Dicendum est, quòd minor est duplex, quia ibi potest esse copulatio inter terminos, et sic est vera, & composita, & est sensus: quinque sunt duo & tria, in simul coniuncta: vel ibi est copulatio inter propositiones, & sic est falsa & diuisa, & est sensus, quinque sunt duo, & quinque sunt tria, quod est falsum. ¶ Similiter hic: omne animal est rationale vel irrationale, sed non omne animal est rationale, ergo omne animal est irrationale. Dicendum, quòd maior est duplex eo, quòd ista coniunctio vel, potest coniungere inter terminos, & sic est vera, & com-

E *composita, vel inter propõnes, & sic est falsa, & diuisa.* ¶ *Similiter hic; omne animal vel est sanũ vel est ægrum, vel sic omnis substantia est corporea vel incorporea, uel sic: omnis linea est recta uel curua, vnde omnes istę sunt uerę, quando coniunctio cõiungit inter terminos, & sunt cõpositę, sed sunt falsę quando coniũctio coniungit inter orationes & propositiones, & diuisę, quia coniunctio per se, & primo est cõiunctiua partiũ orationis: ex consequenti ipsa coniungit orationẽ cum oratione.* ¶ *Secũdus modus huius fallaciæ diuisionis proue-*
F *nit ex eo, quòd aliqua determinatio põt referri ad diuersa, ut hic, quo uidisti hunc percussum, percussus est, sed oculo uidisti hunc percussum, ergo oculo percussus est. Dicendum est quod minor ẽ duplex, qa istę ablatiuus, oculo, põt determinare hoc participiũ percussum, & sic est diuisa & falsa, & est sensus, tu uidisti hunc percussum oculo, & sic sequitur conclusio, uel potest determinare hoc uerbum, uidisti, & sic est cõposita, & vera, & tũc est sensus: tu uidisti cum oculo hunc percussum, sed tũc non sequit cõclusio.*

Art. 1. PRIMO sciendum, q̃ post quã determinatum est de fallacijs, quę fiunt ſm multiplex actuale: cõsequẽter determinandum est de fallacijs, quę fiunt secundum multiplex potẽtiale. Et primo de fallacia cõpõnis, G & diuisionis. ¶ Vñ compositio, ſm quam fit fallacia compositionis, est diuidendorum acceptio secundum vnionem eorum adinuicẽ, ſm quã faciunt sensum falsum, quę si accipe rentur ſm eorum diuisionem, facerent sensum verum. Sed diuisio est componendorum separatio, hoc est quòd ibi est diuisio, quando termini accipiuntur secundum separationem, quam habent adinuicem, secũdum quam faciunt sensum falsum, qui acciperentur secundum eorum vnionẽ, facerent sensum verũ. ¶ Vnde fallacia compositionis est idonei tas decipiendi, prouenięns ex identitate orationis compositę falsæ, & diuisę veræ, idest fallacia compositionis, fit quãdo arguitur à sensu diuiſo vero ad compositum falsum. H ¶ Causa apparẽtię est idoneitas orationis compositę cum diuisa, sed cã defectus est diuersitas sensuum orationis compositę cum diuisa. Sed fallacia diuisionis est idoneitas decipiẽdi, prouenięns ex identitate orationis diuisę falsę, & cõpositę veræ: hoc est fallacia diuisionis committitur, quando arguitur a sensu composito vero, ad sensum diuisum falsum. Causa apparentię est idemptitas orationis diuisę cum composita, sed cã defectus est diuersitas sensuum illarum orationum, scilicet compositæ, & diuisæ.

SECVNDO sciendum, q̃ ipsius Art. 2. fallacię compositionis, & diuisionis possunt assignari tres modi. ¶ Primus modus fit pœnes orationem cõpositam, & diuisam: in quibus ponũ

tur

A tur modi verificabiles de tota propo
Vide Sc. in 1. dis. 21. & d. 39. & 4. & alibi sæ pe. sitione, vt sunt possibile, impossibi-
le &c. Vnde quando tales modi se te
nent ex parte subiecti, vel prædicati,
faciunt compositam, sed quando se
tenent ex parte copule, faciunt diui
sam, vt sedentem possibile est ambu
lare. Et tunc est fallacia compositio-
nis, quando arguitur a diuisa vera
ad cõpositam falsam, & diuisionis,
q̃n arguitur à composita vera ad di-
uisam falsam. Exemplum primi, vt
sic arguendo, quemcunq; possibile
est ambulare, possibile est, vt ambu-
let, sedentem possibile est ambula-
re, ergo possibile est, q̃ sedens am-
bulet, ibi arguitur à diuisa vera ad
cõpositam falsam. Et ad faciendum
fallaciam diuisionis ponatur impos
sibile de loco possibile, vt quemcun
que impossibile est ambulare impos
sibile est q̃ ambulet, sed impossibile
est sedentem ambulare, ergo seden-
tem impossibile est esse ambulantẽ.

B ¶ Modus soluendi est, negando con
sequentiam, quia committitur falla
cia diuisionis, arguendo à sensu cõ-
posito vero ad sensum diuisum fal-
sum. Vel potest solui, distinguendo
præmissas, i quibus ponitur modus
penes sensum compositum, & diui-
sum. ¶ Secũdus modus fit penes ora
tionem compositam vel diuisam, in
qua ponitur coniunctio, vel aduer-
bium, potens facere propositionem
cathegoricã, vel hypotheticam. Vñ
si faciat cathegoricã, est composita,
si hypotheticam, est diuisa, vt quęcũ
que sunt duo & tria, sunt paria & im
paria, sed quinq; sunt duo & tria. er
go quinq; sunt paria, & imparia, põt
solui distinguendo p̃missam, in qua C
ponitur coniunctio. ¶ Vnde est re- Regula.
gula generalis, q̃ quandocunq; ali-
qua coniunctio, vel æquiualens (si-
cut aduerbium) ponitur inter termi
nos, tunc illa potest distingui secun
dum istum modum, quia vel potest
coniungere inter terminos, & tunc
est cathegorica, vel inter propositio
nes, & sic est hypothetica, & hoc fit
propter assistentes, ne videatur duci
respondens ad illam fallaciam.

Tertio sciendum, q̃ tertius Art. 3.
modus fit penes orationem compo-
sitam, vel diuisam, in qua ponitur
dictio, quæ potest construi cum mul
tis constructibilibus: cum hoc tamẽ
magis conuenienter cum vno, q̃ cũ
alio. Vnde si cõstruatur cum illo, cũ
quo magis conuenienter debet con-
strui, facit sensum compositum, sed D
si cum illo, cum quo minus conue-
nienter debet construi, facit sensum
diuisum. ¶ Vnde determinatio ma-
gis conuenienter construitur cũ de-
terminabili præcedẽte, quam sequẽ
te, & cum propinquiori, q̃ cum lon-
giori, vt quicquid viuit, semper est:
si ly, semper, construatur cum ly, vi
uit, facit sensum compositum, sed si
cũ ly, est, facit sensum diuisum. Ex
quo sequit, q̃ ille modus debet sol-
ui per distinctionem illius præmis-
sæ, in qua ponitur talis dictio, q̃ põt
construi cum multis constructibili- An quid-
bus. ¶ Circa hoc quæritur, vtrũ illa quid repu
regula generalis: in qua dicitur, qđ gnat con
quicquid repugnat consequenti, re- sequenti.
pugnat antecedenti: sit vera. Et videt repugnat
q̃ non, quia animal est consequens antecedẽ-
ad hominem, & tamẽ sibi repugnat ti.

esse

E esse speciem specialissimam, & tamē non repugnat homini: igitur. Respō detur, ꝙ regula est vera. Et pro solutione est aduertendum, ꝙ antecedēs capitur dupliciter: Vno modo, ꝙ termino inferente, & consequens pro termino illato, & sic non capitur in illa regula. Alio modo capitur pro ꝙ positione, quę antecedit, & consequens pro propositione, quæ sequitur, & sic capitur in regula.

¶ Argvitvr primo sic: Istæ fallaciæ non fiunt secūdum aliquod multiplex: ergo non sunt in dictione. Antecedens patet, quia fiunt penes orationem compositam, & diuisam, sed tales non habent diuersos sensus, quia composita non habent, nisi sensum compositum, & diuisa diuisum. ¶ Secundo sic: Istæ fallacię
F non sunt in dictione, quia non sumunt causam apparentię ex parte dictionis, sed orationis. ¶ Tertio sic: Istæ fallacię habent eandem causam apparentię cum identitate orationis: ergo non distinguuntur. Ad primum dicitur, quòd composita habent tātum vnum sensum, & etiam diuisa: ideo de rigore sermonis nulla talis est distinguenda: dicuntur tamen multiplices, quia capiuntur in sensu composito & diuiso, ne quis videatur redargui ab assistentibus. Ad secundum dicitur, quòd quando dicitur fallacia in dictione: ly, dictione, capitur largè, vt se extendit ad orationem. Ad tertium dicitur, quòd non est eadem causa apparentię: nam causa apparentiæ fallaciæ compositionis est identitas orationis compositę cum diuisa, sed causa apparentię fallaciæ diuisionis est idē G
titas orationis diuisę cū composita.

Fallacia accentus.

SEquitur de fallacia accentus. ¶ *Accentus est certa lex, vel regula ad eleuandum, vel deprimendum syllabam vniuscuiusque dictionis, & iste accentus diuiditur in accentum grauem, acutum & circunflexum.* ¶ *Grauis est qui deprimitur in fine.* ¶ *Acutus accentus est, qui in fine eleuatur, vel acuitur.* ¶ *Circunflexus est, qui acuitur & deprimitur simul, vel circunflexus est, qui procedit ab imo, & procedit in altum, & finaliter tendit in imum, vt hierusalem.* ¶ *Fallacia accentus est idoneitas decipiendi, procedens ex multiplicitate dictionis eiusdem secūdum* H *substantiam, diuersa secundum modum proferendi diuersa significantis.* ¶ *Causa apparentiæ huius fallaciæ est vnitas dictionis secundum materiam, vel secundum substātiam solum. Causa defectus est diuersitas significatorum. Istius fallaciæ duo sunt modi.* ¶ *Primus modus prouenit ex eo quòd aliqua dictio potest proferri diuersis accentibus, vt hic omnis populus est arbor, gens est populus, ergo gens est arbor. Dicendum est, quòd maior est duplex, quia primà syllaba huius dictionis populus potest proferri longa, & sic est vera, & non sequitur conclusio, vel potest esse*

breuis,

A breuis, & sic est falsa, & sequitur conclusio. ¶ Similiter hic, omnis ara est in templo: stabulum porcorum est ara: ergo stabulum porcorum est in templo. Dicendum hic sicut prius. ¶ Similiter hic, quicquid amatur, hamo capitur, mulier amatur: ergo mulier hamo capitur. Dicendum est, quòd maior est duplex, eo quòd hæc dictio, amatur, potest proferri cum aspiratione, vel sine aspiratione: si primo modo, sic est vera, & non sequitur conclusio: si secundo modo, sic est falsa, & sequitur conclusio, vel sic, quoscunque viros iustum est B pendere, dignum est pœnam pati, sed iustos viros iustum est pendere: ergo iustos viros dignum est pœnam pati, vnde vtraque præmissarum est duplex, eo quòd hæc dictio, pendere, potest proferri media longa, vel media breui. ¶ Secundus modus prouenit ex eo, quòd aliqua vox potest esse dictio vel oratio, vt hic, tu es, quies, sed quies est requies, ergo tu es requies. Dicendum est, quòd maior est duplex, eo quòd quies, potest esse dictio, vel oratio: si sit dictio, tunc est falsa, & sequitur conclusio, si sit oratio sic est vera, et non sequitur conclusio. ¶ Similiter hic, quicquid fecit Deus inuite, fecit Deus coacte, sed Deus fecit vinum in vite, ergo Deus fecit vinum coacte? Dicendum est, quod maior C est duplex eo, quod, inuite, potest esse oratio, vel dictio: si dictio, sic est vera, et non sequitur conclusio, vel potest esse oratio, et sic est falsa, et sequitur conclusio. ¶ Similiter hic: quicunque habet dilectionem supernam, habet dilectionem Dei, vsurarius habet dilectionem supernam, ergo vsurarius habet dilectionem Dei. Dicendum quod hæc dictio, supernam, potest capi dupliciter. Vno modo, vt est dictio, et sic minor est falsa, et sequitur conclusio: alio modo potest esse oratio, et sic est vera, et non sequitur conclusio. ¶ Similiter hic: Metuo longæuas præeunte nocte lidia dor- D mis, vnde hæc dictio, metuo, potest esse dictio, vel oratio.

PRIMO sciendum, quòd quatuor sunt accidentia syllabę scilicet tempus, aspiratio, numerus literarum, & accentus, & penes tria scilicet tempus, aspirationem, & accentum potest fieri fallacia. ¶ Aduerte tamen quod accentus potest capi dupliciter. Vno modo strictè, & sic est modulatio vocis penes eleuationē, vel depressionem in diuersis eius partibus. Alio modo capitur largè, vt non distinguitur contra alia tria accidentia, & sic est modus significatiuus proferendi, vel scribendi dictionem incomplexam. Dicitur notanter, significatiuus, propter eleuationem, vel depressionem dictionum in cantu, vel melodia: nam talis

Art. 1. Quatuor accidētia syllabæ.

E talis non dicitur accentus. Dicit notanter, dictionem in complexã, propter compositionem & diuisionem. ¶ Vnde fallacia accentus est idonei tas decipiendi, proueniens ex identitate materiali dictionis diuersæ secũ dum modum proferendi, diuersa significantis. ¶ Causa apparentiæ est identitas dictionis in materia, sed cã defectus est politas significatorum.

Art. 2. SEC VNDO sciendum, ꝙ istius fallacię communiter assignãtur duo modi. ¶ Primus prouenit ex eo, ꝙ aliqua dictio potest regi secundũ di uersos accentus, vt omnis populus est arbor: gens est populus: ergo ges est arbor. Similiter quemcunque dignum est pendere, dignum est pœnam pati, sed iustum dignum est pẽ F dere: ergo iustum dignum est pœnã pati. Similiter, omne malum est pomum: prauum est malum: ergo prauum est pomum. Modus soluendi est, primo ad primum distinguendo de ly, populus, nam prima de populus, pot esse breuis, vel longa in vtra que præmissarum, vel in conclusione, & sic nõ committitur fallacia aliqua, vel in vna potest esse breuis, & in alia longa, & sic committitur hæc fallacia. Similiter dicatur de media de, pendere, nam si sit breuis, significat dare pœnam: si longa, significat sustinere pœnam. Similiter dicat de prima de, malum, nam quãdo est lõga, idem est, ꝙ pomum, & qñ est breuis, idem est ꝙ prauum. ¶ Et ad illũ modũ reducitur modus proueniens ex variatione aspirationis, vt quicquid amatur, hamo capitur: Petrus amatur: ergo Petrus hamo capitur. Soluitur per distinctionem præmis- G sarum, nam vel ly, amatur, in vtraq; scribitur cum aspiratione, vel sine aspiratione, & sic non committitur fallacia, vel in vna cum aspiratione, & in alia sine aspiratione, & sic committitur hæc fallacia. ¶ Vnde hamare scriptum cum aspiratione, significat capere pisces cum hamo. i. cum tali instrumento, sed sinẽ aspiratione idem est, quod diligo.

TERTIO sciendum, ꝙ secundus modus huius fallaciæ prouenit ex eo, ꝙ aliqua vox materialiter potest esse dictio, vel oratio, vt quies, supernam inuite. Vnde quies, potest esse nomen vel oratio composita ex illo relatiuo, qui, & illo verbo, es: similiter inuitè potest esse aduerbium H significãs id, quod coactè, vel potest esse oratio composi tã ex illa præpositione, in, & ablatiuo, vite, quæ significat tantum sicut in vinea: etiam, supernam, potest esse oratio composita ex præpositione, super, & illo accusatiuo, nam, & tunc valet tm, sicut super pecuniam, vel potest esse dictio, & tunc valet tantum, sicut cœlestẽ, & secundum hoc potest sic paralogizari: Quicquid Deus facit inuitè, facit coactè, sed Deus facit racemos inuite: ergo racemos facit coactè. ¶ Modus soluendi est, distinguendo de ly, inuite, quia vel in vtraque præmissarũ accipitur vt vna dictio, vel vt vna oratio, & sic non est fallacia, vel in vna vt dictio, & in alia vt oratio, & sic committitur hæc fallacia: similiter dicatur de alijs. ¶ Aduerte etiam, quod fallacia potest fieri ex diuersa accentuatione dictionis

A nis pęnes eleuationem, vel depreſſionem, vt ſi dominus ironicè dicat ſeruo ſuo, ò quam bonus famulus es tu, & ſi ſeruus inferat, ergo debeo bene premiari, tunc cõmittitur hæc fallacia. Ex quo ſequitur, q̃ poſſunt aſſignari tres modi huius fallaciæ.

An ad impoſſibile ſequatur quodlibet ſimpliciter.

¶ Circa hoc quęritur, vtrum ad impoſſibile ſequatur quodlibet ſimpliciter. Et videtur q̃ non, quia non ſequitur, Deus non eſt, ergo Deus eſt, quia in qualibet bona conſequẽtia, debet eſſe habitudo rerum ſignificatarũ per antecedens & conſequens, ſed nulla eſt talis habitudo, igitur. Pro reſponſione eſt aduertendum, q̃ aliqua propoſitio dicitur eſſe impoſſibilis dupliciter, ſ. formaliter, ſicut copulatiua compoſita ex partibus contradicentibus, vt ſortes currit, & ſortes non currit, alia eſt im-
B poſſibilis materialiter, i. ratione habitudinis terminorum, vt homo eſt aſinus. Tunc ponitur propoſitio, omnis conſequentia, cuius antecedens eſt propoſitio impoſſibilis, ſiue formaliter, ſiue materialiter eſt bona. Et ad rationem dicitur, q̃ non oportet ad bonam conſequentiã, q̃ ſit habitudo rerum ſignificatarũ, ſed ſufficit, quod ſit habitudo antecedentis ad conſequens, ſic videlicet, q̃ impoſſibile eſt ita eſſe, ſicut per antecedens ſignificatur, quin ita ſit, ſicut per conſequens ſignificatur, hoc eſt quod dicit Scot. q̃ per conſequentiã extrinſecã poſſunt ſequi cõtradictoria, & quodlibet, vt hic per diffinitionem conſequentiæ, quia talis eſt habitudo, q̃ impoſſibile eſt, hoc eſſe verum, ſine illo conſequente.

In j. diſt. 11. q. 2.

¶ Argvitvr primo ſic: Non C eſt aliqua fallacia pęnes accidentia literæ, ergo non debet fieri penes accidentia ſyllabæ. ¶ Secundo ſic. Si eſſet fallacia accentus maximè eſſet ſic arguendo, omne malum eſt pomum, peccatum eſt malũ, ergo peccatum eſt pomũ, ſed hoc non, quia ibi eſt fallacia æquiuocationis, igitur. ¶ Tertio ſic. Superna, aliter ſcribitur, quando eſt dictio, & qñ eſt oratio, igitur non eſt eadem dictio ſecundũ materiam. Ad primum dicitur, negando conſequentiam, quia non eſt ſimile de accidentibus ſyllabę & literę. Ad ẽm dicitur, q̃ malum non poteſt facere fallaciam æquiuocationis, quia non ſignificat diuerſa ſecũdum materiam, formam, & modũ proferendi. Ad tertium dicitur, q̃ bene probat, quod ſuperna, non facit fallaciam accentus in ſcripto, ſed D non probat, quod non facit fallaciã accentus in voce.

Fallacia figuræ dictionis.

Sequitur de fallacia figuræ dictionis. ¶ *Fallacia figuræ dictionis vltimo ponitur ĩter fallacias in dictione, quia facit multiplex phantaſticũ.* ¶ *Figura. n. eſt, quæ termino, vel terminis clauditur, termino, vt circulus, terminis, vt triangulus, quadrangulus. Et ſimilitudinariæ fallacia figurę dictionis eſt ſimilitudo dictionis cũ dictione pęnes finalẽ terminationẽ in parte, non idem ſignificante, & facit multiplex phãtaſticũ.* ¶ *Eſt aũt multiplex phantaſticum, qñ aliqua dictio ſignificat*

E ficat vnũ, et vŕ significare aliud propter similitudinem, quam habet in parte cum alia dictione, vt videre significat passionẽ, & videtur significare actionẽ, propter hoc, ꝙ est simile huic verbo, agere. Causa apparẽtię huius fallaciæ est similitudo dictionis in parte cũ alia dictione non idẽ significãte. ¶ Causa defectus huius fallaciæ est diuersitas eorũ, quæ vñr esse similia. ¶ Ista aũt similitudo fit tribus modis ſ. voce, significatione, & suppositione, & ſc ãm hoc tres sunt modi huius fallaciæ. ¶ Primus modus prouenit ex simili terminatione dictionis cum alia dictione, vt qualiscunque est musa, talis est poeta, sed musa F est fœminini generis: ergo poeta est fœminini generis. Dicendum, ꝙ non sequitur, quòd si aliqua sint eiusdem terminationis, quòd sint propterea eiusdem generis. Similiter hic, omnis aqua est humida. fluuius est aqua, ergo fluuius est humida, dicendum, ꝙ nõ oportet, ꝙ si fluuius sit aqua, ꝙ ergo quicquid dicatur de aqua, ꝙ hoc etiam dicatur de fluuio sub eadem terminatione, vel sic, omnis homo est albus, mulier est homo, ergo mulier est albus. Vnde in omnibus prædictis paralogismis masculinũ interpretat̃ femininũ aut si formeĩ sic paralogismus, musa & poeta similiter terminãtur, sed musa est fœminini gñis, ergo & poeta, tũc nõ est ibi fallacia figurę dictionis, sed fallacia cõsequẽtis à cõiter accidẽtibus, vt postea patebit. ¶ Scũs modus ꝓuenit ex mutatione unius ꝑdicamẽti in aliud, vel qñ vna species vnius prædicamenti mutatur in aliã ſpeciẽ, vt hic, quicquid heri emisti, hodie comedisti, carnes crudas heri emisti, ergo carnes crudas hodie comedisti. Dicẽdũ, ꝙ nõ sequit̃: quia, quicquid, dicit rẽ de prædicamẽto substãtię: crudũ dicit rẽ de prædicamẽto qualitatis, & sic ꝓcedit̃ de uno ꝑdicamẽto ĩ aliud. Similiter hic, quicqd heri vidisti, hodie vides, sed vidisti heri albũ, ergo albũ hodie vides. Dicendũ, ꝙ nõ sequit̃, quia albũ significat per modũ qualitatis: quicquid vero dicit rẽ de ꝑdicamẽto substãtiæ. Similiter, do tibi solũ denariũ, sed solũ denariũ nõ habeo, ergo do tibi, qđ nõ hẽo. Dicẽdũ ꝙ hęc dictio, solũ, dicit relationẽ, quia vt hŕ in ſcdo Elenchorũ, solũ dŕ, quasi non cũ alio, & hæc dictio, quod, dicit substantiã, & sic ꝓceditur à relatione ad substãtiam. Similiter est hic, aliquis dat cito equum, sed non habet cito equum, ergo aliquis dat cito, quod non habet. Dicendũ quòd nõ sequitur, quia, cito, dicit modũ actus, siue qualitatẽ, & ꝙ dicit substãtiã, & sic ꝓceditur a qualitate ad substãtiã. Similiter hic sic ꝓcedit̃ ab una ſpecie uni° ꝑdi-

G

H

A p̃dicamẽti ad aliã, vt quãtoſcũque digitos heri habuiſti, hodie habes, decẽ digitos heri habuiſti, ergo decẽ digitos hodie habes, poſito ꝙ, vnũ amiſeris. Dicendũ ꝙ nõ ſequit, qa hic dictio, quãtoſcũque, dicit quãtitatẽ cõtinuam, & hæc dictio decẽ, dicit quãtitatem diſcretã ¶ Tertius modus prouenit ex diuerſa ſuppoſitione termini, vt hõ eſt ſpẽs, ergo aliquis hõ eſt ſpecies. Et hic, homo eſt digniſſima creaturarũ. ergo aliquis hõ eſt digniſſima creaturarum, hic eſt ꝓceſſus à ſimplici ſuppoſitione ad perſonalẽ: Similiter hic oĩs hõ eſt animal, ergo omnis hõ eſt hoc animal: Similiter hic, ani-
B mal eſt ſortes, aĩal eſt plato, et ſic de aliys, ergo animal eſt oĩs hõ, hic fit proceſſus à pluribus determinatis ad vnam determinatã, & iſte modus ſolet appellari vni uocus, quia ille terminus, aĩal, vniuoce, & equaliter ſic ſe habet ad omnia ſuppoſita, vnde in qualibet præmiſſarũ ſupponit ꝓ vno, in cõcluſione vero pro pluribus, & ſic variat eius ſuppoſitio. ¶ Et intelligẽdũ eſt, ꝙ in prædictis quale quid interpretatur hoc aliquid, id eſt cõmune vel vniuerſale interpretat ſingulare, ſi enim animal eſt hoc aliquid, tunc ſic arguitur, animal eſt ſortes, animal eſt plato, & ſic de aliys, ergo animal eſt omnis homo, eſt bonum argumentũ, ſicut hic, ſortes cur-
C rit, Plato currit, & ſic de aliys, ergo omnis homo currit. Similiter hic non ſequitur, quãdo fit proceſſus ab immobili ſuppoſitione ad mobilem, vt omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal, & ſic de aliys. Hos tres modos ponit Ariſtot. dicẽs, ꝙ fi- In lib. gura dictionis fit, qñ interpretat Elenc. non idẽ vel diuerſum, vt maſculinũ, femininũ, vel neutrum, vel econuerſo, & rurſus quid interpretatur quale, vel quantum, iterum qñ commune interpretatur ſingulare, vel hoc aliquid.

Primo ſciendũ, ꝙ finaliter de Art. 1. terminandũ eſt de fallacia figuræ dictionis inter fallacias in dictione.
D ¶ Et aduerte, ꝙ hic non capitur, dictio, ſtrictè, ſed largè, ꝙ omni ſigno ad placitum inſtituto, ſiue ſit dictio ſimplex, ſiue oratio. ¶ Aduerte vltra, ꝙ fallacia figuræ dictionis non eſt aliud, q̃ ſimilitudo vnius dictionis cũ alia, ipſis differẽtibus in materia, capiendo ſemper large dictionem. ¶ Aduerte vltra, ꝙ fallacia figure dictionis eſt idoneitas decipiẽdi, prouenies ex ſimilitudine dictionis cũ dictione in parte, non idem ſignificante. ¶ Cauſa apparentiæ eſt ſimilitudo dictionis cũ dictione, propter quam creditur, ꝙ ille dictiones conueniant in ſignificato, [illegible] modo ſignificandi, vel aliqua p[illegible]rop[illegible] ex [illegible]im[illegible] ¶ Cauſa defectus eſt diſ[illegible]ific[illegible] ſignificatorum, vel conſigni[illegible] onum illarum dictionum, & eius cõiter aſſignantur tres modi. ¶ Primus eſt credendo, ꝙ dictiones, vel propoſi-

E positiones similes in voce, vel in scripto, habeant similes significationes, vel modos significandi, vel proprietates: exemplum de dictione, vt musa est fœminini generis: ergo & papa, verberare est agere, ergo sentire est agere: Exemplum de oratione, vt cuiuslibet cõtradictionis altera pars est vera: ergo altera pars cuiuslibet contradictionis est vera. ¶ Modus respondendi ad omnes paralogismos est, negando cõsequentiam, quia nõ debet propter similitudinem dictionum, vel propositionum in voce, vel scripto in ferre similitudinem in significatione, vel modo significandi, vel proprietate'.

Art. 2. SECVNDO sciendum, q̃ secundus modus huius fallaciæ est, quando sub termino distributiuo vnius prædicamenti subsumitur terminus alterius prædicamenti, vt quicquid heri emisti, hodie comedisti, sed crudum heri emisti; ergo crudum hodie comedisti, similiter quotiescunque fuisti Parisijs fuisti homo, sed bis fuisti Parisijs: ergo bis fuisti homo. Primus soluitur, negando consequentiam, quia sub termino distributiuo subsumitur terminus prædicamenti qualitatis, sed secundus soluitur, negando consequentiam, quia sub termino prædicamenti, quãdo, sumitur terminus prædicamenti quantitatis. Vnde ly, [illegible] aliq̃ est distributiuũ [illegible] q̃, valẽs tm, sicut q̃cunque [illegible] q̃ est distributiuũ q̃titatis discretę, denotãs iterruptionẽ tpis, & tũc nõ esset aliqua fallacia, sed maior erit falsa. Fit et ille modus, q̃ sub termino distributiuo vnius p̃dicamẽti, vnius speciei, subsumit terminus eiusdẽ p̃dicamẽti, licet alterius speciei, vt quãtoscunq; digitos heri habuisti, hodie habes, decẽ digitos heri habuisti, ergo decẽ digitos hodie habes, posito casu, q̃ perdideris vnũ, soluitur negãdo cõsequẽtiã, qa sub termino qtitatis cõtinuæ subsumitur terminus quãtitatis discretæ. G

TERTIO sciendum, quòd consequẽter ponit tertius modus huius fallacię, q̃ puenit ex varia mutatione suppositionis, & hoc cõtingit tripliciter. ¶ Primo q̃n variatur genus suppositionis, puta q̃n arguit a simplici ad p̃sonalẽ, vel ecõtra, vel a materiali ad p̃sonalẽ, vel ecõtra, vt nullus hõ est spẽs, homo est homo, ergo hõ non est spẽs. ¶ Secũdo contingit, H q̃n arguitur a suppositione confusa tm̃ ad terminatã vel discretam, manente eodem signo confusiuo, vt omnis homo est animal, ergo animal est omnis homo. ¶ Tertio prouenit arguẽdo à pluribus determinatis ad vnã determinatam, vt caput hẽt sortes, caput hẽt Plato, & sic de aliis, ergo caput habet omnis homo: Quid autẽ sit arguere à pluribus determinatis ad vnam determinatã visum est in locis. Et omnes isti paralogismi soluuntur negando consequentiam quia variatur suppositio, vel arguit a pluribus determinatis ad vnã determinatã. ¶ Et aduerte, q̃ ille modus posset intelligi per primum, licet forte non ita manifeste. Vnde dicitur in textu, q̃ hęc fallacia fit, quotiescunque interpretatur, quale quid, esse hoc aliquid, de quo vide Sup. cat. 83. A.

Sco.

A Sco. ¶ Circa hoc quęritur, vtrum ne
In q. quot lib. q. 5. in fine primi art. ceſſariũ ſequitur ad quodlibet. ¶ Et arguitur ꝙ non, quia non ſequitur, Petrus currit: ergo Petrus non fuit Romæ, dato ꝙ non fuerit, & tamen cõſequens eſt propoſitio neceſſaria, cũ ſit propoſitio de ꝓterito vera. Reſpondetur ponendo aliquas propoſitiones. ¶ Prima: duplex eſt propõne ceſſaria. ſ. ſm materiam, & formam. Secundum formam eſt diſiunctiua compoſita ex partibus contradicentibus, vt ſortes currit, vel ſortes non currit. Secundum materiam eſt neceſſaria ratione habitudinis terminorum, vt homo eſt animal. Et talis eſt duplex, ſ. neceſſaria ſimpliciter, vt homo eſt animal, & neceſſaria ſm quid, vt ſunt propõnes de præterito
B veræ, & tales non oportet ſequi ad quodlibet. ¶ Secũda propoſitio, omnis conſequentia, cuius conſequens eſt propoſitio neceſſaria ſecundum formam vel ſecundum materiam, quæ eſt neceſſaria ſimpliciter, eſt bona conſequentia.

¶ Argvitvr primo ſic. Nulla eſt fallacia figuræ oĩonis. ergo nulla eſt fallacia figuræ dictionis, cum non videatur maior ratio de vna, q̃ de alia, cum orationes habeãt ita benè ſimilitudinem, ſicut dictiones. ¶ Secundo ſic. Fallacia figuræ dictionis ſumit cauſam defectus ex parte ſignificatorum. ergo non eſt fallacia in dictione. ¶ Tertio ſic. Fallacia figuræ dictionis nõ eſt in dictione. ergo male aſſignatur. Antecedens patet, quia non fit ſecundum aliquod multiplex, quia hoc eſſet ſecundum multiplex phantaſticum, quod nõ eſt verum multiplex, ſed apparens. Ad primum dicitur, ꝙ quando dicitur fallacia figuræ dictionis, ibi capitur dictio largè pro omni ſigno ad placitũ ſignificante. Ad ſecundum negaſ cõſequentia, quia fallacię non capiunt ſuas denominationes, vel diſtinctiones ex parte cauſæ apparẽtiæ. Ad tertiũ dicitur, ꝙ fallacia figuræ dictionis eſt in dictione', & ſic ſm multiplex phantaſticum, quia licet nõ ſit verum multiplex, eſt tamen multiplex apparens, quod ſufficit. Vnde quando dicitur, ꝙ triplex eſt multiplex, ibi capitur, multiplex, largè, ſiue ſit verum, ſiue apparens. C

Fallacia extra dictionem.

SEquitur de fallacijs extra dictionem, quę ſunt ſeptem, ſcilicet accidens, ſecundum quid ad D *ſimpliciter, ignorantia elenchi, petitio principij, conſequens, non cauſa vt cauſa, ſecundum plures interrogationes vt vnã. Differũt iſtæ fallacię a fallacijs in dictione, quia fallaciæ in dictione habent cauſam apparẽtiæ ex parte vocis, ſed fallaciæ extra dictionem habent cauſam apparentię, & defectus ex parte rei, & nõ ex parte vocis, & propter hoc dicuntur extra dictionẽ. Inter has primo dicendum eſt de fallacia accidentis.* Fallacia accidẽtis. *¶ Vnde accidens (pro ut hic ſumitur) idem eſt quod extraneum in parte idem, & in parte diuerſum, vt hic, homo eſt ſpecies, ſortes eſt homo, ergo ſortes eſt ſpecies, homo .n eſt in parte idem cum ſpecie, ſcilicet quan-*

E do accipitur pro re vniuersali, & in parte est diuersum à specie, scilicet quando sumitur pro suppositis. ¶ Notandum, q̃ in fallacia accidentis sunt ista tria. s. accidens, res subiecta, & attributum. Exemplum, vt homo est species, Sortes est homo. ergo Sortes est species, hoc medium, homo, est accidens, & minor extremitas est res subiecta, & maior extremitas est attributum. ¶ Causa apparentiæ est conuenientia aliquorum duorum in aliquo tertio secundum partem, siue est partialis identitas aliquorum duorum. ¶ Causa defectus est diuersitas eorundem. Huius fallaciæ tres F sunt modi. ¶ Primus modus prouenit ex eo, quod aliquid verè prædicatur de aliquo subiecto, & propter hoc creditur dici de accidente eius, à quo est diuersum, vel quando aliquid primo attribuitur rei subiectæ in præmissis, & postea attribuitur eius accidẽti in conclusione, vt hic, homo est species. Sortes est homo, ergo Sortes est species. Dicendum, q̃ non valet, quia ille terminus species, qui est attributum, assignatur inesse Sorti, qui est res subiecta eo, q̃ dicitur de homine, quod est per accidens. Similiter hic, animal est genus, homo est animal, ergo homo est genus. Similiter hic, omne ęs est naturale, statua est æs, ergo statua est naturalis, non sequitur, quia natarale verè prædicatur de ære, & propter hoc attribuitur in conclusione statuæ, quod non est verum. Similiter hic, cognosco coriscum, coriscus est veniens, ergo cognosco veniẽtem. Dicendum, q̃ non oportet, q̃ si cognoscas coriscum secundum se, quod propter hoc cognoscas sub illo accidente, quod est veniens. ¶ Secundus modus prouenit ex particulari identitate aliquorum duorũ in aliquo tertio, vel quando aliquod cõmune prædicatur de aliquibus duobus, cũ quibus est in parte idem, & in parte diuersum, & propter hoc illa duo creduntur esse eadem inter se, vt hic, Sortes est homo, Plato est homo, ergo Sortes est Plato. H Similiter hic, homo est animal, equus est animal, ergo equus est homo. Dicendum est, quod non oportet, q̃ si aliqua duo conueniant in aliquo tertio, quod propter hoc conueniant inter se. ¶ Tertius modus prouenit, qñ ex duobus aliquibus diuisim sumptis malè infertur aliquod cõiunctum secundum accidens, vt iste est albus, & est monachus, ergo est albus monachus. Similiter hic, iste canis est pater, & est tuus, ergo est pater tuus, non sequitur, quia licet illa conueniant in aliquibus ẽm partem, tamen secũdum partem aliam differunt. ¶ Et sciendum, q̃ nõ licet inferre

ex

A

Cap. 3.

B

1. Top. & 1. Elench.

A ex diuisis coniunctum (vt habetur in secundo perihermenias) Cap. 3. quando prædicantur diuersa accidentia, sibiinuicem per accidens conuenientia: sicut album esse monachum Similiter quãdo duo prædicantur quorum secũdũ intelligitur in primo, vt vniuersale in suo specialiori, vt iste est homo, & est animal: ergo est homo animal, quia animal intelligitur in homine, sicut album in hoïe albo Sed in omnibus alijs licet ex diuisis inferre coniunctũ. ¶ Vnde notandum est, quòd quãdo aliqua duo accidentia prædicantur de aliquo, quorum primũ in subiecto est per alterum, &
B non per se: ex talibus, diuisim captis, non licet inferre coniunctũ, vel econtra, vt iste est albus, & est monachus: ergo est albus monachus: nam albedo non est in subiecto secundum habitum. Similiter ex coniunctis non licet inferre diuisum, quando illa, quæ coniunguntur: diminuunt de ratione alterius, vt iste homo est mortuus: ergo est homo, & est mortuus. In omnibus autem alijs licet ex coniunctis inferre diuisum, sed illud vltimum argumẽtum facit fallaciam secundum quid ad simpliciter. Accidens sic diffinitur ab Aristotele. Accidẽs est, quod est extraneum, in parte idẽ, & in parte diuersum. ¶ Secũdũ accidẽs verò fiunt paralogismi, qñ idẽ similiter fuerit assignatũ ineſſe rei subiectę, & accidenti, vt homo est species: Sortes est hõ: ergo Sortes est spẽs: hõ enim secundum q̃ sibi conuenit esse spẽm, aliter capit a mõ, per quẽ conuenit Sorti, & Platoni, quia cõuenit ei esse speciẽ, vt essentia quædam cõis prædicabilis de pluribus, & prout est in pluribus, sic est in Sorte & Platone, & sic Sortes est res subiecta: homo vero accidens, & spẽs significatur vtriſq; ineſſe. Vnde accidens non sumitur hic vt diffinit à Porphyrio, sed vt dictum est.

1. Top. & 1. Elench.

C

Postquam determinatũ est Art. 1. de fallacijs in dictione, quæ sumunt cãm apparentiæ ex parte dictionis: consequenter determinandũ est de D fallacijs extra dictionẽ, quæ sumũt cãm apparentię ex parte rei significatæ, vel quæ possunt fieri p̃ conceptus vltimatos naturaliter significãtes, & sunt septem, sicut patet in textu. Primo videndũ est de fallacia accidẽtis. Pro cuius declaratione est aduertendũ, q̃ in fallacia accidẽtis nõ capitur accns, vt distinguit cõtra substãtiã, nec, put est vnũ p̃dicabile, sed capit pro medio: ita q̃ in fallacia accidentis sunt tria, s. medium, quod dr̃ accidens ex eo, q̃ aliquãdo in syllogismo dicitur accidere. i. prædicari de aliqua extremitatum: secũdũ est res subiecta, quæ est minor extremitas: tertiũ est attributum, qđ est maior extremitas, quæ dicitur attributũ, eo q̃ attribuitur extremitati, de qua

E in concluſione predicatur. ¶ Vnde fallacia accidentis eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex eo, ꝙ propter coniunctionem extremitatum cum medio in præmiſſis creditur illas extremitates coniungi inter ſe in concluſione. ¶ Et ideo dicit Sco. ꝙ quando infertur maior idẽtitas extremitatum intet ſe in concluſione, q̃ fuerat in præmiſſis cum medio, tũc cõmittitur fallacia accidentis; Vel proueniens ex eo quòd propter diuiſionem extremitatum, vel alicuius extremitatis cum medio, creditur illas extremitates diuidi inter ſe in concluſione. ¶ Cauſa apparentiæ huius fallaciæ in paralogiſmis affirmatiuis eſt vnio extremitatum cum medio in premiſſis, indebitè ordinatis, ſed cauſa defectus eſt ſeparatio illarum extremitatum inter ſe. Sed in paralogiſmis negatiuis cauſa apparentię eſt ſeparatio extremitatũ cũ medio in præmiſſis indebitè ordinatis, ſed cauſa defectus eſt vnio illarũ extremitatum inter ſe, vel cum aliquo alio tertio.

In 1. d. 2. q. 7.

F

Art. 2.

Secvndo ſciendum, ꝙ tres ſunt modi generales huius fallaciæ. ¶ Primus prouenit ex eo ꝙ credimus, ꝙ ſicut extremitates coniungãtur cum medio, ꝙ coniungantur inter ſe in concluſione, & ſecundũ iſtũ modũ peccant omnes paralogiſmi, qui concludunt concluſionem affirmatiuã, vt animal eſt homo: aſinus eſt animal: ergo aſinus eſt hõ. Soluit negando cõſequentiam, quia arguit ex puris particularibus affirmatiuis: Etiam omnis homo eſt animal: omnis aſinus eſt animal; ergo omnis aſinus eſt homo: ſoluitur negãdo cõ ſequentiam, quia arguitur ex puris affirmatiuis in ſecunda figura, & ſimiliter dicat de alijs paralogiſmis. ¶ Secundus modus fit credendo qđ propter diuiſionem extremitatũ cũ medio in præmiſſis etiam debeãt diuidi in cõcluſione: ita ꝙ iſte modus ſe extendit ad paralogiſmos negatiuos: ita quòd omnis paralogiſmus negatiuus, qui eſt indebitè diſpoſitus: fit ſm iſtam fallaciam, & ſm iſtũ modum, vt arguendo ex puris negatiuis, etiam minore negatiua in prima, & tertia figuris, vt nullus homo eſt color: nulla albedo eſt homo: ergo nulla albedo eſt color, ſoluit negando conſequentiam, quia arguit ex puris negatiuis: ideo omnes paralogiſmi, qui vocantur combinationes inutiles, in quibus concluditur concluſio negatiua, peccant ſecũdũ iſtum modum, & in quibus concluditur concluſio affirmatiua ſecundũ primum modum.

G

H

Tertio ſciendum, ꝙ tertius modus huius fallacię committit ex eo, ꝙ aliqua extrema diuiſim coniũguntur cum aliquo medio in p̃miſſis, propter quod creditur, ꝙ ipſa de eodẽ tertio coniunctim predicentur in concluſione, vt ſortes eſt albus, & eſt monachus. ergo eſt albus monachus: ita ꝙ quando arguitur à diuiſis ad coniuncta indebitè, vel a coniunctis ad diuiſa etiam indebitè, fit ille tertius modus. ¶ Circa hoc quæritur, vtrum cõſequentia, qua arguitur à diuiſis ad coniuncta valeat. Reſpondet, ꝙ eſt bona tribus cõditionibus obſeruatis. ¶ Prima eſt, ꝙ diuiſa ſe

Art. 3.

An valeat cõſequentia à diuiſis ad coniuncta.

A sa se habeant sicut determinatio & determinabile: ideo non sequitur, sortes est ambulēs, & est musicus: ergo est ambulans musicus. ¶ Secunda q̄ determinatio non capiatur æquiuocè, seu q̄ non varietur appellatio: iō non sequitur, ille canis est pater, & est tuus: ergo est pater tuus. ¶ Tertia est q̄ non fiat nugatio, ideo non sequitur, sortes est homo, & est bipes: ergo est homo bipes. Etiā requiruntur aliqua ad arguendum à coniunctis ad diuisa. ¶ Prima, q̄ non sit repugnantia in adiecto, id est q̄ non sit determinatio alienans, vt non sequitur Adam est homo mortuus: ergo est homo, & est mortuus. ¶ Secūda, q̄ talis determinatio non sit ampliatiua, ideo non sequitur, chimera
B est ens imaginabile, ergo est ens, & est imaginabile. ¶ Tertia, q̄ non varietur appellatio, seu q̄ determinatio non capiatur æquiuocè, ideo non sequitur, sortes est bonus faber, ergo est bonus, & faber. ¶ Quarta, q̄ nullus terminus sit æquiuocus ideo non sequitur, hō est canis latrabilis, ergo homo est canis, & latrabilis.

¶ Argvitvr primo sic. Nulla est fallacia subſtantiæ: ergo nulla est fallacia accidentis. ¶ Secundo sic: Ista fallacia fit per paralogismos, in quibus ponuntur termini ad placitum significatiui: ergo non est extra dictionem. ¶ Tertio sic. Ista consequentia: iste est albus, & est monachus: ergo est albus monachus: peccat secūdum fallaciam figuræ dictionis: eo q̄ habet similitudinem in voce, & in scripto: ergo non peccat fm̄ istam fallaciam. Ad primum dicit, negando consequentiam, quia non C capitur ibi, accidens, vt distinguitur contra subiectum.

Ad secundum dicitur negādo cō sequentiam, quia non dicuntur fallaciæ extra dictionem, eo q̄ nō fiant per dictiones, sed quia non sumunt causam apparentiæ ex parte dictionis, sed ex parte rei significatæ.

Ad tertium dicitur, negando consequentiam, quia non est inconueniens eundem paralogismum pecca re secundum plures fallacias: immo peccare secundum fallaciam in dictione, & extra dictionem.

Sequitur de fallacia secundū quid ad simpliciter. Fallacia fm̄ quid ad simpliciter.

¶ Dictum secundum quid appellatur hic determinatio diminuens de ratione, vel de esse, cui adiungitur, vt D *cum dico, hō mortuus: mortuus .n. diminuit de ratione hominis. ¶ Dictum simpliciter appellatur aliquid non diminutum, vt hō. ¶ Fallacia secūdum quid ad simpliciter est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia dicti secundum quid ad dictum simpliciter. ¶ Causa apparentiæ huius fallaciæ est conuenientia huius dicti, quod est secundum quid ad illud, quod est simpliciter, & econuerso. ¶ Causa falsitatis est diuersitas significatorum. Fit autem hæc fallacia tot modis, quot modis contingit addere alicui determinationem diminuentem. ¶ Primo modo secundum partem in modo, vt ille*

est

E *est homo mortuus: ergo est homo: non sequitur, quia mortuum diminuit de ratione hominis: Et hic, chimera est ens opinabile, ergo chimera est ens: non sequitur, quia opinabile diminuit de ratione huius, quod est esse.* ¶ *Secũdo modo secundum partem integralem, vt æthiops est albus secũdum dentes. ergo est albus.* ¶ *Tertio modo in his, quæ fiunt ad aliquid, vt diuitiæ nõ sunt bonæ male vtenti: ergo diuitiæ nõ sunt bonæ, non sequitur, licet enim diuitiæ comparatæ ad aliquid, non sint bonæ: tamen in se sunt bonæ.* ¶ *Quarto modo in his, quæ secũdum locum sunt, vt bonum est* F *mactare patrem in triballis: ergo bonum est mactare patrem suum, vel sic, bonum est vti dieta.* ¶ *Quinto mõ in his, quę sunt secundum tempus, vt bonum est ieiunare in quadragesima: ergo bonum est ieiunare. Vel sic, expedit alicui mederi, quando ægrotat, ergo expedit alicui mederi, non sequitur. quia licet expediat mederi secundum quid non tamen simpliciter. Sciendum est autem, quòd in istis incipiendum est ad contradictionem, vt si aliquis respondens dicat, quòd non expedit mederi, & opponens assumat, quòd expedit, quando ægrotat, non contradicit ei, sed stat in fallacia secundum quid ad simpliciter. Et sciendum, quòd eadem est fallacia, si ex eo quod* G *est secundum quid, inferatur simpliciter, & econuerso, & intelligendum est, quòd ista fallacia quãdo fit ab esse secundum quid, vt in pluribus fit affirmatiue, sed quando fit a dicto simpliciter, vt in pluribus, arguitur negatiue.*

PRIMO sciendum, ꝙ dictum, secundum quid, potest capi dupliciter. Vno modo large, & sic est terminus, sumptus cũ aliquo addito, vel maiori addito respectu suiipsius sũpti sine addito, vel pauciori addito, vt ly homo albus respectu de ly hõ, Sed dictum simpliciter largè captũ, est terminus sumptus sine addito, vel minori addito, vt ly homo respectu de ly homo albus, & sic non est ad propositum. Alio modo capitur dictum ſm quid strictè, de quo est hic ad propositum, & sic est terminus, sumptus cum determinatione distrahente, diminuente', vel alienãte, vel ꝑ maiori addito respectu suiipsius sumpti sine tali determinatione, vel minori determinatione', vt homo pictus respectu de ly, homo, & de istis determinationibus visum est in loco a toto in modo, sed dictũ simpliciter strictè captum, est terminus sumptus sine determinatione, vel pauciori determinatione respectu suiipsius sũpti cũ determinatione distrahẽte, ampliãte, diminuẽte, vel alienante. Vñ fallacia a ſm quid ad simpliciter est idoneitas decipiẽdi, prouenies ex apparenti inclusione dicti simpliciter ī dicto ſm quid,

Art. 1. Secũdum quid dupliciter. H car. 81.

sed

A sed causa apparentiæ est apparens in cluſio dicti ſimpliciter in dicto ſm quid, propter quam credimus, ꝙ, dictum ſimpliciter ſequitur ad dictum ſecundum quid, ſed cauſa defectus eſt non ſufficiẽs incluſio illorum dictorum inter ſe.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, ꝙ ipſius fallaciæ ſunt duo modi. ¶ Primus eſt, arguẽdo a dicto ſm quid ad dictum ſimpliciter, & fit multis modis. Primo, arguendo a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter cũ determinatione ampliãte, vt chimera eſt ens imaginabile: ergo eſt ens.

Sco. in 1. diſ. 36. in ſol. rõnis opin. primę. ¶ Secundo arguendo cum determinatione diſtrahente, vt imago eſt homo pictus: ergo imago eſt hõ. ¶ Tertio arguẽdo cum determinatione diminuente non determinante maio-

B rem partem, vel non determinante ſibi certam partem, quia nõ eſſet determinatio diminuens. ¶ Exemplũ, vt ſortes eſt albus ſecundum dẽtes: ergo ſortes eſt albus: vellem eſſe in luto cum cẽtum ſcutis: ergo vellem eſſe in luto. Fit etiam quando arguitur cũ determinatione, potente plura determinare diuiſim, vt iſte eſt bonus faber: ergo eſt bonus. Et modus ſoluendi paralogiſmos eſt negare conſequentiam, dicendo quod arguitur a dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. ¶ Secundus modus eſt, arguẽdo a dicto ſimpliciter, ad dictũ ſm quid, vt ſortes non eſt hõ: ergo non eſt hõ pictus, & dẽt ſolum fieri iſte modus negatiuè, & hic magis proprie, ſicut locus a toto in mõ ad ſuam partem, vt imago non eſt homo: ergo non eſt homo pictus, & põt fieri modus iſte ſicut primus C modus: exempla ſatis patere poſſũt ex ſupradictis in alio modo.

TERTIO ſciendũ, ꝙ circa hoc Art. 3. quæritur, vtrum ex poſſibili poſſit ſequi impoſſibile in bona conſequẽtia. Et videtur ꝙ ſic: ſic arguendo: oẽ currens eſt aſinus, omnis homo eſt currẽs: ergo omnis homo eſt aſinus, antecedens eſt poſſibile, conſequẽs impoſſibile, igitur. Et ꝙ antecedens ſit poſſibile, patet, quia totum nõ eſt aliud q̃ ſuæ partes: hoc etiam vr ſufficere ad poſſibilitatem copulatiuæ. Pro huius ſolutione ponuntur aliq̃ prꝙpoſitiones. ¶ Prima propoſitio, quæſtio quærit de impoſſibili ſimpliciter, & non ſecũdum quid, quia ad poſſibile bene poteſt ſequi impoſſibile ſecundum quid, vt tu fuiſti he D ri Romæ: ergo tunc non fuiſti Pariſijs, poſito quòd tu non fueris Rome, & quòd tu fueris Pariſijs: antecedens eſt poſſibile, & conſequens impoſſibile ſecundum quid. ¶ Secunda propoſitio: ad poſſibile nunquam ſequitur impoſſibile ſimpliciter. Et ad rationem dicitur, quòd antecedens eſt impoſſibile, quia eſt vna tota copulatiua, cuius partes ſunt incompoſſibiles adinuicem: ideo ipſa eſt impoſſibilis, & cum dicitur, ad poſſibilitatem copulatiuæ ſufficit partes eſſe poſſibiles: negatur, ſed requiritur partes eſſe Sco. in 2. d. 2. q. 9. compoſſibiles: Vnde partes dicuntur eſſe compoſſibiles, quæ ſic ſe habent, quòd dum ita eſt, ſicut ſignificatur per vnã eſſe, poſſibile eſt ita eſſe, ſicut ſignificatur per aliam, & hoc in ſenſu compoſito, vt hæc eſt

poſſibi-

E possibilis, hoc est, & istud est, demõstrãdo per ly hoc significatum vnius propositionis, & ly istud significatũ alterius propositionis & dicunt cõpossibiles, quia de ipsis existentibus verificatur possibile.

¶ Arguitur primo sic: Nõ ẽ aliqua fallacia a simp'r ad ſm qd: ergo non est aliqua fallacia a secundum quid ad simpliciter. ¶ Secundo sic: Paralogismi fallaciæ ſm quid ad simpliciter, non distinguuntur contra paralogismos fallaciæ figuræ dictionis, nam sic argueudo, homo est homo pictus: ergo homo est hõ: cõmittit fallacia figuræ dictionis, credendo illam consequentiam esse bonam propter similitudinem, quã habet cum ista, homo est homo albus: F ergo homo est homo. ¶ Tertio sic: Bene sequitur, sortes est simus secũdũ nasum ergo est simus, & tamen arguitur a dicto ſm quid ad dictũ simpliciter, igitur. Ad primum dicitur, ꝙ sicut est fallacia a ſm quid ad simpliciter: ita etiam a dicto simpliciter ad dictum ſm quid, quę sufficiẽter intelligit̃ p primã, iõ nõ fuit necesse eã enumerare. Ad secũdũ dicitur, ꝙ non est inconueniens aliquos paralogismos fieri secũdum fallaciam figurę dictionis, & secundum fallaciã a secundum quid ad simpliciter, propter diuersas causas apparentiæ. Ad tertium dicitur, ꝙ bene arguitur à dicto secũdum quid ad simpliciter, capiendo, secundum quid, largè, & non propriè.

Elenchus quid.

¶ *Elenchus est syllogismus cõtradictorius vnius, & eiusdẽ, nõ nominis tãtum, nec etiam rei tãtum, sed nominis, & rei simul: non synonimi. sed eiusdem, & ex his, quæ data sunt de necessitate, non connumerato eo, quod erat in principio, ad idem secundum idem similiter, & in eodem tempore. Elenchus est syllogismus cõtradictorius, idest syllogismus cõcludens contradictoriam propositionis datæ à respondẽte. In diffinitione elenchi quædam ponunt ratione syllogismi: vt, ex his, quę data sunt, ex necessitate accidere, per quod remouetur fallacia accidentis, & ponitur, non cõnumerato eo, quod erat in principio, per quod remouetur petitio principij, vt postea patebit. Alia* G H *ponuntur ratione contradictionis, vt, vnius, & eiusdem, idest vnius subiecti, & vnius prædicati. Vnde nisi esset idem subiectũ & idem prædicatum: non esset cõtradictio, vt ethiops non est niger: æthiops est niger secundũ dentes: ex quo non est idem prædicatum, ideo non est contradictio, & similiter hic, nullus homo mortuus currit, & quidam homo currit: non est contradictio, quia nõ est ibi idem subiectum. Itẽ, secundum idem, ad idẽ, similiter, & in eodem tempore, ponuntur ratione cõtradictionis. Et cõtra istas quatuor partes peccat hæc fallacia, quæ dicitur ignorantia elenchi, secundum quòd est vna de*

trex-

Fallacia ignorãtię elenchi.

A trexdecim fallacijs. Alio mõ accipitur generaliter, & tũc sic diffinitur. ¶ Ignorantia elenchi est vnus defectus generalis, ad quẽ reducuntur omnes aliæ fallaciæ, ostendendo quomodo peccant cõtra istas particulas, vt posteà patebit. Istæ enim particulæ, non nominis tantum, nec rei tantũ, sed nominis & rei simul, non synonimi, & sic de alijs, ponuntur rõne syllogismi, & ratione contradictionis, quia istæ exigunt, quòd nomen sit vnum, & res vna, & quòd non sit nomen synonimũ. Vnde non est ibi contradictio: Marcus currit, & Tullius non

B currit: nec est ibi syllogismus: omnis gladius scindit: quoddam instrumentum est ensis: ergo quoddam instrumentum scidit. ¶ Fallacia ignorãtiæ elenchi est idoneitas decipiẽdi, proueniẽs ex apparẽti obseruatione particularũ diffinitionis elenchi, quæ conueniunt ratione contradictionis tãtum, scilicet ad idem, secundum idem, similiter, in eodẽ tempore. ¶ Causa apparẽtiæ huius fallaciæ, est conueniẽtia dictorum secũdũ quid ad dicta simpliciter. ¶ Causa falsitatis est diuersitas eorundem. Vnde huius fallaciæ quatuor sunt modi. ¶ Primus modus est contra hanc particulam, ad idẽ, vt duo sunt duplũ vnius, & non sunt duplum trium: ergo sunt duplum, & non duplum, & in vtraq; præmissarum nõ sumitur duplum ad idem, & ideo non sequitur. ¶ Secundus modus peccat contra illam particulam, secundum idẽ, vt hoc est duplũ illi secundum latitudinem, & nõ est duplum secundum longitudinẽ: ergo est duplum, & non duplum: non sequitur; quia duplum nõ sumitur secũdum idem, licet sumatur respectu eiusdẽ. ¶ Tertius modus peccat contra illam particulam, similiter, vt homo est spẽs: nullus homo est species: ergo idẽ est species, & non species: non sequitur, quia ibi non est contradictio in præmissis, quia ille terminus homo, nõ supponit similiter, quia in vna sumitur pro suis inferioribus, in alia vero non, sed pro se toto, vel pro sua forma. ¶ Quartus modus peccat contra hanc particulam in eodem tẽpore, vt manus mea est clausa in hoc instanti, & non est clausa in hoc instanti: ergo est clausa, & non clausa: non sequitur, quia nõ est in eodem tempore. Differt autẽ hæc fallacia à fallacia secundũ quid ad simpliciter, quia in illa est processus ab vno, secundum quid sumpto, ad vnum sumptum simpliciter, vt hoc est duplum secundum longitudinem, ergo est duplum: in ista vero est processus à duobus, secundũ quid sumptis, ad duo sumpta simpliciter, vt hoc est duplum illi secundum

Fallacia ignorãtiæ elenchi.

C

D

longi-

E *longitudinem, & non secundum latitudinem : ergo est duplum & non duplum.*

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ elenchus est argumentatio probatiua conclusionis contradictoriæ, vel contrariæ positioni respondẽtis. Ex quo sequitur, ꝙ ad elenchum tres conditiones requiruntur. ¶ Prima ꝙ sit argumentatio, iõ mala consequentia nõ est elenchus. ¶ Secũda, ꝙ sit probatiua, iõ syllogismi, & consequentiæ ꝓcedentes per præmissas falsas, vel ex minus notis non sunt elenchi. ¶ Tertia conditio, ꝙ sit probatiua conclusionis contrariæ, vel contradictoriæ positioni respondẽtis. Ex quo sequitur, ꝙ ad verũ elenchum requirunt F omnes conditiones requisitæ ad veram argumentationem, quæ sunt, ꝙ sit vnius & eiusdem, non nominis, tantum, nec rei tantum, sed nominis & rei simul, & eiusdem ex his, q̃ dicta sunt de necessitate accidere, & per primas conditiones remouẽtur omnes fallaciæ in dictione, quæ non sunt respectu eiusdem nominis, & rei simul. Similiter ad verum elenchum requiruntur omnes conditiones requisitæ ad argumentationem probatiuam, non connumerando illa, quæ sunt in principio. i. in antecedente, seu ꝙ non arguatur in synonimis, neq; ex falsis, neq; ex minus notis. Similiter requiruntur conditiones requisitæ ad verã cõtradictionẽ, quæ sunt quatuor, s. ad idẽ, sm idẽ, similiter, & in eodẽ tẽpore, & omnes illę conditiones exprimuntur in diffinitione, quæ solet poni de elẽcho.

Cõdones Elench.

Sc. in 4. d. 10. q. 4.

¶ Elenchus est syllogismus, probatiuus contradictionis vnius, & eiusdem, non nominis tantum, nec rei tm̃, sed nominis & rei simul, non synonimi, sed ex his, q̃ dicta sunt, de necessitate accidere, non connumerando quod erat in principio, ad idẽ secundum idem, similiter, & in eodem tempore. G

Art. 2. SECVNDO sciendum ꝙ ignorantia elẽchi potest capi dupliciter. Vno modo largè pro omni omissione alicuius conditionis, requisitæ ad verũ syllogismum probatiuũ, & ad veram̃ contradictionem. Alio mõ capitur strictè, pro omissione alicuius particulæ, seu conditionis, requisitę ad veram contradictionem. Et similiter fallacia ignorantiæ elenchi põt capi dupliciter. Vno mõ largè, & sic est idoneitas decipiendi, proueniẽs H ex apparenti obseruatione omnium conditionum, requisitarum ad verũ elenchum, s. ad argumentationem probatiuam, & contradictionem, & sic non est fallacia distincta ab alijs, sed est omnes alię fallaciæ & sic non capit̃ hic. Alio mõ capitur strictè, & sic est idoneitas decipiendi, proueniens ex apparẽti obseruatione quatuor particularũ seu conditionũ, requisitarũ ad veram contradictionẽ: propter quam apparentiã credimus, ꝙ discursus sit bonus & probatiuus, & nõ est. ¶ Causa apparẽtiæ est apparens obseruatio illarũ quatuor cõditionũ, sed cã defectus est omissio illarũ condõnũ, vel vnius illarũ condõnũ, & sic ẽ fallacia distincta ab alijs, & sm illas quatuor particulas, seu cõdones sũt eius quatuor modi. ¶ Primus

Art. 3.

An ex vero sequatur falsũ.

A mus fit ex eo, q̃ non arguitur ad idē, vt aer est supra terram, & non est supra cœlum: ergo est supra, & non supra. ¶ Secundus fit ex eo, q̃ nō arguitur fm idem, vt sortes videt secūdū oculum, & non videt secundum aures, ergo videt, & non videt.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ tertius modus fit ex eo, q̃ nō arguitur similiter, vt iste homo est indiuiduū, & homo non est indiuiduuū; ergo homo est indiuiduū, & non est indiuiduum. ¶ Quartus modus fit ex eo, q̃ nō arguitur pro eodem tempore, vt sortes currit p̃ media parte vnius horæ, & non in alia dimidia parte, ergo currit, & non currit. ¶ Modus soluendi oēs istos paralogismos est,

B negando cōsequentiam, quia fit fallacia ignorantiæ elenchi, omittēdo aliquam conditionem requisitā ad veram contradictionem. Circa hoc quæritur, vtrū ex vero sequatur falsum in bona consequentia. Et vī q̃ sic: nam illa consequentia est bona, non si homo est animal, homo est asinus, & tamen antecedens est verum, & cōsequens falsum, igitur. Et q̃ sit bona consequētia patet, quia sua cō tradictoria est mala consequentia, igitur ipsa est bona consequētia. Pro responsione ponuntur aliquæ propositiones. ¶ Prima, ex vero potest seq̃ falsum, quia ex eo quod est, vel pōt esse verum, pōt sequi falsum. ¶ Secūda propō: ex vero non sequitur falsum, nisi concedatur, q̃ vna & eadē propositio vocalis potest esse simul vera, & falsa: sicut diceretur de ista: non Deus est. Nam si ly, non, sit negatio negans, est falsa: si aūt negatio infinitans, est vera, & tunc posset cō- C cedi, ex vero sequi falsum, hoc tenēdo, cum idem sequatur ad idem, & tunc conceditur ex vero multiplici: non tamen in sensu, in quo est verū, sequitur falsum. Ad rationē dicitur, q̃ antecedens nō est verū cum sit negatiua æquiualēs illi, nullus hō est asal: Vel pōt dici, sicut dicūt aliqui, q̃ negatio nō cadit supra totum sequēs, & tūc dicūt, q̃ cōditionalis vera negatiua non est bona consequentia, sed solum significat, q̃ sua opposita est bona consequentia.

¶ ARGVITVR primo sic: Fallacia ignorātiæ elenchi est cōis oibus fallacijs, igī nō est distincta ab alijs. ¶ Secūdo sic: Nulla est fallacia ignorantiæ syllogismi: ergo nulla debet esse fallacia ignorantię elēchi, cū nō D videat maior rō de vno, q̃ de alio: cū ita bene cōtingat omittere cōdōnes syllogismi, sicut condōnes contradictionis. ¶ Tertio sic: Ille, qui ignorat elenchum, non decipitur circa elenchum: ergo nulla est fallacia elēchi. Ad primum patet solutio in secūdo notabili. Ad secundū dicitur, q̃ multæ sunt fallaciæ ignorantiæ syllogismi, quæ licet non nominentur tali nomine: tamen nominantur alio nomine, saltem vna, quæ vocatur fallacia accidentis, quę peccat contra cōditiones boni syllogismi. Ad tertium dicitur, quòd duplex est ignorantia scilicet negationis, & secundum talem nulla est fallacia: alia est prauę dispositionis, & est assensus propositionis falsæ prę supponens aliquam notitiam, & secundum talem committitur ista fallacia.

Petere

An ex vero sequatur falsū.

E Petitio principij

PEtere id, quod est in principio, est quando conclusio, quæ debet probari, sumitur in præmissis, cum ergo idem sub eodem nomine, non potest seipsum probare, vt homo currit, ergo homo currit, in talibus enim, non est petitio principij, sed talis argumẽtatio est ridiculosa, nec cadit sub arte, nec est petitio huius, quod est in principio. Aliud est enim petere principiũ, & petere illud, quod erat in principio. ¶ Quia petere principium est, quando petitur idem sub eodem nomine, vt homo currit. Et isto modo nulla est fallacia, quia non continetur sub aliqua specie argumentationis, nec secundum ueritatem: nec F secundum apparẽtiam, sed talis petitio principij peccat contra syllogismum, simpliciter dictum. ¶ Sed petere illud, qđ est in principio, est quãdo idem petitur sub diuerso nomine, vt animal rationale currit, ergo homo currit. vel sic: Petere illud, quod est in principio, est quando minus notum sumitur ad probationem magis noti. ¶ Causa apparentiæ huius fallaciæ, est diuersitas conclusionis cum præmissis. ¶ Causa falsitatis est diuersitas eorundem. Petitur autem illud, quod est in principio quinq; modis, vt patet per octauum topicorum. Primo mõ, quando diffinitum petitur in diffinitione, & econtra, vt si dubitaretur, vtrum homo currat, vel G non currat, fiat argumentũ: animal rationale currit, ergo homo currit, nulla est ibi probatio, quia quando alterum dubitatur, necesse est alterum dubitari, & ita si sumatur vnum ad probandum aliud, peccatum est. ¶ Secundus modus, est quando particulare petitur in vniuersali, vt nullus homo currit: ergo sortes non currit vel si aliquis debeat probare, quod omnium contrariorum est eadẽ disciplina, & assumat, omnium oppositorum est eadem disciplina: hic petitur conclusio in præmissis. ¶ Tertius modus est, quando vniuersale petitur in particularibus, vt si aliquis debeat H probare, quod omnium oppositorum est eadem disciplina, & sumat istam: omnium contradictoriorum, contrariorum, & sic de alijs, est eadem disciplina: ergo omnium oppositorum est eadem disciplina, vel sic sortes currit, Plato currit, & sic de alijs, ergo omnis homo currit. ¶ Quartus modus est, quando coniunctũ petitur in diuisis, vel econtra, vt si aliquis debeat probare, quod medicina ẽ disciplina sani, & ægri, & dicatur sic: medicina est disciplina sani, & medicina est disciplina ægri, ergo medicina est disciplina sani, & ægri. ¶ Quintus modus, est quando vnum relatiuorum petitur in alio, vt si quis debeat

Art. 1.

Art. 2.

A *debeat probare, quòd sortes sit pater Platonis, probet sic, Plato est filius sortis, ergo sortes est pater Platonis, non sequitur, quia hoc assumitur, quod est probandum. ¶ Sciendum est, ꝙ hæc fallacia non impedit syllogismum inferentem, sed probatem, & ita fallacia compositionis peccat cõtra syllogismum dialecticum, inquantum dialecticus est.*

Art. 1. PRIMO sciendũ, ꝙ petitio principij est duplex, scilicet statim, & nõ statim. ¶ Statim est acceptio alicuius propositionis ad probandam seipsam, vt Petrus currit: ergo Petrus currit, & secundnm talem nulla sumitur fallacia: quia nulla est apparẽtia, ꝙ idem probet seipsum: nihil tamen euidentius infert aliud, q̃ idem B seipsum, ideo talis consequentia est euidentissima. ¶ Sed petitio principij non statim, est acceptio alicuius propositionis ad probandũ aliã propositionem, æque notam, vel magis notã, vt omne animal rationale currit, ergo Petrus currit. ¶ Vnde fallacia petitionis principij est idoneitas deiciendi, prouenions ex apparenti probabilitate consequentis ex antecedente. ¶ Sed causa apparentiæ est apparens probabilitas consequentis ex antecedente, propter quam credimus, ꝙ antecedens sit notius consequente. ¶ Causa vero defectus est, præmissas, vel antecedens non esse notius, vel notiores consequente.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ ipsius fallaciæ, priè sunt tres modi. ¶ Primus prouenit ex eo, ꝙ maior nõ est notior consequente, vt omne habẽs C materiam, est corruptibile; asinus est habẽs materiam, ergo asinus est coruptibilis, maior ibi non est notior consequente, cũ multi dicant, cęlũ habere materiam, & esse incorruptibile. ¶ Secundus modus prouenit ex eo, ꝙ minor nõ est notior cõclusione, vt quicquid multiplicat suas species, ergo lux est visibilis. ¶ Tertius modus prouenit ex eo, ꝙ antecedẽs, seu nulla præmissarum est notior cõsequente, vt illud animal, quod inter alia animalia habet nobilissimã figuram est nobilius; homo est eiusmodi, ergo homo est animal nobilius. ¶ Modus soluendi omnes istos paralogismos, est dicendo ꝙ petitur principium, quia conclusio nõ probatur per præmissas, & non negando consequentiam. D

Art. 3. TERTIO sciendum, ꝙ circa hoc quæritur, vtrum consequentia sit bona, in qua arguitur à propositione, habente plures causas veritatis ad propositionem, habentẽ pauciores causas veritatis. Et videtur quòd sic. nam bene sequitur, non sortes currit, & Plato disputat, ergo Plato disputat: vel sortes currit, & tamen arguitur a propositione habente plures causas veritatis: nam negatiua habet plures causas veritatis, q̃ affirmatiua. Pro responsione ponuntur aliquæ propositiones. Prima, causa veritatis alicuius propositionis (vt ad propositum sufficit) est illud, ad quod sequitur ita esse, sicut significatur per illa propositionem significatione totali. Ex quo sequitur, quòd propositio

Quæstio.

E tio habet tot cauſas veritatis, quot habet propoſitiones, ad quas põt debitè ſequi. Ex quo ſequitur, q̃ propoſitio indefinita de termino cõi non diſtributo, habet plures cauſas veritatis, q̃ propoſitio de termino cõi diſtributo, vt illa homo currit, habet tot cauſas veritatis, quot ſunt ſuppoſita hominis, ſed iſta omnis homo currit, habet tantum vnã cauſam veritatis, ſ. q̃ omnes ſingulares eius ſunt veræ. ¶ Secunda propoſitio, propoſitio negatiua habet duas cauſas veritatis, ſ. q̃ ſubiectũ pro nullo ſupponit, & q̃ ſubiectũ, & prædicatum non ſupponit pro eodẽ. ¶ Tertia propoſitio, omnes propoſitiones inferẽtes ſe adinuicem, habẽt ęquales cauſas veritatis. ¶ Ex quo ſequitur, q̃ affirmatiua aliquando habet tot cauſas veritatis, ſicut negatiua, & maximẽ in hypotheticis, & in propoſitionibus de prædicatis infinitis, & per hoc ſoluitur ratio. ¶ Addo quartam propoſitionẽ, q̃ ex propoſitione habente plures cauſas veritatis, non ſequitur formaliter alia, habens pauciores cauſas veritatis, quia tũc poſſet ex vero ſequi falſum, ſe cludẽdo ab antecedẽte vnã rationem veritatis, ſicut tũc antecedẽs habuit duas, & conſequens vnã cauſam veritatis ſequeretur ex vero falſum, ſicut dicit Scot. q̃ ex falſo non ſequitur falſius, nec ex impoſſibili impoſſibilius, & hoc extenſiuè loquendo, ita hic dicitur eodem modo.

Corollarium. Scot. in j. d. 2. q. 2.

In j. d. 8. q. 4.

Argvitvr primo ſic, Nõ eſt aliqua fallacia petitionis finis, ergo nõ eſt aliqua fallacia petitionis principij. ¶ Secũdo, vbi non eſt cauſa apparentiæ ibi non eſt fallacia, ſed in petitione principij non eſt cauſa apparentiæ, quia non apparet, q̃ idem poſſit probare ſeipſum. ¶ Tertio ſic, Paralogiſmi in quib. eſt petitio principij, non peccant in materia, neque in forma, igitur. Quod non peccent in forma, notũ eſt, & q̃ non in materia, patet, quia p̃miſſæ nõ ſunt falſæ. Ad primum dr̃, q̃ principiũ, ibi capitur largè, pro conſequente, q̃ intendit probare opponens, & dr̃, principium, quia principaliter intenditur ab opponente, & illud ẽt dr̃ finis, q̃a eſt primo intentũ ab opponẽte, ideo iſta fallacia põt dici fallacia finis. Ad ſm dicitur, q̃ bene probat, q̃ ſecundum petitionem principij ſtatim nõ ſumitur fallacia, ſed non probat de petitione principij non ſtatim. Ad tertium dicitur, q̃ paralogiſmi non dicuntur ſolum peccare in materia, eo q̃ altera præmiſſarum vel ambæ præmiſſæ ſint falſæ, ſed etiam quia añs non probat conſequentiam.

G

Scot. in j. d. 8. q. 1.

H

Fallacia conſequentis.

De fallacia conſequentis dicendũ eſt. ¶ Secundũ conſequens fiunt paralogiſmi eo, q̃ credimus cõſequentiã conuerti, q̃ non conuertit. ¶ Fallacia cõſequentis eſt idoneitas decipiendi prouenies ex apparentia cõſequentis cõuerſa, quæ non conuertit. ¶ Cauſa apparentię huius fallaciæ eſt conuenientia vnius conſequentiæ uere ad aliã non uerã. ¶ Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem. Et ſciendũ, q̃ bene tenet argm̃ à poſitione antecedentis ad poſitionẽ conſequentis. Huius fallaciæ tres

ſunt

sunt modi. ¶Primus modus est, A quando arguitur a destructione antecedentis ad destructionem Cap. 3. consequentis, vt si homo est, animal est, ergo si homo non est, animal non est: ¶Vel a positione cõsequentis ad positionem antecedentis, vt si mel est, rubeum est: ergo si rubeum est, mel est. Ad istum enim modum reducuntur omnes praua argumentationes ab inferiori ad superius destructiue. ¶Vnde quotiensçunque fit processus ab inferiori ad superius cum distributione superioris, vt omnis homo currit, ergo omne animal currit, ibi committitur ista fallacia, vel nullus homo currit, ergo nullum animal B currit. ¶Secundus modus solet poni ab insufficienti inductione singularium, vt sortes est animal, & econuerso: Plato est animal, & econuerso, ergo omnis homo est animal, & econuerso, hic enumerantur omnes singulares illius, omnis homo est animal, & non huius, omne animal est homo, qui significatur per compositionem huius, quod est econuerso ad hanc, omnis homo est animal. ¶Tertius modus prouenit à communiter accidentibus. Et dicuntur communiter accidẽtia, quę se aliquãdo cõsequũtur, & aliquãdo nõ. vt ille est comptus, ergo est adulter. Similiter hic, musa & poeta similiter terminãtur, sed musa est feminini C generis, ergo et poeta, nõ sequitur, quia idẽtitas generis, & terminationis aliquãdo se consequuntur, & aliquãdo non, eo quòd nõ est in omnibus, sed in aliquibus. ¶Si aliquis dicat, q̃ in hoc vltimo tertio modo non tenet ẽcõuerso, vnde ibi nõ est cõsequẽtia. Dicẽdũ est ergo, quòd secũdum quosdam sumitur cõsequentia communiter ad cõsequẽtiam necessariam, & probabilem, & in istis nõ sumitur cõsequẽtia necessaria, sed probabilis, taliter autem ordinãtur isti modi ab Aristotele isto modo ordinato. Obiectio. In 1. Elẽco. c. 3.

PRIMO sciendum, quòd consequens potest capi dupliciter. Vno modo largè, & sic consequens est propositio, quæ denotatur sequi ex alia mediante nota illationis, siue debitè sequatur, siue nõ. Alio mõ capit̃ ,ppriè, & sic est ,ppõ, quę debitè seq̃tur ex alia mediante nota illationis. Art. 1. Cõsequẽs dupliciter. D ¶Vñ ad fallaciã consequẽtis semper sunt, duę cõsequentię, quarũ prima est bona, & scda mala, credit̃ tñ conuerti cũ prima, p̃p qd̃ credit̃ esse bona, sicut prima. ¶Vñ fallacia consequẽtis est idoneitas decipiẽdi, ,pueniẽs ex apparẽti cõuertibilitate secũ dæ cõsequentiæ cum prima, propter quod creditur secunda consequẽtia esse bona. ¶Ex quo sequit̃, q̃ causa apparẽtiæ huius fallaciæ est apparẽs conuertibilitas secundę consequentiæ cũ prima, sed cã defectus est non cõuertibilitas illarũ adinuicẽ. Et ad-

E uerte, ꝙ illa fallacia dr̃ melius fallacia consequẽtis, quam antecedẽtis, quia paralogismus causans fallaciã, est deceptorius, modo deceptio non latet ita in antecedente, sicut in consequente. Ex quo patet, ꝙ nõ debet poni aliqua fallacia antecedentis.

Art. 2. SECVNDO sciendum, ꝙ a tota conditionali quatuor modis possumus arguere, vt alias visũ est. ¶ Primo a positione antis ad positionem consequentis, vt si homo currit, animal currit, sed homo currit, ergo animal currit, & tunc debitè arguitur.

Sup. car. 24. C

¶ Secundo a destructione antis ad destructionẽ consequentis, vt si homo currit, animal currit, sed nullus homo currit, ergo nullũ aĩal currit, & sic indebitè arguitur, & cõmittit

F primus modus huius fallaciæ. ¶ Tertio a destructione cõsequẽtis ad destructionẽ antecedentis, vt si homo currit, aĩal currit, sed nullũ animal currit, ergo nullus homo currit, & tunc debitè arguitur. ¶ Quarto a positione cõsequentis ad positionẽ antecedentis, vt si homo currit, animal currit, sed animal currit, ergo homo currit, & tunc indebitè arguitur, & cõmittitur secundus modus huius fallacię. Ex quo sequitur, ꝙ duo sunt modi generales huius fallaciæ, & nõ plures. Et aduerte, ꝙ destruere aliquam propositionem non est aliud, quam cõtradictorium illius assumere, sed ponere aliquam propositionẽ non est aliud, quam ipsam resumere sine aliqua variatione. Et modus soluendi illos paralogismos est, negando consequentiam, quia committitur fallacia consequentis.

Scot. in j. d. 21. & 36. in sol. rõnis pri ma opi.

TERTIO sciendũ, ꝙ circa hoc quæritur, vtrũ consequentia, qua arguitur a positione antecedẽtis ad positionẽ cõsequentis, sit bona consequentia. Et vr̃ ꝙ non, quia nõ sequitur, nõ si homo currit, asinus currit, sed homo currit, ergo asinus currit, & tr̃ arguitur a positione antecedentis ad positionẽ cõsequentis, igitur. Pro solutione est aduertendũ, ꝙ illa consequentia, qua arguitur a positione antis ad positionẽ cõsequentis in conditionali, intelligit in affirmatiua condõnali, & non in negatiua. De negatiua tr̃ est diuersitas, nã dicunt aliqui, ꝙ negatio in tali negatiua solũ negat coniunctionẽ principalem, ita ꝙ qñ dicitur, non si homo currit, asinus currit, sensus est, nõ sequitur, ꝙ si homo currit, asinus currit, & tr̃ H est alia opinio, quæ tenet, quod negatio negat omnes cõpulas sequentes, & ista est rationabilior, ita quod quando dicitur, non si homo currit, asinus currit, sensus est, si nullus homo currit, nullus asinus currit.

G Art. 3. An a positione cõsequentis ad positionem antecedentis valeat cõsequẽs.

¶ ARGVITVR primo sic, Nõ est ponenda aliqua fallacia antecedentis, ergo neq; cõsequentis. ¶ Secundo sic, Fallacia debet denominari a terminõ inferẽte, sicut locus dialecticus, ergo magis debet dici fallacia antecedentis, q̃ consequentis. ¶ Tertiò sic, Omnis fallacia est fallacia consequentis, ergo nõ est distincta ab alijs. Antecedẽs probatur, ꝙ fallacia consequentis nõ est, nisi deceptiõ, sed deceptio hr̃ a consequente, igitur. Ad primum patet solutio in primo notabili. Ad secundum dr̃, ꝙ nõ est simile de argumẽtis dialecticis,

&icis, & sophisticis, nam sophistica denominantur a termino illato, vbi dialectica denominantur à termino inferente. Ad tertium dicitur, quòd talis fallacia non dicitur præcisè fallacia consequētis: eo quòd deceptio causetur ex consequente, sed quia creditur secunda consequentia conuerti cum prima, quæ tamen non conuertitur.

Art. 3. An à positione cōsequentis ad positionem antecedentis valeat cōsequen.

Nō causa vt causa.

Sequitur de fallacia secundū non causam vt causam. ad cuius

Syllogismus duplex.

euidentiam sciendum est, quòd duplex est syllogismus, scilicet ostensiuus, & ad impossibile. ¶ *Ostensiuus est, qui habet vnam solam conclusionem.* ¶ *Syllogismus vero ad impossibile est, quā* B *do aliquid syllogistice ducitur ad impossibile, & propter hoc interimitur aliqua præmissarum, quæ erit causa illius impossibilis. Vnde iste syllogismus semper habet duas conclusiones, vt cum dicit, est ne homo asinus: hoc concesso: Contra, nullus asinus est animal rationale mortale, homo est asinus: ergo homo non est animal rationale mortale, sed hoc est impossibile: ergo & ista, homo est asinus, & ille syllogismus est in quarto modo primæ figuræ. Sciendum est enim, quòd non causa semper fit in syllogismis ad impossibile.* ¶ *Fallacia autem secundum nō causam, vt causam fit, quando non causa ponitur vt causa, & propter hoc apparet sequi impossibile, & illud, quod apparet esse* C *causa, interimitur, vt si quæratur, est ne brunellus homo, quo concesso: Contra, nullus asinus est animal rationale mortale, sed homo est asinus, & brunellus est homo: ergo homo non est animal rationale mortale: hoc autem est impossibile, ergo brunellus non est homo. In hac .n. dicta argumentatione est non causa vt causa, quia interimitur id, quod apparet esse causa, & non est. s. brunellus est homo: causa apparētiæ huius fallaciæ est conuenientia huius, quod apparet esse causa, & non est cum eo, quod est causa* ¶ *Causa falsitatis, est diuersitas eorundem: tale enim exemplum ponit* D *Aristoteles huius fallaciæ, sunt ne anima & vita idem? quo concesso: Contra, mors & vita sunt cōtraria, sed mors est corruptio: ergo vita est generatio, & per cō sequens viuere est generari, sed hoc est impossibile, quia quicquid viuit, non generatur, sed generatum est: ergo anima & vita non sunt idem. Hæc conclusio peccat secundum non causam vt causam, ex hoc enim q anima, & vita sunt idem, non sequitur impossibile, & ita non debet interimi, sed ita mors, & vita sunt contraria, quia in omnibus his id, quod non est causa: apparet esse causa, quia cōmunicat in terminis cum aliquibus propositionibus.*

E bus, *ex quibus sequitur impossibile*. *Ex istis patet, quòd ista fallacia non fit in syllogismo ostensiuo, vt omnis homo currit, sortes est homo, & sol est in cancro: ergo sortes currit. Hic non est fallacia non causa vt causę, quia hæc propositio, sol est in cancro, non est causa, neque apparet esse causa, sicut apparet in syllogismo ad impossibile.*

Corollarium.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd causa in syllogismo dicitur esse præmissa, faciens aliquid ad illationem conclusionis, qua remota, non sequitur conclusio. Sed non causa, est præmissa nihil faciens ad conclusio F nem: qua remota non minus sequitur conclusio, apparens tamen aliquid facere, vt omnis asinus est rudibilis: omne animal est asinus, omnis homo est animal: ergo homo est asinus. Præmissa causa est, omne animal est asinus, sed præmissa non causa est, omnis asinus est rudibilis, quia ipsa remota, non minus sequitur conclusio. ¶ Vnde fallacia secundum non causam vt causam, est idoneitas decipiendi proueniens ex eo quòd præmissa non causa apparet facere ad illationem conclusionis: propter quod creditur, quòd sicut conclusio est falsa: ita & illa præmissa non causa. ¶ Causa apparentiæ, est apparens illatiuitas illius non causæ ad conclusionem, propter quod creditur, quòd sicut conclusio est falsa, ita & illa non causa. ¶ Causa defectus est, non illatiuitas illius ad conclusio- G nem.

SECVNDO sciendum, quòd ad Art. 2. faciendum paralogismos huius fallaciæ, oportet facere duos processus. Primus est syllogisticus vel apparenter vel verè. Secundus, qui fit inferendo falsitatem non causæ ex falsitate conclusionis, ideo ferè fiunt sicut syllogismi ad impossibile. Vnde huius fallaciæ tres sunt modi: secundum quòd præmissa non causa potest tripliciter conuenire cum cōclusione. ¶ Primus fit, quando præmissa non causa conuenit in subiecto cum conclusionem, vt omnis asinus est rudibilis, omne animal est equus, omnis asinus est animal: ergo omnis asinus est equus, conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, & non nisi ista, omnis asinus H est rudibilis. ¶ Secundus modus prouenit ex eo quòd præmissa non causa conuenit cum conclusione in prædicato, vt omne animal rationale est homo, aliquis asinus est rationalis, aliquod rationale est homo, ergo aliquis asinus est homo, conclusio est falsa, ergo altera præmissarum & non nisi illa, aliquod rationale est homo. ¶ Tertius modus, prouenit ex eo quòd præmissa non causa conuenit cum conclusione in subiecto & prædicato, vt nullum insensitiuum est animal, aliquis homo est insensitiuus, & aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est animal: conclusio est falsa: ergo aliqua præmissarum, & non nisi ista, vt apparet, aliquod animal non est homo. ¶ Etiam ista fal-

lacia

A lacia fit, quãdo quis infert aliquam conclusionem falsam ex vna sola
In 1. d. 3. q. 7. propositione tanquam causa conclusionis, quæ tamen non est causa, vt Sco. habet sic arguendo: actus virtualis stat cum potentia formali: ergo sol potest calefacere se: dicitur q̃ ibi est fallacia nõ causa vt causa &c. Modus soluendi est, dicendo quòd committitur ista fallacia, quia interimitur præmissa non causa loco præmissæ causæ.

Art. 3. Quæstio. TERTIO sciendũ, q̃ circa hoc quæritur, vtrum ista consequentia sit bona, tu credis præcisè, quòd aliquis homo decipitur: ergo aliquis homo decipitur. Quod non probat, quia aliquo casu possibili antecedẽs potest esse verum sine consequente,
B ergo posito, quòd nullus alius à te decipiatur, tunc antecedens est verum & consequens falsum, quia contradictorium eius est verum? scilicet quòd nullus homo decipitur, quia nullus alius a te decipitur, & tu non deciperis, quia tu credis præcisè, sicut est in re. ¶ In oppositum arguitur, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente, igitur. Ad rationem respondetur, quòd casus non est admittendus quo ad secundam partem scilicet quòd tu credis præcisè, quòd aliquis homo decipitur, quia credendo quòd aliquis homo decipitur, credis quòd aliquis homo credit aliquid vel aliqualiter, sed credendo quòd aliquis homo credat aliquid, vel aliqualiter, tu non credis præcisè, quòd aliquis homo decipiatur, ergo de primo ad vltimum, si tu credis præcisè, quòd aliquis decipi- C tur, tu credis præcisè, quòd homo non decipiatur.

¶ ARGVITVR primo sic. Non est aliqua fallacia secundum non effectum vt effectum, ergo nulla est fallacia secundum non causam vt causam. ¶ Secundo sic, Omnis fallacia est fallacia secundum non causam vt causam, ergo non est distincta ab alijs. Antecedens probatur, quia in omni fallacia antecedens apparet inferre, seu probare conclusionem, & tamen non probat: igitur. Tertio sic: Paralogismi qui fiunt secundum illam fallaciam, non peccant: igitur. Antecedens probatur, quia tales sunt syllogizati. Ad primum dicitur, quòd potest esse aliqua fallacia secundum D non effectum vt effectum, licet non nominetur tali nomine, tamen quælibet potest illo nomine nominari, ex eo quòd aliquis credit, quòd conclusio sit effectus præmissarum, & tamen non est. Ad secundum dicitur, quòd capiendo non causam largè, pro quocunque antecedente, quòd apparet esse causa illatiua vel probatiua conclusionis, & tamen non probat: tunc quælibet fallacia posset dici fallacia secundum non causam vt causam, sed non capiendo non causam strictè. Ad tertium potest dici, quòd sunt syllogizati quantum ad formam, non tamen quantum ad materiam. Vel potest dici, quòd tales paralogismi cõpletiuè quantum ad suum processum sunt syllogizati.

E

Propositio plures quid.

Propositio plures, est illa in qua plura prædicantur de pluribus. Vt sortes, & Plato currunt, & disputat. Vel plura de vno. vt sortes currit, & disputat. Vel vnum de pluribus, vt est ne hic & hic homo. demõstrato sorte, & brunello? Propositio autem vna est, in qua vnum prædicatur de vno, & hoc quadrupliciter, siue vnum numero, vt homo est risibilis, siue vnum specie, vt sortes est homo, siue vnum genere, vt sortes est animal: siue vnum secundum prius & posterius, vt homo est ens, animal est sanum: siue prædicantur plura, ex quibus

Propõ vna quid.

F

fit vnum, vt homo est animal rationale mortale. Secundum plures interrogationes fiunt paralogismi, quando ad interrogationẽ plures datur vna responsio. Causa apparentiæ huius fallaciæ est vnitas interrogationis cõplexæ. Causa falsitatis, est pluralitas ipsius. Duo sunt modi huius fallaciæ. ¶ Primus modus est, quando plura in singulari numero subijciuntur vel prædicantur, vt hic, est ne hic, & hic homo, demõstrato sorte et brunello? si dicatur sic: ergo brunellus est homo: si non, ergo sortes non est homo, non bene. n. respondit, qui facit responsionem vnam ad interrogationẽ plures, sed debet respondere, verũ est pro vno, & falsum pro reliquo. ¶ Secundus modus est, quã

G

do plura in plurali numero subijciuntur vel prædicãtur, vt sunt ne ista bona vel non bona, demõstratis bono & non bono? si dicit bona, ergo bonum est malum: si non bona, ergo bonum non est bonum: debuisset. n. respondere: bonum est bonum, & malum est malum. Si autem concedat aliquis homo dari diffinitiones simili modo in singulari, & in plurali, vt cæcum est aptum natum videre, & non videt, & cæca sunt apta nata videre, & non videt, non effugiet redargutionẽ, demõstrato vno cæco, & altero videnti, & dicatur sic, sunt ne illa cæca vel non cæca, si cæca, ergo illud est cæcum, demonstrato vno

H

videnti, non. n. dicebat illum esse cæcum, & illum esse videntẽ, sed dabat vnam responsionem, eo quòd concessit, quòd similis datur diffinitio in singulari numero, & in plurali.

Quo reducantur oẽs fallaciæ ad ignorãtiã Elenchi.

Post hæc autẽ reducenda sunt omnes fallaciæ ad ignorantiam elẽchi. ¶ Reducere autem omnes ad ignorantiam elenchi est ostendere, qualiter quælibet fallacia peccat contra aliquam particulam, in diffinitione elenchi positam: aut rationẽ syllogismi, aut contradictionis: sicut enim differentia adueniens generi, constituit speciem, ita ratio contradictionis, adueniens syllogismo: constituit elenchum. Vnde quicquid

est

A est in elencho, aut est in eo ratione contradictionis, aut ratione
1. Elenc. cap. 6. syllogismi. Dicit enim Aristoteles, quod diuidendum est omnes syllogismos apparentes & elenchos: aut omnes reducendum est ad ignorantiã elenchi. ¶ Aequiuocatio & amphibologia, & figura dictionis reducuntur ad ignorantiam elenchi, eo quòd duplex esse impedit, syllogismum, & contradictionem. ¶ Compositio diuisio, accentus, reducuntur ad ignorantiam elenchi, in eo quòd non est oratio eadem, vel idẽ nomen, sed differens oportet autem hoc scilicet nomen & rationẽ esse eadem, quemadmodum & rem, si
B debeat esse Elenchus. ¶ Qui vero secundum accidens fiunt, manifesti sunt diffinito syllogismo, quia fiunt contra particulam in diffinitione elenchi positam. S. necesse est aliud accidere per ea, quæ posita sunt, & concessa. Et secundum hanc fallaciam, quæ est secundum accidens: artifices & scientes sæpe ab inscijs redarguũtur, facientibus syllogismos contra sapientes: nam secundum accidens faciunt syllogismos apparentes. ¶ Qui vero fiunt secundũ quid ad simpliciter, reducuntur ad ignorantiam elenchi, quoniã de eodem non est affirmatio & negatio, vt æthiops est albus secundum dentes: ergo est albus. Manifesti sunt autem syllogismi, qui prius dicti sunt, & quales nuncu C.
pantur ¶ Qui vero fiunt secundum id, quod petitur in principio, & non causam vt causam, peccant manifeste contra diffinitionem syllogismi, quia in syllogismo oportet sequi aliud de necessitate, quod non erat in principio, & sic oportet, quòd præmissæ sint causæ conclusionis syllogismi. ¶ Qui vero secundum consequens, reducuntur sicut & illi, qui fiunt secundum accidens. ¶ Qui vero secundum plures interrogationes vt vnam, reducuntur eo quòd peccant contra vnitatem propositionis, ibi enim non D
sumitur propositio vna, & per consequens nec propositio, nam eadem est diffinitio vnius rei & rei, vt hominis, & vnius hominis: simile autem est in alijs. Vnde propositio vna, vnũ de vno affirmat, sed non est ita in propositione plures, in qua prædicantur plura de vno, vel vnum de pluribus, & propter hoc peccant contra vnitatem propositionis. ¶ Itẽ oẽs fallaciæ in dictione, & secundũ quid ad simpliciter, reducuntur ad ignorãtiam elenchi, eo q̃ peccãt contra contradictionem. ¶ Oẽs aũt fallaciæ extra dictionẽ reducũtur in hoc quòd peccãt contra diffinitionem syllogismi.

Quo reducantur oẽs fallaciæ ad ignorãtiã Elenchi.

PRIMO sciendum, q̃ sicut propositio diuiditur in propositionem vnam, & propositionem plures: ita Art. 1.

&

E & interrogatio. Vnde propositio dicitur vna dupliciter. Vno modo propriè siue strictè, in qua enunciatur vnus terminus simplex, singularis numeri, vniuocè tentus de termino simplici, singularis numeri, vniuocè tenti, vt sortes est sortes. Alio modo largè, pro propositione, in qua prædicātur plura de vno, vel vnum de pluribus, vel plura de pluribus explicitè vel implicitè, & hoc cōiunctim p istam particulam. Et, vel per æquiualētem. Etiā propositio dicitur plures dupliciter. Vno modo proprie, & est in qua prædicatur vnū de pluribus, vel plura de vno, vel plura de pluribus explicitè vel implicitè. Et hoc in coniunctim. Alio modo capitur largè, pro propositione, in qua prædicatur vnum de pluribus, vel plura de vno, vel plura de pluribus, siue coniunctim siue inconiunctim, & hoc mō habet quinq; modos. ¶ Primus, qñ in ea prædicatur vnum de pluribus, vel plura de vno, vel plura de pluribus implicitè, & inconiūctim, vt canis currit. ¶ Secundus, est quando in ea prædicatur vnum de pluribus, vel plura de vno, vel plura de pluribus explicitè vel implicite & inconiūctim, vt sortes est albus niger, & secundum illos duos modos propriè nō fit illa fallacia: neq; debet dari vna responsio, sed magis debet distingui. ¶ Tertius fit, quando plura prædicantur de vno, vel vnū de pluribus inconiūctim per modum determinationis & determinabilis, vt sortes est homo albus. ¶ Quartus fit qñ plura prædicantur de vno, vel vnum de pluribus, & hoc cōiūctim, vt sortes est hō albus & iustus. ¶ Quintus modus fit, quando prędicatur terminus numeri pluralis, vel subijcitur. Et ad istos tres modos pōt dari vna responsio, quia sunt propositio vna, vel propter assistentes potest dari duplex responsio, vt demonstrato vno cęco & vno vidēte, si quæratur, vtrum isti sint cæci, vel videntes? Respondetur, quòd ille est cæcus, demonstrato cæco, & ille est videns, demonstrato vidente.

Propositio vna dupliciter dicit.

G

Art. 4.

SECVNDO sciendū, q̄ ista fallacia est idoneitas decipiendi proue nies ex similitudine interrogationis plures, cum interrogatione vna. Causa apparentiæ, est similitudo interrogationis plures cum interrogatione vna, propter quam creditur, q̄ sicut ad interrogationem vnam dat vna responsio; ita ad interrogationē plures. Causa defectus, est similitudo earūdem. Et eius possunt esse tres modi. ¶ Primus, quando in interrogatione subijciuntur plura, vel prædicantur plura coniunctim, & in singulari, vt est ne sortes, vel brunellus homo? si detur vna responsio affirmatiua, dicendo q̄ sic: tunc verè inferē: ergo brunellus est homo, si dicat q̄ non, apparēter infertur, ergo sortes non est homo. ¶ Secundus modus prouenit, quando in interrogatione subijciuntur plura, vel prædicantur plura in plurali numero, & coniunctim, vt si demonstretur vnus cæcus & vnus videns, & quæratur: sunt ne isti cæci, aut vidētes? si dicatur, sunt videntes, tunc infertur, ergo cæcus est videns, si dicatur, q̄ sunt cęci, tūc infertur, ergo videns est cæcus, si dicatur

H

A catur ꝙ non, tunc apparenter inſertur: ergo videntes non ſunt videntes. Modus ſoluendi, eſt reſpondendo duabus reſponſionibus.

Art. 3. TERTIO ſciendum, ꝙ tertius modus huius fallaciæ fit penes diffinitionem, vt iſta diffinitio eſt bona, cæcum eſt animal non videns tunc taliter, qualiter natum eſt videre, ſi credatur ꝙ tunc cæca bene diffinian tur, dicendo: cæca ſunt animalia nõ videntia tunc taliter, qualiter nata ſunt videre: cõmittitur iſte modus, ſed debet dici: cæca ſunt animalia, quorum neutrum videt tũc taliter, Queſtio. qualiter natum eſt videre. ¶ Circa hoc quæritur, vtrum valeat iſta conſequentia, iſti non ſunt videntes: er-

B go iſte non eſt videns, & iſte non eſt Vide Sco. videns: demonſtrato cæco, & videnin 1. diſt. te'. Et videtur ꝙ ſic, quia propoſitio 4. q. 2. & de iſti æqualet copulatiuæ, ſaltem ſi d. 28. q. 2. capitur diuiſiuè. In oppoſitũ arguit: pro huiuſ nam antecedens eſt verum, & conſemodi cõ- quens falſum, quia videns non eſt ſequẽtijs. non videns. Vnde demonſtrato cæco, & videnté, verum eſt dicere, ꝙ illi duo non ſunt videntes, quia ſunt videntes, vel non videntes, ſed non ſunt videntes, ergo ſunt non videntes, & vltra ſunt non videntes: ergo non ſunt videntes: ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædicato finito: Tunc dico, ꝙ illa propoſitio, iſti nõ ſunt videntes, æqualet diſiunctiuæ & negatiuæ, cum ſua contradictoria æquiualeat copu C latiuæ, & affirmatiuæ.

¶ ARGVITVR primo ſic: Non eſt aliqua fallacia ſecundum plures reſponſiones: ergo neq; ſecundũ plures interrogationes. ¶ Secundo ſic: Talis fallacia fit per dictiones ad placitum ſignificantes: ergo non eſt extra dictionem ¶ Tertio ſic: Iſta fallacia & etiam iſtæ fallaciæ extra dictionem ſumũt cauſam apparẽtiæ ex parte dictionum: ergo ſunt in dictione. Ad primum dicitur, ꝙ non eſt ſimile, nam poſſunt bene dari plures reſponſiones vni interrogationi propter maiorem euidentiam, & tamen non contingit dare vnam reſponſionem ad interrogationem plures. Ad ſecundum negatur conſequentia, ſed oportet addere, ſit per dictiones, & non poteſt fieri niſi per dictiones D ad placitum ſignificantes: ergo eſt in dictione'. Ad tertium dr̃, ꝙ fallaciæ extra dictionẽ ſumũt cauſam apparentiæ ex parte rei ſignificatæ, vel intentionis ſeu conceptus: ſic videlicet ꝙ ſi videat ſumi ex parte vocis, hoc non eſt niſi mediante re ſignificata, vel intentione ſeu conceptu, ió tales fallaciæ poſſunt bene fieri ſine dictionibus, quemadmodũ non poſſunt fieri fallaciæ in dictione, quia nunq; poſſunt fieri, niſi in dictionibus: neque ſumunt ſuam cauſam apparentię, niſi mediantibus dictionibus, vel in ipſis dictionibus.

SVM-

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Septimus.

Qui de ſuppoſitionibus inſcribitur.

Diuiſio eorum, q̃ ſunt.

EOrum, quę dicũtur quędam dicuntur cum complexione, vt hõ currit, quædam vero ſine cõplexione, vt homo, quia eſt terminus incõplexus. ¶ Terminus (vt hic ſumitur) eſt vox ſignificans vniuerſale, vel particulare, vt homo, vel ſortes. Terminorũ autem incomplexorum vnuſquiſq; aut ſignificat ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatẽ, aut ad aliquid, aut agere, aut pati, aut vbi, aut quãdo, aut ſitu, aut habitum. ¶ Significatio) vt hic ſumitur) eſt rei per uocem ſecundum placitũ repreſentatio, quare cum omnis res, aut ſit uniuerſalis, aut particularis, oportet dictiones non ſignificantes uniuerſale, uel particulare, non ſignificare aliquid, & ſic non eſſent termini (ut hic ſumitur terminus) ut ſigna uniuerſalia, uel particularia. Significationum alia eſt rei ſubſtantiuæ, & hæc ſit per nomen ſubſtantiuum, vt hõ. Alia eſt rei adiectiuæ, & hæc ſit per nomen adiectiuum, vel per verbum, ut currit, uel albus, quæ non eſt propriè ſignificatio ſubſtantiua, uel adiectiua, ſed ſignificat aliquid ſubſtãtiuè, uel adiectiuè. Et ſignificare aliquid adiectiuè, uel ſubſtantiuè, ſunt modi uocum, quia adiectiuatio & ſubſtantiuatio ſunt compotes modi, & differentiæ rerum, quę ſignificantur, & non ſignificantur. Nomina uerò ſubſtantiua dicũtur ſupponere, ſed nomina adiectiua, uel uerba dicunt copulare.

Significatio quid & quotuplex.

ISte eſt tractatus paruorum logicalium: in quo determinandum eſt de paſſionibus terminorum, & communiter aſſignantur quinque ſcilicet ſupponibilitas, ampliabilitas, reſtringibilitas, appellabilitas, & diſtribuibilitas, & exponibilitas. Et dicuntur paſſiones termini, quia ſoli termino conueniunt: ideo ſubiectum

iſtius

A istius tractatus est terminus: Nã illud est subiectum alicuius scientiæ, cui conueniunt adequatè passiones, quæ in illa scientia tractãtur, sed terminus est huiusmodi: igitur, & hoc capiendo terminum secundè intentionaliter, vt diffiniebatur in quarto tractatu, in quo dicitur: Terminus est, in quẽ resoluitur propositio, vt in subiectum, & prædicatũ. Posset tñ aliquis dicere, ꝙ illæ passiones non conueniunt omni termino: ideo est aduertendum, ꝙ terminus potest capi tripliciter. Vno modo pro omni illo, quod potest esse copula, vel extremum propositionis cathegoricæ, vel determinatio extremi, vel copulæ. Et isto modo vna propõ potest dici terminus, quia potest esse extremũ

B propositionis, vt hęc est vera, homo currit est propositio: ibi totum hoc homo currit, est subiectũ. Alio modo accipitur pro omni illo, quod nõ est complexum orationale, siue sit cathegorema, siue sit syncathegorema, & isto modo signa, & negationes possunt dici terminus, & istis duobus modis non capitur hic. Alio modo capitur strictè, pro omni illo, quod significatiuè sumptum ex sua significatione, quã actu habet, põt esse subiectũ vel prædicatum propositionis, & sic ibi propriè capitur terminus, qñ dicitur, ꝙ est subiectum huius tractatus, quia tali conueniũt passiones supradictæ. Et licet iste tractatus dicatur tractatus suppositionum, ampliationum &c. nõ est intelligendũ, ꝙ suppositio, vel ampliatio sunt subiectũ, sed magis sunt ꝓprietates accidentales subiecti huius tractatus scilicet ipsius termini.

C Secvndo sciendum, ꝙ triplices sunt termini, scilicet mentales, vocales, & scripti. ¶ Vocales sunt, q̃ ab auditu corporali percipi possunt, & ex istis fiũt propositiones vocales, & tales significant ad placitum, & subordinantur in significando terminis mentalibus, propriè dictis: ita ꝙ illa, quæ naturaliter primo significãtur per terminos mentales, propriè dictos, significantur secundario ad placitũ per huiusmodi terminos vocales. ¶ Termini scripti sunt termini ad placitum instituti, quos oculo corporali videre possumus, & ex istis fiũt propositiones scriptæ, & eodẽ modo se habent ad terminos mẽtales vltimatos, sicut termini vocales. ¶ Termini mentales sunt duplices. ſ. propriè dicti, seu vltimati qui naturaliter significant res, quas termini vocales, vel scripti ad placitum significant, & tales propriè non sunt nisi notitiæ actuales rerum, vt notitia actualis lapidis diceretur huiusmodi conceptus. Alij sunt impropriè dicti, seu non vltimati, qui naturaliter significant terminos vocales, vel scriptos, & cum hoc significant ad placitum illa, quæ termini vocales, vel scripti ad placitum significãt, vt notitia huius vocis significatiuæ, hõ, significat naturaliter illã vocem, hõ, & ad placitũ illã, quæ significat istæ terminus, hõ, ad placitum, & de istis satis visum est in primo tractatu, & etiã de propõne mẽtali. Itẽ terminorũ quidã sunt secũdæ intẽtionis, & quidã primę intẽtionis. ¶ Terminus primæ intentionis est, qui signi-

Passiones terminorũ quinque.

Termin⁹ tripliciter capit.

Termini triplices.

D Vide Sco. in 4. d. 1. q. 4. i sol. argu. S. Tho.

Car. 5. & inde.

Sco. in 2. d. 3. q. 1.

E gnificat rem, non causatam per actũ comparatiuum nostri intellectus. ¶ Sed terminus secundæ intentionis est, qui significat secundam intẽtionem, qui nõ est, nisi respectus rõnis, causatus per actum cõparatiuũ nostri intellectus: cuiusmodi sunt omnes termini logicales, & grãmaticales. Item terminorum ad placitũ significantium, quidã est absolutus, & alius est connotatiuus. ¶ Vnde terminus absolutus est terminus, qui nihil connotat, vt sunt termini prædicamenti substantiç, vt bos, homo. Sed cõnotatiuus, est qui vltra illud, pro quo supponit: aliquid importat sub habitudine essentiali vel accidẽtali, vt album, nigrum, & habet duplex significatum, scilicet formale, F & materiale. Materiale est illud, pro quo supponit. Formale, est illud, qđ connotat talis terminus, vt albũ supponit pro re alba, & connotat albedinem, seu connotat ipsam rem habere albedinem.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ adhuc terminorũ ad placitũ significantiũ, quidam sunt cathegorematici, quidam syncathegorematici, & quidã partim syncathegorematici, & partim cathegorematici, qui dicuntur mixti. Cathegorematici sunt duplices. s. ratione significationis, qui significant aliquid, vel aliqua ex institutione. Alij sunt cathegorematici rõne officij, q̃ significatiuè sumpti, possunt esse subiectũ, vel prædicatũ, vel pars subiecti, vel prædicati, vel copula, vel pars copulæ, vt hõ, aĩal. Etiã syncathegorematici sunt duplices. s. rõne significationis, qui impositi sunt ad significandũ non aliqd, vel aliqua, sed aliqualiter. i. modum accipiendi terminum in propositione, vt omnis, nullus. Alij sunt ratione officij, qui significatiuè sumpti possunt esse subiectum, copula, vel p̃dicatum, nec pars subiecti, prædicati, vel copulæ. Et dicitur notanter, significatiuè sumpti, quia si sumerentur materialiter, possent esse subiectũ, vel prędicatum. ¶ Sed terminus mixtus est, q̃ impositus est ad significãdum aliquid, vel aliqua, & aliqua liter, vel cui in mente correspondet aggregatum ex cathegorematico, & syncathegorematico, vt nihil. ¶ Et aduerte q̃ vltimate abstracta dicuntur termini partim cathegorematici, & partim syncathegorematici, G quemadmodum humanitas, anima litas: nam humanitas includit illud syncathegorema per se primo mõ, vel necessario: qñ. n. dicitur, humanitas currit: sensus est, humanitas per se primo modo currit, quod est falsum: nam cursus per se primo modo nõ conuenit humanitati. Et sic patet q̃ de talibus abstractis nihil potest prædicari, nisi q̃ conuenit ipsis in primo modo dicẽdi per se. ¶ Circa istud quæritur de hoc sophismate, omne cæcum est animal videns: posito casu, q̃ sint duo cæca, & non plura, quorum vnum videat sortes, & reliquum Plato, & nullus sit, quin videat illa duo: Tunc probatur sic sophisma: illud cęcũ est animal vidẽs, & illud cęcũ est aĩal vidẽs, & nõ sunt plura cæca: ergo oẽ cęcũ est animal vidẽs. ¶ In oppositũ arguit: oẽ cæcũ est animal videns, ergo omnis res cę

H Sco. in 1. d. 1. q. 5. post ant. Ioachim & in 1. d. 5. q. 1. in cãis logicis post rationes magistri.

Termini ad placitum tripliciter.

Sophisma.

ca est

A ca est animal vidēs. Patet consequētia, quia ly, cæcum, supponit, pro re, cum sit adiectiuum. Respondetur, ꝙ ly, cæcum, potest esse nominatiui casus, vel accusatiui casus: si sit nominatiui casus, sophisma est falsum: si sit accusatiui, sophisma est verum, & est sensus, quòd omnem rem cæcā est animal videns, & ibi animal supponit confuse tantum.

¶ Argvitvr primo sic: Supponibilitas non cōuertitur cum termino, cum multi sint termini, qui non possunt supponere: ergo terminus non est subiectum huius tractatus. ¶ Secundo sic: Si esset aliquis terminus syncathegorematicus, sequæretur ꝙ aliquis terminus esset significatiuus, qui nihil significaret, sed
B hoc est falsum: igitur. ¶ Tertio sic. Idem terminus potest dici cathegorematicus, & syncathegorematicus: ergo illa diuisio termini non est bona. Antecedēs probatur, quia si adiectiuum teneatur purè adiectiuè, est terminus syncathegorematicus, & substantiuè, est cathegorematicus. Ad primum dicitur, ꝙ supponibilitas conuertitur cum termino, proprie capto: puta cum termino, qui significatiuè sumptus, potest esse subiectum, vel prædicatum propositionis. Ad secundum dicitur, concedēdo totum argumentum, quia ad terminū esse significatiuū non requiritur, ꝙ significet aliquid, sed sufficit quòd significet aliqualiter. Ad tertium dicitur, ꝙ non est inconueniēs eūdem terminum esse cathegorematicum & syncathegorematicum secundum diuersas acceptiones.

¶ *Suppositio est acceptio termini substātiui pro aliquo. Differūt autem suppositio, & significatio, quia significatio fit per impositionem vocis ad significādū rem suppositio est acceptio termini, iam significantis rem, pro aliquo, vt cum dicitur, homo curit, iste terminus, homo tenetur stare pro sorte, Platone, & sic de aliis. Vnde significatio prior est suppositione, & in hoc differunt, quia significatio est uocis, suppositio uero est termini, iam compositi ex uoce, & significatione: ergo supponere, & significare non sunt idem, sed differunt per locum a coniugatis. Item significatio est signi ad signatum, suppositio uero est supponentis ad suppositum: ergo suppositio non est significatio. Copulatio est acceptio termini adiectiui pro aliquo.* C Suppositio quid & quomō differt a significatione. D

Primo sciendum, quòd suppositio sic diffinitur: Suppositio est acceptio termini in propositione, nati accipi pro aliquo, vel aliquibus, de quo, vel de quibus talis terminus natus est verificari, mediante copula talis propositionis. Vnde in hac diffinitione ponitur, suppositio, pro diffinito, & ponitur, acceptio loco generis: non quòd sit verum genus, sed magis causa: nam suppositio. causatur mediante acceptione termini pro aliquo, vel aliquibus. Dicitur notanter in propositione', quia termini extra propositionem, Artic. 1.

Sco. in 1. d. 1. q. 5. post art. Ioachim & in 1. d. 5. q. 1. in cāis logicis post rationes magistri.

Sophisma.

Scot. in 1. dist. 21. in fi. q.

Enem, non supponunt: logicus enim considerat proprietates, & habitudines, quæ precisè conueniunt terminis in ordine ad aliud, & aliud prædicatum. Si autem accipiatur suppositio pro significatione termini, pro quo significato natus est accipi, concedit, ꝙ possit supponere extra propositionem, sed illud nō est proprietas logicalis, nec propriè loqui de suppositione. Dicitur notāter, nati accipi, quia ad hoc ꝙ termini supponant, non oportet ꝙ actu pro aliquo accipiantur, sed sufficit, ꝙ sint nati accipi. i. ꝙ sint in potentia propinqua, vt accipiantur, pro aliquo, vel aliquibus. Et sic patet, ꝙ termini in libris scriptis, circa quos nullus aduertit, qui sunt partes propositionis scriptæ, supponunt. Dicitur notanter, pro aliquo, propter terminos singulares,
F vel aliquibus, propter terminos cōmunes, vel terminos collectiuos, qui supponunt pro pluribus. Dicitur notanter, de quo, vel de quibus, idest de cuius significati pro nomine, vel de quorum significatorum pro nominibus, vel nomine adequate, significate rem, pro qua supponit, qđ debet sic intelligi, ad hoc ꝙ terminus supponat pro aliquo non requiritur, ꝙ verificetur de illo, pro quo supponit, quia terminus non verificatur de re, sed sufficit ꝙ verificetur de pronomine demonstrante illam rem, vel prouominibus demonstrantibus illas res, vel de nomine significantæ adæquate illud, pro quo supponit, vt ens, quod non est demonstratum, currit, subiectum supponit pro aliqua re non demonstrata, & volo ꝙ sit lapis, tunc illud subiectum non G
potest verificari de lapide, neque de pronomine, demonstrante lapidē, quia tūc falsificaret propositionem, vt dicendo, hoc est ens, quod nō est demonstratum, sed debet sic dici, lapis est ens, quod non est demonstratum. Dicitur notanter, mediante copula, quod debet sic intelligi, mediāte copula talis propositionis, vel mediante copula, respectu cuius termini teneantur æquè amplè, & æquè strictè, vt creans necessario est Deus, sic debet ostendi, hoc possibiliter est creās, nō sic, hoc necessario est creās, quia tunc propositio esset falsa.

SECVNDO sciendum, ꝙ terminus, qui debet supponere saltem per sonaliter, vel simpliciter, debet, significare aliquid, vel aliqua. Ex quo sequitur, ꝙ terminus, significans præ- H
cisè aliqualiter, non potest suppone re personaliter. Vnde si terminus sit nomen oportet ꝙ significet aliquid, vel aliqua substantiue. Ex quo sequitur, ꝙ adiectiua, adiectiue tenta, nō supponunt, nomina tamen obliqua substantiuorum, vel adiectiuorum substantiuorum supponunt, & verificantur de illis, pro quibus supponunt mediante recto, & si careāt recto, supplēdus est talis rectus. ¶Sed quæreret aliquis, quid dicendū est de pronominibus? Dicitur, ꝙ pronomina sunt duplicia, quēdā sunt primitiuæ speciei, & quædam derituatiue. De primitiuis dicitur, ꝙ si ponantur sine relatis, vel demonstratis, supponunt, vt ego curro; ly ego supponit, & sic verificat, hoc est ego: ille disputat, ly ille supponit, & sic veri-

Art. 3.

Dubitatio,

A verificatur, hoc est ille, & similiter de alijs. Sed quando sumitur cum relatis, vel demonstratis, non supponũt, quia tũc sunt pura syncathegoremata, vt ego Petrus curro, ly ego non supponit, Petrus disputat, & ille Petrus legit, ly ille non supponit, & sic de alijs dicatur. Sed de deriuatiuis dicitur, ꝙ semper supponunt, siue sumantur cũ relatis vel demonstratis, siue non, aliter tñ, & aliter, nam qñ sumuntur sine relatis vel demonstratis, supponunt pro re possessa, vt hoc est meum, hoc est tuum, tam ly meum, quam ly tuum supponunt pro re possessa, sed quando sumũtur cum relatis vel demonstratis, tunc supponunt pro possessore, vel saltem referunt, vel demonstrant possessorem, vt meus asinus currit, ly meus B supponit pro possessore, ſ. pro me, & debet verificari per suum primitiuũ, siue in recto, siue in obliquo, vt asinus mei currit. ¶ De verbis dicitur, ꝙ supponunt, vt ego curro, legere est agere. Similiter participia, sumpta sine substantiuis, supponunt, vt sum legens. ¶ Sed de aduerbijs dicitur, ꝙ aduerbia purè cathegoremata habẽtia significata, de eorum pronominibus verificabilia, supponunt, vt hodie, heri, illic, & talia debent verificari ſm nomina substantiua, vt hodie ſm istud coplexum, hodierna dies. ¶ Sed de coniunctionibus dr, ꝙ nulla cõiunctio, cõiunctionaliter capta, supponit. ¶ Sed de ꝓpositione dr, ꝙ aliquæ ꝓpositiones supponũt, & aliquę nõ, vt ante sine casuali supponit, & debet verificari per tps. ¶ Sed de interiectionibus dr, ꝙ interiectio, interiectionaliter capta, bene suppo C nit, vt dicendo, vę tibi, ly vę supponit, & similiter de multis alijs.

TERTIO sciendum, ꝙ termini Art. 3. extra propositionem non supponũt, quia suppositio est inuenta ad inquirendum veritatem vel falsitatẽ propositionum, modo talis inquisitio non potest fieri, nisi in propositione. Suppositio ad qd reperta.

Sed si quis dicat, aliquis terminus supponit extra illam propositionẽ, Petrus currit, ergo extra propositionem. Negatur consequentia, qnia ly extra facit terminum sequentẽ supponere cõfusè, & distributiuè, vt ego sum extra domum. Et si quis dicat, nonne illa est vera, terminus potest supponere extra propositionem? dicitur, ꝙ potest capi dupliciter. Vno modo in sensu composito, & sic est falsa. & est sensus, hæc est possibilis, terminus extra propositionem sup- D ponit. Alio modo in sensu diuiso, & sic est vera, & est sensus, terminus extra propositionem positus potest supponere, & hoc si ponatur in propositione. Ex quo sequitur, ꝙ differentia est inter significationẽ & suppositionem, nam significatio conuenit termino tam in propositione, quã extra propositionem, sed non suppositio. Vnde significatio non est, nisi respectus rationis signi ad signatũ. Sed significare est instrumentaliter repręsentare aliquid, vel aliqua, vel aliqualiter potentiæ cognitiuæ eam vitaliter immutando. Vnde vitaliter immutare potẽtiã, est eã perceptiuè immutare. Supponere est accipere pro aliquo in ordine ad aliud. ¶ Cir Sophisca hoc quæritur de hoc sophismate, ma.

Instantia.

Corollarium.

Scot. in 4. d. j. q. 4.

E plures sunt non videntes quàm videntes, posito casu q̃ sint decẽ, quorũ nouẽ sint videntes, & alter cæcus. Quot sit verũ probatur, quia isti de cẽ non sunt videntes, ergo sunt nõ videntes, & vltra sunt non vidẽtes; ergo plura sunt non videntes, q̃ videntes. ¶ In oppositum arguit, quia nomen sunt vidẽtes, & tamen vnus cæcus, ergo plures sunt vidẽtes, quã non videntes. Respõdetur ad sophisma, qđ est verũ, puta q̃ plures sunt non videntes, q̃ videntes. Et ad improbationem dicitur, q̃ malè cõcluditur, sed deberet sic concludi, ergo plures sunt videntes, quàm cæci.

ARGVITVR primo: In illa propositione, homo nõ est asinus, homo supponit pro homine, & tñ non põt verificari de pronomine, demonstrãte hominem mediante copula talis propositionis, quia nõ sequitur, hoc non est homo, demonstrando hominẽ. ¶ Secundo sic, In illa propositione, homo est pictus: ibi, homo supponit pro imagine, & tamen nõ potest verificari de pronomine, demõstrante imaginẽ. ¶ Tertio sic: In ista propositione, creans necessario est Deus, ibi ly creans supponit p Deo: & tamen non potest verificari de ꝑnomine, demonstrãte Deũ. Ad primũ dicitur, q̃ terminus semper debet verificari mediante copula affirmata, & non negata. Ad secundum dicitur, q̃ in tali propositione ly homo supponit tã pro significato principali, quã minus principali: ideo est distinguenda, vt alias visum est. dicunt tamen aliqui & q̃ præcisè supponit pro imagine, & tunc debet sic verificari, hoc est homo pictus addẽ do illi termino homo, vt vniformiter teneatur. Ad tertium dicitur, q̃ patet solutio in primo notabili.

Sup. car. 43. A. B.

Suppõnis diuisio.

SVppositionũ alia communis, alia discreta. ¶ Suppositio cõmunis est, quæ fit per terminum communem, vt homo, animal. ¶ Discreta est, quę fit per terminum discretum, vt Sortes, vel per terminum communem cum pronomine demonstratiuo, vt iste homo, qui est terminus discretus. Item suppositionum communium alia naturalis, alia accidentalis. ¶ Suppositio naturalis, est acceptio termini communis pro omnibus his, pro quibus aptũ natum est participari, vt iste terminus, homo, per se sumptus, supponit pro omnibus hominibus qui sunt, qui erunt, & qui fuerunt. ¶ Accidentalis suppositio, est acceptio termini cõmunis pro omnibus his, pro quibus exigit suũ adiunctum, vt homo currit, hic iste terminus homo supponit pro omnibus hominibus presentibus cum dicitur, homo fuit, vel homo cucurrit, supponit pro preteritis, & cum dicitur, homo erit, vel homo curret, supponit pro futuris, & sic habet diuersas suppositiones secundum diuersitatem eorum, que ei adiunguntur. Accidentalium suppositionum alia simplex, alia personalis. ¶ Suppositio accidẽtalis simplex, est

A est acceptio termini communis pro re vniuersali significata per ipsum terminū, vt cum dicitur, homo est species, animal est genus, ibi iste terminus, homo, supponit p̄ homine in cōi, & nō pro aliquo inferiori & iste terminus animal supponit pro animali in communi, & non pro aliquo inferiori, & similiter dicendum est de quolibet termino communi, ut risibile est proprium, rationale est differentia, albū est accidēs. Item suppositionum simplicium alia est termini cōis in subiecto positi, vt homo est species, ibi iste terminus, homo, habet simplicē B suppositionē, quia solū supponit pro natura speciei. Alia est termini cōmunis in p̄dicato propositionis affirmatiuæ, vt omnis homo est animal, ibi ille terminus, animal in p̄dicato positus, simplicem habet suppositionem, quia solum supponitur pro natura generis. Alia est termini cōmunis positi post dictionem exceptiuam, vt omne animal p̄ter hominem est irrationale, ibi iste terminus, hominē, simplicem habet suppositionem, quia non licet fieri descensum sub ipso, vnde nō sequitur, omne animal p̄ter hominem est irrationale, ergo omne animal p̄ter hunc hominem est irrationale, ex quo ibi est fallacia figuræ dictionis, procedendo à suppositione simpli ci ad personalem, similiter hic, C homo est species, ergo aliquis homo est species, & similiter hic, omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc animal. In omnibus.n. istis fit processus à simpliti suppositione ad personalē. Quod autem terminus, in prædicato positus, simplicē habeat suppositionē, patet, quia cū dicitur, omnium oppositorum eadem est disciplina: nisi ille terminus, disciplina, simplicem haberet suppositionem, sic fieret descensus sub ipso, & esset falsa. Nulla.n. particularis disciplina est oīum contrariorū, medicina .n. nō est oīum contrariorū, sed solum sani & ægri, grammatica non est D omnium contrariorum, sed solū congrui, & incongrui, logica veri, & falsi, & sic de alijs.

PRIMO sciendum, quòd post Art. 1. quàm determinatum est de suppositione diffinitiuè, nunc consequenter determinandum est de ea diuisiuè. Vnde suppositionum alia est mixta, alia non mixta. Suppositio mixta, est acceptio termini communis complexi: cuius vna pars supponit alio genere suppositionis, quàm alia vt dicēdo, iste terminus, homo est dictio bisyllaba: ibi, terminus, supponit pſonaliter, & hō, materialiter. Potest tñ aliqñ fieri suppositio mixta, quando quelibet pars termini complexi supponit eodem genere suppositionis, & tūc sic diffinitur. Est acceptio termini complexi, qui

E vltra acceptionem ſuarum partium nō accipitur vnica acceptione, vt cuiuſlibet hominis aſinus currit. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ aliq̄s terminus non dr̄ iſto mō ſupponere mixtim, quia partes ſupponunt alio, & alio genere ſuppoſitionis, ſed quia terminus complexus vltra acceptionē partiū non accipitur vnica acceptione. Vnde regula eſt, ꝙ quandocunq; determinatio præcedit determinabile: ſi ſignū præcedēs nō ſit eiuſdem caſus cū determinabili, tunc talis terminus ſupponit mixtim, vt patet ī exēplo prius dicto. Sed ſuppoſitio non mixta, eſt acceptio termini in cōplexi ſiue complexi: cuius vna pars non accipitur aliter, q̄ alia, vt hō currit.

Termin⁹ mixtim ſupponēs cur dic⁹.

Suppoſitio non mixta triplex.

F Et eſt triplex, ſ. materialis, ſimplex, & pſonalis. ¶ Vñ ſuppoſitio materialis eſt acceptio termini pro ſuo ſignificato non vltimato, vel ſuis ſignatis nō vltimatis ſm cōceptum, ſm quē nō accipit vltimate. Pro quo eſt aduertendū, ꝙ duplex eſt ſignatū. ſ. vltimatū, & non vltimatū. Vñ ſignatū vltimatū eſt illud qđ vltimate ſignatur ꝑ terminū ſignantē ad placitum vltimate, vel naturaliter ꝓprie. Sed ſignatū nō vltimatū eſt ipſemet terminus, vel alius ſibi ſimilis in voce, vel in ſcripto, vel æquiualens in mēte. Ex quo ſequitur, ꝙ terminus vocalis vel ſcriptus dr̄ ſignare ad placitum dupliciter. Vno mō vltimate, alio mō non vltimate. Vltimate ſignat illud, ad qđ eſt impoſitū ad ſignandū, ſed terminus vocalis dr̄ ſignare ad placitum, nō vltimate ſcriptū, ſibi ſynonimū, & ſcriptus dr̄ ſignificare nō vltimate vocē ſibi ſynonymā. Poſſunt etiā dici ſignare non G vltimate conceptū vltimatū, mediate quo terminus vocalis, vel ſcriptus ſignificat ſuum ſignificatum.

SECVNDŌ ſciēdum, ꝙ ſuppō Art. 2. ſitio materialis eſt duplex. ſ. diſcreta, & cōis. Diſcreta eſt acceptio termini in propōne, materialiter ſuppo nētis, ſumpti cū pro noīe dēmōſtratiuo primitiuæ ſpēi, vt hoc ly hō eſt dictio biſyllaba, ibi ly hō ſupponit materialiter, & diſcrete. Sed cōis eſt acceptio termini in propoſitione', materialiter ſupponentis, ſine ſigno ſingularizāte ſumpti. Et eſt duplex, ſcilicet determinata, & confuſa. Determinata eſt acceptio termini in ꝓpoſitione materialiter, & communiter, ſub quo gratia formę pōt fieri deſcēſus diſiunctiuus, vt ſortes eſt dictio biſyllaba. Sed confuſa eſt du- H plex, ſcilicet confuſa tantum, & confuſa & diſtributiua. ¶ Confuſa tantum eſt acceptio termini in propoſitione, materialiter & communiter ſupponentis, ſub quo gratia formæ poteſt fieri deſcenſus copulatus, vel diſiunctus, vt omne nomen eſt ly homo, ibi ly homo ſupponit materialiter cōfuſè tm̄. ¶ Sed confuſa & diſtributiua eſt acceptio termini in ꝓpoſitione, materialiter & cōmuniter ſupponentis, ſub quo gratia formæ pōt fieri deſcēſus copulatiuus, vt oē ly homo eſt nomen, ibi, homo, ſupponit confuſè, & diſtributiuè materialiter. ¶ Sed ſuppoſitio ſimplex, eſt Scō. li. i. acceptio termini in propoſitione ꝓ d. 4. q. 2. ſuo ſignificato primario & adequato reſpectu prædicati vel ſubiecti ponentis differentiam inter ſuperius

A rius & inferius, vt homo est species, homo conuertitur cum risibili, ibi, homo, supponit simpliciter & est duplex. s. communis, & discreta. ¶ Cõmunis, est acceptio termini communis in propositione pro suo significato primario vel adæquato, vt homo est species. ¶ Discreta, est acceptio termini discreti pro suo significato respectu prædicati, ponentis differẽtiam inter ipsum & superius, vt sortes est indiuiduũ. Ex quo sequitur

Error multorũ. falsitas illorum qui dicunt, q̃ subiecta istarum propositionum, hõ est dignissima creaturarum, bos est vtilissimus aratro, supponũt simpliciter, quod falsum est, sed supponunt personaliter, & de rigore sermonis sunt falsæ. Et de ista suppositione ponuntur aliquæ regulæ. Prima,

B

Regula. nullus terminus suppositionis simpliciter, potest inferre suum superius, neq; suũ inferius, vt non sequitur, homo conuertitur cum risibili, ergo sortes conuertitur cum risibili, sed committitur fallacia figuræ dictionis. ¶ Secunda regula, nullus terminus communis, sumptus in numero plurali, vel cum signo vniuersali, vel particulari, vel singularizante, supponit simpliciter, ideo subiecta istarum propositionum non supponunt simpliciter, homines sunt species, nullus homo est species, omnis homo est species, aliquis homo est species, nullus modus sciendi est subiectum in logica, sed supponunt personaliter.

Art. 3. TERTIO sciendum, q̃ pro declaratione suppositionis est aduertẽdum, q̃ duplex est descensus. s. diuisiuus, & arguitiuus. ¶ Diuisiuus, qui fit per diuisionem, vt dicendo, animalium, aliud rationale, aliud irrationale. ¶ Sed descensus arguitiuus est consequentia formalis, in qua arguitur ab aliquo termino, communiter sumpto ad eius inferiora virtute suppositionis, cæteris tamen terminis tam cathegorematicis, q̃ syncathegorematicis manentibus, & debet fieri talis descensus per inferiora in supponendo, de quibus alias visũ est in quinto tractatu. Et iste descensus arguitiuus est quadruplex. s. copulatiuus, copulatus, disiunctiuus, & disiũctus. ¶ Copulatiuus est, quãdo in descendendo infertur vna copulatiua, composita ex singularibus termini, sub quo fit descẽsus, vt omnis homo currit, ergo iste homo currit, & iste homo currit, & sic de alijs. ¶ Sed descensus copulatus est, quo

C

Sup. car. 74. H

Descẽsus arguitiuus quadruplex.

D

in descendendo infertur vna cathegorica de extremo copulato, composita ex omnibus singularibus termini, sub quo fit descensus, vt nullum caput habet omnis homo: ergo nullum caput habet iste homo, & iste homo, & sic de alijs. ¶ Sed descensus disiunctiuus est, quo in descendendo infertur vna disiunctiua, composita ex omnibus singularibus termini, sub quo fit descensus, vt hõ currit, ergo iste homo currit, vel iste homo currit, & sic de alijs, pro hoc descensu vide Scot. q. 1. prolog. ¶ Descensus disiunctus est, quo in descendendo infertur vna cathegorica de extremo disiuncto, cõposita ex omnibus singularibus termini, sub quo fit descensus, vt omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc, vel

Descẽsus duplex.

E hoc, vel hoc animal, & ſic de alijs. Et
Deſcẽſus duplex. eſt duplex deſcenſus. ſ. ſufficiens, & inſufficiens. Vnde ad deſcenſum ſufficientem tres conditiones requirũtur. ¶ Prima, ꝙ enumeretur omnia ſingularia. ¶ Secunda ꝙ fiat taliter, qualiter debet fieri: Vnde ſic debet fieri: ſub termino, ſupponente confuſè & diſtributiuè fit deſcenſus copulatiuus, & ſub termino ſupponente confuſè tantum ratione ſigni confuſiui generalis fit deſcenſus diſiũctus vel copulatus, ſed ſub termino ſupponente determinate fit deſcẽſus diſiunctiuus. ¶ Tertia conditio ꝙ ecõtrario valeat aſcenſus: defectu cuius ibi non eſt bonus deſcenſus, omnis hõ currit: ergo iſte homo currit, vel iſte hõ currit, ꝙa aſcenſus nõ infert vtrem: non. n. ſequit: iſte homo cur-
F rit, vel iſte hõ currit, & ſic de alijs: ergo omnis homo currit. ¶ Vnde aſcẽ-
Aſcenſus quid. ſus eſt conſequentia, qua arguitur ab inferioribus in ſupponẽdo ad ſuperius. ¶ Sed deſcenſus inſufficiens eſt, qui caret vna illarum conditionum, & debet ſeruari in deſcenſu, ꝙ
Sophiſma. ponatur conſtãtia ſubiecti, maximè in contingentibus. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſophiſmate: Secana eſt terminus diſcretus. Probatur, quia Secana eſt nomẽ proprium: ergo eſt terminus diſcretus. ¶ Improbat̃ ſic: nulla aqua eſt terminus diſcretus, ſecana eſt aqua: ergo ſecana nõ eſt terminus diſcretus. ¶ Itẽ nullus terminus cõis eſt diſcretus, ſed ſecana eſt terminus communis: ergo nõ eſt terminus diſcretus. Minor probatur, quia ſophiſma eſt vna propoſitio indefinita: ergo ſubiectũ eſt terminus cõis. Ad ſophiſma reſpondetur, ꝙ G
ipſum eſt verũ. Ad primam improbationem negatur conſequentia, cõmittitur enim fallacia figuræ dictionis variando ſuppoſitionẽ. Ad ſecundam dr̃, ꝙ ſecana eſt terminus cõis, ſi materialiter accipiat̃, & diſcretus, ſi perſonaliter & ſignificatiuè accipiat̃.

¶ Argvitvr primo ſic: Subiectũ huius propoſitionis: Petrus currit eſt propoſitio, ſupponit materialiter, & tamen non eſt acceptio termini: igitur. ¶ Secundo ſic: Subiectũ huius propõnis, ens eſt dictio monoſyllaba, ſupponit materialiter, & tamẽ accipit pro inferioribus ad ens, quia iſte terminus ens, eſt inferius ad ens. ¶ Tertio ſic: Subiectũ huius propõnis, hõ eſt digniſſima creatura-
rum, ſupponit ſimpliciter, & tamen H
non accipitur reſpectu prædicati, ponentis differentiam inter ſuperius, & inferius: igitur. Ad primum dr̃ ꝙ ibi eſt acceptio termini, capiẽdo terminum largè, vt ſe extendit ad oẽ illud, quod põt eſſe extremũ propoſitionis: Ad ſm dicitur, ꝙ licet ens accipiatur pro ſuis inferioribus: nõ tamen ſecundum conceptum vltimatum, ſed ſm conceptum non vltimatum. Dicitur ad tertium, negando, ꝙ ſubiectũ illius propoſitionis ſupponat ſimpliciter, ſed ſupponit perſonaliter, & eſt falſa.

Perſonalis autẽ ſuppoſitio eſt acceptio termini communis pro ſuis inferioribus, vt cũ dicitur, homo currit, iſte terminus, homo ſupponit pro ſuis inferioribus.

Primo ſciendum, ꝙ ſuppoſi- Art. 1.
tio

A tio personalis est acceptio termini in propositione pro suo significato primario, vel significatis suis secundarijs, vel pro suo significato materiali, respectu prædicati non ponentis differentiam inter superius & inferius. Et dicitur notanter, pro suo significato primario, nam quilibet terminus communis vniuocus habet duplex, significatum .s. primarium & secundarium: vnde iste terminus hō, de significato primario significat humanitatē, & de significato secūdario significat fortē, Petrū, & sic de alijs. Et est talis suppositio duplex .s. cōis, & discreta. Communis est acceptio termini communis, communiter tenti in propositione pro significato primario, vel significatis secundarijs, vt homo currit: homo est animal. Sed discreta est acceptio termini discreti vel communis, discretè tenti in propositione pro suo significato, respectu prædicati non ponentis differentiam inter ipsum, & suū superius, vt sortes currit: sortes est hō. Et aduerte, q̄ aliqui præter istas suppositiones ponunt suppositionē naturalem, propter propositiones necessarias, sed propter hoc non est ponenda: nam veritas talium propositionum necessarium æquè potest saluari p̄ suppositionē personalē, sicut per naturalem. ¶ Vnde est aduertendū, q̄ copula in propōnibus necessarijs absoluitur a tempore: ideo tam subiectum, quàm prædicatum in ipsis stant indifferenter, pro præsentibus, præteritis, & futuris, vt homo est animal. Adā est animal: tā subiectum, q̄ prædicatum supponunt indifferenter pro præsentibus, præteritis, & futuris Et si quis petat, quare melius fit talis absolutio connotationis in propōnibus necessarijs, q̄ contingentibus. Dicitur, q̄ hoc est pp necessariam habitudinem extremorum adinuicem: habent.n. termini propositionum necessariatum talem habitudinem conuenientiæ: vnde ad compositionem extremorum talium propositionum necessario sequitur conformitas, seu veritas talis propositionis ad terminos: iō quandocūq; extrema, talium propōnum componuntur adinuicem, propositiones constitutæ ex ipsis, sunt semper veræ, & hoc est, q̄ dicitur, q̄ ad veritatē talium propositionū necessariarum non requiritur q̄ extrema supponant pro aliquo existente, sed sufficit q̄ supponant pro aliquo cognito: ideo quandocūq; intellectus componit istam propositionem, hō est aīal: Adā est hō: semper talis propositio est vera. Et aduerte, q̄ copulā absolui à cōnotatione tēporis, nihil aliud ex, q̄ ipsam absolui a suo effectu, q. est facere stare terminū pro p̄sentibus, & talē absolutionē cōnotationis pōt habere copula in suppositione personali, ideo non est necesse ponere suppposition̄ naturalem.

Sco. in. 1. d. 4. q. 1. in fi.

Suppō p̄sonalis duplex.

Suppositio naturalis an detur.

C Quæstio.

Secvndo sciēdū, q̄ pro declaratiōe suppositionis p̄sonalis discretè ponit̄ talis regula. ¶ Oīs terminus supponēs, siue materialiter, siue simp̄r, siue p̄sonaliter discretè tentus, supponit discretè, quia si terminus non teneretur discretè, licet esset singularis, tunc non supponeret discretè, vt dicendo, sortes est terminus

Art. 2.

Regula.

E nus discretus, ibi ille terminus, sortes, licet sit singularis, non tamē supponit discretè. Vnde terminus dr̄ accipi discretè, qui accipitur taliter, ꝙ ratione talis acceptionis sibi repugnat supponere ꝑ pluribus diuisim, & vniuocè, vel pro aliquo communi cabili pluribus. Vnde multis modis pōt terminus teneri discretè. ¶ Primo, quando est nomen proprium, significatiuè sumptum, vt sortes currit. ¶ Secundo, quando est terminus communis sumptus cum pronomine demōstratiuo primitiuæ speciei, vt iste homo currit. Et dicitur notanter, primitiuæ speciei, quia si esset deriuatiuæ, non supponeret discretè, vt meus asinus currit. ¶ Tertio, quādo terminus communis restringitur per nomen propriū, vel per aliquod F supplēs vicem eius, vt ens, quod est sortes, currit. ¶ Quarto, quādo sunt plures termini singulares, singulariter tenti, vt Sortes, Plato, Cicero currunt, totum hoc supponit discretè. ¶ Quintomodo, quando talis terminus est pronomē primitiuæ speciei, sumptum sine substantiuo, vt ego curro. Ex istis patet, quòd subiectū huius ꝓpositionis, ens, quod est sortes, currit, supponit discretè, quia illi subiecto repugnat ex modo suæ significationis supponere ꝑ pluribus, ratione illius terminī, sortes, qui significatiuè sumptus non potest supponere pro pluribus. ¶ Et si quis arguat: Iste terminus ens, qui est principalior pars illius complexi, est terminus communis, & potest supponere pro pluribus, ergo tale subiectum non supponit discretè. Respondetur negando consequentiam, non.n. sequitur: principalis pars subiecti est terminus communis, ergo totum subiectum supponit cōmuniter. ¶ Et si quis iterum dicat, istæ sunt vniuersales, omne ens, quod est sortes currit, nullum ens, quod est sortes, currit, ergo subiecta sunt termini cōes, & per consequens non repugnat eis supponere pro pluribus. Respondet negando, ꝙ tales sunt vniuersales, sed sunt simpliciter singulares, licet tamen habeant modum, & figuram propositionis vniuersalis. ¶ Et si qs iterum replicet, quia termino singulari, singulariter capto, non potest cōgrue addi signum vniuersale, ergo istæ non erunt congruæ, omne ens, quod est sortes, currit, & nullū ens, quod est sortes currit. Respōdetur, ꝙ termino singulari incomplexo, & H singulariter tento, nō potest cōgruè addi signum vniuersale, tamen bene termino singulari cōplexo, cuius vna pars est terminus communis.

Termin⁹ multipliciter tenetur discretè.

Instantię.

G

Obiectio.

Instātia.

TERTIO sciendū, ꝙ de suppositione huius subiecti, iste homo, vel asinus currit, est difficultas, tamen breuiter respondetur, ꝙ vel illud ꝑnomen, iste, demōstrat totum subiectum, & sic supponit discretè, & tūc talis propositio est singularis, & est sensus, iste existens homo, vel asinus, currit, vel demonstrat solā primam partem subiecti, & tunc dicit, ꝙ totum subiectum supponit communiter, & tunc est propositio merè indefinita, nō obstante ꝙ prima pars supponat discretè, nam subiectum istius propositionis, sortes vel Plato currit supponit communiter, & tamen

Art. 3.

Quæstio.

Amen quælibet pars ſupponit diſcre-
Obiectio. tè. ¶Et ſi quis dicat, quare ſubiectũ primæ non ſupponit ſuppoſitione mixta, cũ vna pars ſupponat diſcretè, & alia communiter? Reſpõdetur q̃ ratio eſt, quia totum ſubiectũ poteſt capi vnica acceptione alia à ſuis partibus, ideo dicitur facere vnam ſuppoſitionem, ſed ſubiectũ huius, ſortes & Plato currunt, ſupponit diſcretè, quia ex modo ſuæ accceptionis repugnat ſibi ſupponere, pro plu-
Sophiſma. ribus. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſophiſmate, oẽs Apoſtoli Dei ſunt duodecim. Et q̃ ſit verum probatur, quia maximus numerus Apoſtolorum eſt numerus duodenarius, ergo omnes Apoſtoli Dei ſunt duodecim. Improbatur, quia contradictorium huius eſt iſtud, nõ omnes Apo
B ſtoli Dei ſunt duodecim, ſed illa eſt vera, quia æquiualẽt iſti, aliqui Apoſtoli Dei non ſunt duodecim. Rñdetur q̃ly omnes poteſt teneri dupliciter. Vno modo diſtributiuè, & tunc denotat prædicatum propoſitionis verificari de quolibet, de quo ſubiectum eſt verificabile in numero plurali, & tunc ſingulares eius ſunt iſtę: iſti Apoſtoli Dei, puta Petrus, & Paulus ſunt duodecim. Alio modo tenetur collectiuè, & tũc denotat, q̃ prędicatum conuenit omnibus ſimul ſumptis, & nulli ſeorſum, & tunc talis propoſitio eſt vera, & eſt indefinita, & toti ſubiecto non repugnat prędicari de pluribus, nã ſi cras adhuc eſſent tres Apoſtoli, iſta eſſet vera, quindecim Apoſtoli ſunt Apoſtoli Dei. Et aduerte, q̃ quando ly omnes tenetur collectiuè, facit terminũ ſequentem ſupponere confuſè tantũ, C ſub quo debet fieri deſcenſus copulatus, vt ſub iſto ſubiecto, Apoſtoli Dei, debet ſic deſcẽdi, ergo iſti Apoſtoli Dei, & iſti Apoſtoli Dei, & ſic de alijs ſunt duodecim. Dicitur ergo ad ſophiſma, q̃ ſi ly omnes teneatur collectiuè, ſophiſma eſt verum, ſi diſtributiuè, ſophiſma eſt falſum. Et ad rationem dicitur, q̃ illi bene æquippollent, ſi omnes, capiatur diſtributiuè, & ambæ ſunt falſæ, ſed ſi teneatur collectiuè, nõ æquipollẽt.

¶ Arguitur primo ſic: In iſta propoſitione, homo currit, ibi, homo, ſupponit diſcretè, & tamen non eſt acceptio termini diſcreti: igitur. Antecedens patet, quia ſibi repugnat ex mõ ſuæ ſignificationis ſupponere pro pluribus, quia ſibi repu- D gnat ſupponere pro duobus lapidibus. ¶ Secundo ſic: Dicendo, chimera currit, ibi eſt acceptio termini cõmunis, communiter tenti, & tamen non ſupponit communiter: igitur. ¶ Tertio ſic: Subiectum huius, propoſitionis, homo rudibilis currit, tenetur diſcretè, cum ſibi repugnet ſupponere pro pluribus ratione talis acceptionis & tamen non ſupponit diſcretè: Igitur. Ad primum dicitur, q̃ iſte terminus repugnat, facit terminum ſequentem rectum ab eo ſupponere confuſe, & diſtributiuè, ideo non ſequitur, repugnat ſupponere pro duobus, ergo pro pluribus, quia tunc arguitur ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperioris. Ad ſecundum dicitur, q̃ aliquis terminus dicitur cõmunis dupliciter. Vno modo in ſignificando, quia iſte

termi-

E terminus est significatiuus plurium vniuocè, & diuisim, & sic chimera est bene terminus communis, quia ex modo suæ impositionis sibi non repugnat, significare impossibilia plura. Alio modo in supponente, qa sibi ex modo suæ significationis non repugnat supponere pro pluribus, & sic non est terminus communis. Ad tertium dicitur, q tali subiecto ex modo suæ significationis repugnat supponere pro pluribus, quia significat rem taliter esse, qualiter impossibile est esse.

Item personalium suppositionum alia est determinata, alia confusa. ¶ *Determinata suppositio est acceptio termini communis, indefinitè sumpti, vel cum signo particulari determinatus, vt homo currit, vel aliquis homo currit. Et dicitur vtraq; illarum determinata, quia licet in vtraque istarum iste terminus, hō, supponat pro homine, tā currente, quam non currente, tamē pro vno solo homine currente vera dicitur. Et quia aliud est supponere, & aliud est locutionem esse veram pro aliquo, vel falsam, igitur in prædictis, (vt dictum est) iste terminus, homo, supponit pro oī, hoīe tā currēte, quam non currente, licet reddat locutionem veram pro currente solo. Quod autem in vtraque istarum sit determinata suppositio, patet, quia cū dicitur: animal est Sortes, vel animal est Plato, & sic de alijs, ergo animal est omnis homo, ibi est fallacia figuræ dictionis, a pluribus determinatis ad vnam determinatam. Et ideo iste terminus, animal, indefinitè positum, habet determinatam suppositionē, & similiter cum signo particulari.* ¶ *Confusa suppositio est acceptio termini cōmunis pro pluribus mediante signo vniuersali, vt cū dicitur, omnis hō est aīal, ibi iste terminus, homo, supponit pro pluribus mediante signo vniuersali, quia supponit pro quolibet suo supposito. Itē suppositionū confusarum alia est confusa necessitate signi vel modi, & alia necessitate rei, vt cū dicitur, oīs homo est animal, ibi iste terminus, hō, mediante signo vniuersali confunditur, siue distribuit pro quolibet supposito, & iste terminus animal, a parte predicati positus, confunditur necessitate rei. Et cum vnusquisq; hō suā habeat essentiā: ideo hoc verbū, est, necessitate rei tenetur pro tot essentijs, pro quot hominibus tenetur iste terminus homo, & cū vnicuique homini insit sua animalitas: ideo iste terminus, aīal, necessitate rei tenetur pro tot animalibus, pro quot hominibus iste terminus, hō, & q quot essentijs hoc verbum, est, vnde iste terminus, hō, debet supponere confuse mobiliter, & distributiue, sed cōfuse, & distributiuè tenetur, quia*

Subdiuisio suppositionū.

F G H

tenetur

A tenetur pro omni hoīe: mobiliter vera, quia licet fieri descensum sub eo pro quolibet suo supposito, vt omnis hō est animal: ergo sortes est animal; sed iste terminus aīal, debet confundi immobiliter, quia non licet fieri descēsum sub eo, vt omnis hō est animal: ergo omnis hō est hoc animal, ibi .n. fit processus à simplici suppositione ad personalem; sicut hic, hō est dignissima creaturarum: ergo hic homo, vel aliquis hō, vel rosa est pulcherrimus florum: ergo aliqua rosa. Sed differunt in hoc, quia in istis est simplex suppositio ex parte subiecti, in illa B vero ex parte prædicati: licet videatur oppositum esse, quod superius dictum est, quòd in hac propositiōe, omnis homo est animal: iste terminus, animal, in prædicato positus, simplicē habet suppositionem, cum prius dicitur, q̄ habet confusam. Ad hoc dicendum est secundum quosdā, quòd quia genus prædicatur de pluribus differentibus specie, iste terminus, animal, quando tenetur pro ipso in cōmuni, quod est genus, sic habet simplicem suppositionem. Secundum autem quod ipsa natura cōis ipsius generis multiplicatur per supposita hominis, sic dicitur habere confusam suppositionem, nō mobiliter, sed immobiliter. ¶ Suppositio aūt confusa immobiliter pōt stare cū simplici, non secundum idem, C sed secundu diuersa, vt dictum est. Vnde secundum hoc dicendū est, quod suppositio confusa mobiliter, non potest simul esse cum simplici: nec secundum idem, nec secūdum diuersa, vt dictum est. Sed ego credo impossibile esse, terminum cōem in prædicato positum, habere simplicem suppositionem, & confundi mobiliter, vel immobiliter, signo vniuersali existente in subiecto affirmatiuo, vt omnis homo est animal, & sic de alijs cōsimilibus, quia vt vult Porphyrius: omne Cap. de specie. quod prædicatur de aliquo, aut est maius eo, aut est æquale ei, de quo prædicatur, & intendit de D prædicatione p se, sed in hac propositione, omnis homo est aīal, est prędicatio per se, & non prædicatur æquale: ergo maius, non accidentale: ergo substantiale, vel essentiale: ergo genus vel differentia, nō differentia: ergo genus, sed natura generis multiplicata mobiliter, vel immobiliter, non est genus: ergo cum dicitur, omnis homo est animal, cum ibi prædicetur genus, non esset possibile, terminum communem multiplicari mobiliter vel immobiliter, quia significat naturam generis, quæ iam actu non esset genus, sicut si homo confunderetur mobiliter vel immobiliter, iam non esset species. Item hoc

Cap. 2.

E hoc idem videtur per Aristotelem in primo topicorum dicentẽ, quòd omne, quod de alio prædicatur, aut prædicatur conuersim de eo aut nõ: si conuersim est diffinitio, vel proprium. Si autẽ non conuersim prædicatur de re, aut cadit in diffinitionẽ rei aut nõ? si non, tunc est accidens, si cadit in diffinitionem rei: aut est genus, aut differentia: non differentia: ergo genus. Et intendit Aristoteles quòd ibi sit recta prædicatio, & species subiiciatur secundum se, vel multiplicetur, sed in hac propositione, hõ est animal,
F est recta prædicatio, & subiicitur homo, & non æquale prædicatur, neq; accidens: ergo genus. Quare non est possibile, terminum cõmunem in prædicato positum, cõfundi mobiliter, vel immobiliter. ¶ Item totũ vniuersale, quod est genus, & totum in quantitate ex opposito se habent: Sed totum in quantitate est duplex: quoddã est totum in quantitate completum, vt vbicunque confunditur terminus communis mobiliter, vt omnis homo est animal. ¶ Aliud est totum in quantitate incompletum & diminutum, vt vbicunque confunditur terminus communis immobiliter, & multiplicatur terminus communis simpliciter, ergo si impossibile est, totum in quantitate esse genus, inquantum huiusmodi, non erit impossibile terminũ G communem in prædicato positũ, confundi mobiliter, vel immobiliter vt dicebatur. Item comparatio illa, secundum quam inferiora reducuntur ad superiora, opposita est comparationi, secundum quam superiora reducũtur ad sua inferiora, sed secundum primam sumitur cõmune in ratione communis, sed secundum secundam sumitur cõmune multiplicatum, siue confusum. Cum ergo terminus communis vt sic sit in ratione generis, non est possibile ipsum multiplicari, inquãtum huiusmodi. Et hæc quatuor argumenta sunt concedẽda. Cau H sa autem, propter quam mouebãtur, facilis est ad soluendum, quę tamẽ est vna, quia tum dicitur, omnis homo est animal, cum vnicuiq; homini respondeat sua animalitas, siue suã essentia, cum nõ possit esse homo, quin sit animal, ideo dixerunt, ꝙ iste terminus, animal, tenetur pro tot animalibus, pro quot hominibus homo. Quod autem in illo argumento nulla sit apparentia, patet, quia cum dicitur: omnis homo est albus, necesse est, quòd tot animalitates intelligantur in subiecto, quæ sunt homines, in quibus tenetur hõ: Vnde nihil est dicere, ꝙ habet illas animalitates a prædicato, cum ibi prædicetur album. Unde dicendum, ꝙ homo (logicè loquendo

A quendo non naturaliter) ex animali & rationali cõponitur, ideo de se habet illarum animalitatum multiplicationem. Vnde cũ dico sic: omnis homo est albus, nullo modo habet illas animalitates à prædicato, cum ibi prædicetur albus, vt dictum est, sic autem est in proposito, cum ibi prædicetur genus de specie, vt omnis homo est animal. In hac enim propositione subijcitur homo, in quo intelligitur multitudo illarũ animalitatũ, & prædicatur hoc genus animal, quod nullo modo cõfunditur mobiliter vel immobiliter, sed stat ibi pro natura, sive pro essentia ipsius generis communis de pluribus prædicabilis, vnde animal prædicatur, & animal intelligitur in subiecto, sicut hic: omne animal rationale est animal. Similiter dico, quòd hoc verbum, est, non confunditur mobiliter vel immobiliter, quia q animal esset, vel existeret in hoc homine, hoc habet subiectum de se, antequam in propositione subijciatur prædicato essentiali vel accidentali. Et propter hoc destruimus quandam diuisionem factam, s. confusarum suppositionum, alia est confusa necessitate rei alia est confusa necessitate modi siue signi, dicimus enim, q omnis confusio fit necessitate signi vel modi, vt tum dicitur, omne animal rationale est animal, iste terminus, animal, in subiecto C positus, tenetur necessitate signi pro omni animali, quod est hõ. Similiter hic, omnis homo est animal: iste terminus, homo, tenetur pro omni homine, & non solum pro homine, sed etiam pro omni animali, quod est homo, & ideo tot intelliguntur animalitates, quot humanitates, naturaliter loquendo, quia eadem est humanitas in quolibet individuo hominis secundum viam logicorum, & non secundum viam naturæ, sic homo in communi idem est. Vnde quòd sit hæc animalitas, vel illa, hoc est ratione materiæ. In via enim naturę humanitas D mea differt ab humanitate tua per se, & anima mea, per quam causatur humanitas mea in me, alia est ab anima tua, per quam causatur anima tua in te. Et propter hoc signum confundit hominem: non tamen confundit animal in communi, sed animal cõtractum ad hominẽ per suas differentias. Vnde sequitur, quod omnis conclusio fit necessitate signi, vel modi.

PRIMO sciendum, q suppositio determinata est acceptio termini in propositione pro suo significato, vel suis significatis secundarijs, seu inferioribus disiunctiuè, id est sub quo potest fieri descensus per p positionem disiunctiuam. Vnde descendere disiunctiuè sub aliquo termino, Art. 1.

E mino non est aliud, quàm ex propositione, in qua ponitur terminus supponens determinate, inferre propositionem disiunctiuam, in qua ponuntur singularia contenta sub termino supponente determinatè. Vnde pro declaratione istius suppositionis ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima, omnis terminis communis, cõmuniter tentus, supra quem non cadit signum confusiuum, non impeditum, supponit determinate, vt homo currit, quidam homo currit. Dicitur notanter, communiter tentus, quia si teneretur discrete, non supponeret determinatè, vt iste homo currit. Dicitur etiam notanter, supra quem non cadit signum confusiuum, quia tunc talis terminus non F supponeret determinatè. Vnde signum confusiuũ est signum faciens terminum sequentẽ, cui addit, supponere confuse tantum, vel confuse, & distributiue, vt sunt ista signa, omnis, nullus. hõ, tamen. præter, sed illud dr signum non confusiuũ, qđ non facit terminum sequentem supponere confuse tãtum, vel confuse, & distributiuè, vt aliquis, alter, quidam, reliquus. ¶ Secunda regula, subiectũ propositionis indefinitæ, cui non præponitur aliqd syncathegorema, si supponat, supponit determinate, rẽd uctiuè, & non propriè. Et dicitur notanter, si supponat, propter tales propositiones, chimera currit, Scot. in 1. dist. 21. hinc ceruũs disputat, quæ sunt indefinitæ, & tamen subiecta non supponunt determinatè. Dicitur notanter, cui non præponitur aliquod syncathegorema, propter tales propositiones, omnẽ æquum videt homo, G & tantum homo currit, quæ sunt indefinitæ, & tamen subiecta earum non supponunt determinatè, sed cõfuse tantum: Dicitur notanter reductiuè, & non proprie, quia terminus communis importat sua significata secũdaria seu inferiora indisiunctim, ergo si debeat accipi copulatiuè vel disiunctiue, hoc est per aliquod signum, limitans intellectũ ad sic accipiendum terminũ, & nullum ponitur signum in propositione indefinita, cuius subiectum supponit determinatè, igitur. Sed subiectum propositionis particularis supponit determinatè propriè; & quia eadem est causa veritatis propositionis particularis, & indefinitæ, qa eidẽ proponi opponunt, & hoc maxime rõne suppositionis terminorũ, H iõ suppositio subiecti indefinitæ reducitur ad suppositionẽ subiecti particularis. Ex isto sequitur differentia inter propositionem indefinitam, & particularem. Nam subiectum particularis supponit determinate propriè, subiectũ indefinitæ, cui nõ præponit aliquod syncathegorema, supponit determinatè reductiuè. Corollarium.

Regula.

Regula.

SECVNDO sciendum, qꝫ suppositio confusa diuidit in cõfusam distributiuam, & confusam tm. Vnde suppõ personalis cõfusa & distributiua, est acceptio termini cõmunis, communiter tenti pro omnibus suis significatis secũdarijs vel inferioribus copulatiuè; vt ois homo currit, ibi iste terminus, hõ, supponit cõfuse & distributiuè. Pro cuius declaratione ponunt aliquæ regulæ. Regula. Art.

¶ Pri-

A ¶Prima, omnis terminus cõis, cõiter tentus, supponens materialiter, vel personaliter, cui immediatè additur signũ vle affirmatiuum, nõ impeditũ, & syncathegorematicè sumptum, supponit confusè & distributiuè, vt omnis homo currit. Dẽ notanter, cui immediatè additur signum, quia si adderetur solũ mediatè, tunc talis non supponeret confusè & distributiuè, sed magis confusè tantũ, vt cuiuslibet hominis asinus currit, ly asinus supponit confusè tantum. Dicitur notanter, nõ impeditũ, quia si impediretur per negationem, vel per aliquod æquiualens, tunc talis terminus non supponeret confusè & distributiuè, vt non omnis homo currit, ibi, homo, non supponit confusè & distributiuè, sed determinatè. Dicitur notãter, syncathegorematicè captum, & quia si non teneretur syncathegorematicè, sed materialiter, tunc talis terminus non supponeret confusè & distributiuè, vt omnis homo est totum in quantitate, ibi ille terminus homo, non supponit confusè & distributiuè. ¶Secunda regula, quilibet terminus supponens cõiter, sequens negationem, negantem vel signum negatiuum, positum supra ipsum, dummodo nõ impediatur, & significatiuè accipiatur, supponit confusè & distributiuè. Dicitur notanter, positum supra terminum, quia si negatio non feratur supra terminum, tunc talis terminus non supponeret confusè & distributiuè, vt homo, qui non currit, est animal, ibi ly animal non distribuitur, quia negatio non cadit supra ipsum. Dicitur notanter, C dummodo non impediatur, quia si impediretur, non faceret terminum stare confusè & distributiuè. Et aduerte, quod negatio potest impediri multis modis. Primo per aliam negationem, vt non homo non est animal, secundo per signum distributiuum, vel per aliquod æquiualens, vt nullus homo est omne animal, etiam per terminos includentes negationem, sicut sunt comparatiui & superlatiui, etiam impeditur per signum speciale cõfusiuum, vt non promitto tibi equum, ly equum non supponit distributiuè, distributione completa, licet bene incompleta. Et aduerte, q̃ duplex est negatio, scilicet negatio negans, & infinitãs. ¶Negans est, quæ negat copulam, & denotat diuisionẽ prædicati à subiecto, & distribuit omnẽ D terminũ sequẽtem, siue mediatum, siue immediatum. ¶Sed negatio infinitans solum fertur supra subiectũ vel prædicatum, & solum distribuit terminũ, cui immediatè additur, & est semper pars subiecti, cui addit. Et si quis quærat, an in ista propositio, hõ non est asinus, & Deus est Deus, distribuatur? Pro solutione ponuntur aliquæ propositiones. ¶Prima, negatio nominalis, posita in principio propositionis hypotheticę, solũ negat copulã primę cathegoricę, & non negat secundam cathegoricã, vt nullus homo currit, & Deus est, ly nullus solum cadit supra primã copulã, & super extrema, pertinentia ad illã copulã. ¶Secunda propõ, negatio negans aduerbialis posita in principio

Negatio impeditur multiplicitèr.

Negatio duplex.

Dubitatio.

E principio propositionis hypotheticæ, negat omnes copulas sequentes, & distribuit terminos pertinetes ad illas copulas, vt non homo currit, & Deus est, ibi Deus supponit distributiue, quia equiualet isti nullus Deus est. ¶ Tertia propositio, negatio negans aduerbialiter, nõ posita in principio propositionis hypotheticę, sed immediatè ante copulam, solum negat illam copulam, & extrema illius copulæ, vnde in ista propositione, homo non est asinus, & Deus est, ly non, non cadit, nisi supra primã copulam, ideo Deus non distribuitur.

Art. 3. TERTIO sciendũ, q̃ pro maiori declaratione ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima: terminus infinitatus communiter tentus, supponit confuse & distributiuè, vt non homo currit, ibi ly homo supponit confuse & distributiuè. Vnde differentia est inter terminum infinitum, & terminũ infinitatum, nã terminus infinitus est aggregatum ex termino finito, & negatione infinitante, vt nõ hõ, sed terminus infinitatus est terminus, cui additur negatio infinitans, vt nõ homo, ibi, homo, dicitur terminus infinitatus, & talis communiter tentus, supponit confuse & distributiuè, nisi impediatur, quia si impediretur, non supponeret confuse & distributiuè, vt dicẽdo, nihil quod est non homo, currit, ibi, homo nõ supponit distributiuè, quia non licet fieri descensum copulatiuum sub eo.

Regulæ.

Infinitũ, & infinitatũ differunt.

Obiectio. ¶ Et si quis dicat, dicendo, non homo currit, ibi, homo, infinitatur, & tamen non supponit cõfuse & distributiuè, quia sub eo non potest fieri descensus copulatiuus, quia hic non est bonus descensus, non homo currit, ergo non iste homo currit, & nõ iste homo currit, quia descensus debet esse superioris ad inferiora, hic autem arguitur ab inferiori ad superiora, quia ly non iste homo est superius ad ly non homo, cum de pluribus prædicetur. Respondetur q̃ ly homo supponit confuse & distributiuè, & q̃ sub eo potest fieri descensus, & quando arguitur, ibi arguitur ab inferiori ad superius, dicitur q̃ comparando, non homo, ad totum hoc, non iste homo, arguitur ab inferiori ad superius, sed comparando, homo, ad ly iste homo, arguitur a superiori ad inferius. ¶ Secunda regula, quilibet terminus, supponens cõmuniter materialiter vel personaliter, sequens comparatiuum comparatiuè tentum, rectus ab eo ex vi cõparationis, & etiã terminus sequens superlatiuum superlatiuè tentum, rectus ab eo ex vi comparationis dũmodo non impediatur, supponit cõfusè & distributiuè, vt sortes est fortior homine, sortes est fortissimus hominum, tam ly homine quam ly hominum supponit cõfusè & distributiuè. Dicitur notanter, sequens, quia si talis terminus nõ sequeretur comparatiuum, vel superlatiuum, tunc non supponeret confuse & distributiuè, vt asinus est homine fortior, ibi, homine non supponit confuse & distributiuè. Dicitur notanter, rectus a comparatiuo, vel superlatiuo ex vi comparationis, quia si non regeretur ex vi comparationis, non supponeret confuse & distributiuè,

Regula.

A tiuè, vt ſortes eſt fortior manu leone, ibi ly manu non ſupponit confuſè, & diſtributiuè. Dñ notanter, dum modo non impediatur, quia ſi impediretur, non ſupponeret confuſè & diſtributiuè, vt muſca eſt fortior omni animal, ibi ly animali non ſupponit confuſè & diſtributiuè, ideo iſta eſt vera, muſca eſt fortior omni aiali, vbi iſta eſt falſa muſca eſt fortior aiali. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſophiſmate, cuiuslibet hominis aſinus currit, poſito caſu, ꝙ quilibet homo habeat duos aſinos, vnũ currentem & aliũ quieſcentẽ. Quod ſit verum, probatur, quia iſtius hominis aſinus currit, & iſtius hominis aſinus currit, & ſic de alijs, ergo cuiuslibet hominis aſinus currit. Improbatur ſic: Alicuius hominis aſinus non currit, ergo ſophiſma eſt falſum. cõſequentia tenet per legem contradictoriarũ. Secundo ſic. Cuiuslibet hominis aſinus non currit, ergo ſophiſma eſt falſum. Antecedens patet inductiuè, & tenet conſequentia per legem contrariarũ. Tertio ſic. Iſta eſt vera, nullius hominis aſinus currit, ergo iſta eſt falſa, cuiuslibet hominus aſinus currit. Antecedens patet inductiuè, & conſequentia probatur per legem contrariarũ. Reſpondetur ad ſophiſma, quod eſt verũ. Ad primam improbationem dicitur, ꝙ iſtę non ſunt contradictoriæ, quia ille terminus, aſinus, remanet in diſtributus in vtraque, modo regula eſt, ꝙ omnis terminus diſtribuibilis, in vna contradictoriarũ non diſtributus, debet diſtribui in alia, dũmodo talis terminus non ſit acceptus vnica acceptione cũ ſua determinatione, vt viſum eſt in capitulo de contradictorijs. Ad ſecundam dr, ꝙ non ſunt contrariæ, ſed ſic oportet dare, cuiuslibet hominis nullus aſinus currit. Ad tertiã dr, ꝙ iſta eſt falſa, nullius hominis aſinus currit, quia ibi ly aſinus diſtribuitur, & debet ſic induci, ergo iſtius hominis iſte aſinus non currit, & iſtiuſmet hominis iſte aſinus non currit.

Sophiſma.

Regula.

¶ Argvitvr primo ſic. In iſta propoſitione, Omni tẽpore animal omnis homo eſt, ly, tempore ſequitur immediatè ſignum vẽ, & tñ non ſupponit confuſè & diſtributiuè, quia ſub eo non poteſt fieri deſcẽſus copulatiuus, quia illa eſt falſa, iſto tẽpore animal omnis homo eſt. ¶ Secũdo ſic in iſta, omnis ſol lucet, ly ſol, ſequitur immediatè ſignum vniuerſale affirmatiuũ non impeditum, & tñ non ſupponit confuſè & diſtributiuè, quia ſub eo non licet fieri deſcenſus copulatiuus, cum nõ habeat ſuppoſita ¶ Tertio ſic, In iſta propoſitione, nullũ caput habet omnis homo, non videtur qualiter ſupponat prædicatum. Primo non ſupponit confuſè & diſtributiuè, quia ſupra ipſum cadunt duo ſigna diſtribuentia, nec confuſè tantũ, nec determinatè, cum ſub eo nõ liceat fieri deſcenſus diſiunctiuus, neq; diſiunctus. Ad primum dicitur, ꝙ ad hoc, ꝙ ſub tali termino, tempore, fiat deſcenſus, debet primo reſolui in iſtã, omni tempore omnis homo eſt animal, nam in deſcenſu cauẽdum eſt, ꝙ termini in deſcẽdentibus, ſub quibus non fit deſcẽſus, teneantur vni-

C Sup. char. 16. D.

D

E formiter, ſicut in deſcenſa. Ad ſecũdum dicitur, q̃ licet non fiat deſcenſus ſub ly ſol, hoc tamen ſibi non repugnat ratione ſuæ ſignificationis, q̃ ſufficit. Ad tertium dicitur, q̃ tale prædicatum ſupponit confuſè tãtũ, & ſub eo debet fieri deſcenſus copulatus, vnde non oportet, q̃ ſemper ſub termino ſupponente confuſè tãtum fiat deſcenſus diſiunctiuus, ſed poteſt fieri copulatus.

Sequitur de ſuppoſitione p̃ſonali.

Art. 1. PRIMO ſciendum, q̃ pro maiori declaratione ſuppoſitionis perſonalis confuſè, & diſtributiuę ponun-
Regula. tur aliqua regulæ. ¶ Quarum prima eſt, q̃ omnis terminus cõis cõmuniter tentus, ſupponens materialiter vel perſonaliter, ſequens terminum includentem negationem explicitè,
F vel implicitè, dummodo ille terminus non impediatur, & cum eo conſtruatur. ſupponit confuſè & diſtributiuè, vt iſte caret viſu, ibi iſte ablatiuus, viſu, ſupponit cõfuſè & diſtributiuè ratione illius dictionis, caret, ſimiliter, rudibilitas repugnat homini, ibi homini, ſupponit confuſè & diſtributiuè, ſimiliter iſti termini priuatus, ſpoliatus, cęcus, ignoro, neſcio, nego, vel eorum ſimiles faciunt terminum ſequentem, cum eis conſtructũ, ſupponere confuſè & diſtributiuè, dũmodo non impediatur per aliquod ſignũ. ¶ Secunda regula, q̃ terminus ſequens iſtam dictionẽ, extra vel iſtã dictionẽ, ſine, immediatè per modum caſualis illius propoſitionis, dummodo non impediatur, ſupponit confuſè & diſtributiuè, vt iſte eſt extra domum, G ibi ly domum ſupponit confuſè & diſtributiuè. ¶ Tertia regula, terminus communis exiſtens prædicatũ propoſitionis excluſiuè ſupponit cõfuſè & diſtributiuè, dummodo non impediatur, vt tantũ animal eſt homo, ibi ly homo ſupponit confuſè & diſtributiuè, & ſubiectum ſupponit confuſè tantum, puta ly animal. Ex quo ſequitur, q̃ illud ſignum tãtum agit in ſubiectum & prædicatũ, ſaltem inſtrumentaliter, alia tamẽ & alia ratione. Et ſi quis dicat, ly animal in exponentibus non ſupponit Inſtãtia. confuſè tantum, ergo neque in ipſa exponibili. Negatur conſequentia, & cũ probatur, quia termini in propoſitionibus æquiualentibus debẽt ſupponere eodem modo, dicitur q̃ verum eſt in æquiualẽtibus in ſigni H ficando, ſed non in propoſitionibus æquiualentibus in inferendo, cuiuſmodi ſunt propoſitio exponibilis, & ſuæ exponentes. Ex quo ſequitur, q̃ propoſitiones expoſitionibiles non ſunt hypotheticæ, ſed cathegoricæ. ¶ Quarta regula, aduerbia ſimilitudinis, vt ita ſic, ſicut, & ſic de alijs faciunt terminos ſequentes ſupponibiles & diſtribuibiles ſupponere cõfuſè & diſtributiuè, & hoc ſi talis terminus ſequatur immediatè, & regatur à tali aduerbio in ratione comparationis, vt ſortes eſt ita albus, ſicut aſinus, ibi ly aſinus ſupponit cõfuſè & diſtributiuè.

SECVNDO ſciendum, q̃ iſtę dictiones differt, differens, & diuersũ, & conſimiles, includentes in ſe negationem, faciunt ablatiuos ſequentes Art. 2.

rectos

A rectos ab eis mediante ista propositione, a, vel, ab, distribuibiles, suppo nentes, non ipeditos, supponere cou fuse & distributiuè, vt sortes differt ab asino, ly asino ibi supponit cõfuse & distributiuè. Et notãter ponuntur istæ particulæ, puta q̃ ponat̃ post, & q̃ regat ab eis mediãte prepositione, a vel ab, suppouẽte distribuibiles, qa si nõ seruarentur, talis regula nõ esset vera. ¶ Secũda regula; aggregatũ ex recto & obliquo, sequens immediatè signum vniuersale nõ præcedẽ te obliquo, supponit cõfuse & distri butiuè, vt quilibet asinus hominis currit. Vnde omnes logici cõueniũt in hoc, q̃ totum aggregatum suppo nit confuse & distriburiue, sed de ly hominis disconueniunt: nam dicũt aliqui, q̃ ly hominis supponit cõfu se & distributiuè: alij dicũtur q̃ sup-
B ponit cõfuse tantũ & adhuc isti duo diuersificantur quia dicunt aliqui, q̃ supponit distributiuè simpliciter, ita q̃ talis propõ, qlibet asinus hois currit: æquialet isti, quilibet asinus cuiuslibet hois currit. Alij dicunt, q̃ supponit distributiuè ſm qd, qa ibi ly asinus restringit̃ per ly hois & ẽt ly hois restringit per ly asinus ad stã dum præcise, pro hominibus haben tibus asinos. Et ex ista regula sequit̃ alia regula, q̃ determinatio, & suum determinabile eodem, modo suppo nunt, vt omnis homo albus currit, ibi totũ hoc, homo albus, supponit confuse & distributiuè. ¶ Tertia regula, terminus, supra quem cadit di ctio exceptiua supponibilis & distri buibilis, supponit confuse & distri butiue, dummodo virtus dictionis exceptiuæ non impediatur per ali- C quam negationem, vt omne animal præter homine est irrationale, ibi ly hominem supponit confuse & distributiue. ¶ Quarta regula, ter minus, supra quem cadit dictio re duplicatiua, supponibilis, & distri bu bis, supponit confuse & distri butiue, dummodo virtus dictions reduplicatiuę non impediatur, vt omnis homo inquantum animal ra tionale est risibilis, ibi ly animal ra tionale supponit confuse & distri butiue.

TERTIO sciendum, q̃ suppositio confusa tantum, est acceptio ter- Art. 1. mini cõmunis in propositione pro omnibus suis suppositis disiunctim vel copulatim: Et dicitur notanter disiunctim vel copulatim, quia sub termino supponente confuse tantũ, aliqñ fit descensus disiunctus, vt ois D hõ est animal, sub ly animal fit descẽ sus disiunctus, & aliqñ descẽsus co pulatus, vt nullũ caput hẽt ois ho mo, sub ly homo fit descẽsus copula tus, & aliqñ nullus fit descensus pro pter appellationem, vt cognosco venientẽ, ly venientẽ supponit cõfuse tantum, & sub eo proprie non sit descensus. Et aduerte quòd de ea ponuntur aliquę regulæ. ¶ Prima cuiuslibet propositionis vniuersalis affirmatinæ, si prædicatum supponat, supponit confuse tantum, nisi impediat̃, vt omnis homo est animal. ¶ Secunda regula, subiectum propositionis excluiuæ affirmatiuæ, com muniter captum, & non impeditum, supponit confuse tantum, vt tã tum homo est animal, homo suppo-

Sco. in q. 1. prolog.

Regulæ.

E nit confusè tantum. Et aduerte q̃ dicunt aliqui, q̃ iſta regula intelligit, dummodo talis propoſitio exponatur gratia alietates: quia ſi exponere tur gratia pluralitatis, tunc ſuppone ret determinatè tantum, vt tm̃ quinque ſunt prædicabilia, ibi ly quinq;, ſupponit determinatè, ¶ Tertia regula: omnis terminus ſupponẽs cõmuniter, ſequens mediate ſignũ vniuerſale affirmatiuũ, non impeditum, cadens ſupra copulam propoſitionis, ſupponit confuſe tantũ, vt omni tẽpore homo currit, ibi, homo, ſupponit confuſe tantum, & hoc debet intelligi, vt dicunt aliqui, niſi talis terminus ſit determinatio poſita in eodem extremo cum termino diſtribu to, quia tunc ſupponeret confuſe diſtributiuè, vt quilibet aſinus homi-
F nis currit, ſed de hoc iam ſatis viſum eſt. Et dicitur notanter, cadẽs ſupra eandẽ copulam, quia ſi non caderet, non ſupponeret cõfuſe tantũ, vt ſortes videns omnem æquum, eſt currens, ibi ly currens, non ſupponit cõ ſuſe tantum, ſed determinate. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſophiſmate, omne animal videns omnem aſinũ eſt homo, poſito caſu q̃ ſolũ ſint tres aſini in mundo, quos quilibet homo videat, & ſolũ homo videat illos tres aſinos, & quilibet aſinus videat ſeipſum: tunc probatur, q̃ ſit verum, qa ſua contradictoria eſt falſa, igit eſt verũ. Improbatur ſic, qa ſi eſſent verũ, ſequeretur, q̃ ſub illo termino, aſinũ, qui ſupponit cõfuſe & diſtributiuè, poſſet fieri deſcenſus copulatiuus, ſed hoc eſt falſum. igitur. Minor probatur, quia tunc deſcendentes eſſent falſæ, vbi deſcenſa eſſet vera, quia deſcendentes ſunt iſtæ, omne animal videns hunc aſinũ eſt homo, & omne animal videns hũc aſinum eſt homo, ſed omnes iſtæ ſunt falſæ, quia aſinus eſt videns hunc aſinum, & tamen non eſt homo. Reſpondetur, q̃ ſophiſma erit verum, & dicitur q̃ male deſcẽditur. ¶ Vnde notandum eſt, quandocunq; fit deſcenſus, debemus cauere, q̃ termini, ſub quibus non deſcenditur, acciantur pro tot in deſcendentibus, ſicut in deſcenſa. ideo dico q̃ debet ſic deſcendi, omne animal vidẽs omnem aſinum, & hunc aſinum eſt hõ, & omne animal videns omnem aſinum & hunc aſinum eſt homo, & ſic de alijs, & per hoc etiam ſoluitur ſimile ſophiſma, omne animal, quod non eſt homo, eſt irrationale, ſed debet ſic deſcendi ſub ly homo, omne animal, quod non eſt homo, & iſte homo, eſt irrationale, ſimiliter debet deſcendi ſub ly ente in iſta propoſitione, omne differens ab ente, non eſt, ſic ẽt debet deſcendi ſub termino, poſito poſt dictionem exceptiuã, & dictionem reduplicatiuã, vt omne animal præter hominem eſt irrationale, ſub ly hominem debet ſic deſcendi, etiam dicendo, omnis homo inquantum rationalis, eſt riſibilis, ſub ly rationalis debet ſic deſcendi.

Sophiſma.

¶ Argvitvr primo ſic: In iſta propoſitione, homo non eſt animal, animal ſupponit confuſè & diſtributiuè, & tamen ſub eo non licet fieri deſcenſus copulatiuus, qa deſcẽdentes eſſent veræ, & deſcenſa falſa. ¶ Secundo ſic: Iſta eſt vniuerſalis,

omnis

A omnis hō vel asinus currit, & tñ subiectum eius non supponit confuse & distributiuè: igitur. ¶ Tertio sic. In ista propositione, sortes, qui non est asinus, est currens: ly, currens sequitur negationē, & tñ non supponit confuse, & distributiuè: igitur. Ad primum dicitur, ꝙ sic debet descendi: ergo homo, & idē homo non est hoc animal, & sic de alijs, & sic vna descendentiū erit falsa. Ad secū dum dicitur, ꝙ multotiēs patuit solutio. Ad tertium dicitur, ꝙ illa regula debet intelligi: dummodo illi termini pertineant ad eandem copulam, supra quam cadit negatio.

Hoc eodē tract.

De suppositione confusa tantum.

B Primo sciendū, ꝙ pro maiori declaratione suppositionis confusæ tm̄ ponuntur adhuc aliquæ regulæ. ¶ Prima: terminus cōis sumptus cōiter, sequens dictionē importantem actum animæ interiorem, rectus a tali dictione, in quē transit actus importatus per talē dictionē, supponit cōfuse tm̄, dummodo in tali dictione non includatur negatio, vt cognosco, desidero, appeto, intelligo, scio, contēno: etiam eorum participia. Et dicitur notanter, sequens, quia si p̄cederet, non oportet ꝙ supponat cōfuse tm̄, vt hoiem cognosco: ly hominē nō supponit confuse tm̄. Dicit notanter, dictionē importātē actum interiorē aīæ, quia dictiones importātes actum sensus exterioris, nō faciūt terminū sequētē supponere confuse tm̄, vt video lapidē: ibi, lapidē, nō supponit cōfuse tm̄, sed determinate. Dicitur notanter, rectus à talī dictione, in quā transit actus, quia si non regeretur à tali dictione, tūc nō supponeret cōfusè tm̄, vt cognosco hoiem intellectu: ibi, intellectu, nō supponit confuse tm̄, sed determinatè, quia supra eū non transit actus huius verbi, scio. Dr̄ notanter dūmodo talis dictio non includat negationē, quia tunc non supponeret confuse tm̄, sed cōfusè & distributiuè pp negationē, inclusam in tali dictione, vt ignoro lectionē. ¶ Aduerte etiā, ꝙ ista tria verba. s. ꝓmitto, obligor, & requiro, faciūt, terminos sequētes cōiter sumptos, rectos ab ipsis, supponere confusè tm̄, vt promitto tibi equū: ad equitandū requirit equus, ibi equū, & equus supponūt cōfusè tm̄. ¶ Aduerte vltra, ꝙ tales casus recti à talibus dictionibus, & ēt priori bus importātibus actū interiorē aīç, in suis contradictorijs supponūt cōfusè & distributiuè, distributione in cōpleta. Vñ ille terminus dr̄ supponere distributiuè distributione incōpleta, qui sic se habet, ꝙ remoto signo distributiuo, supponit cōfusæ tm̄ ratione signi specialis confusiui, & ſ sub tali potest rectè fieri descensus mixtus. ¶ Vñ descensus mixtus est, qui fit partim copulatiuè, & partim disiūctiuè, vt bis nō bibi vinū: ergo nō bis bibi hoc vinum, vel hoc vinū, vel hoc vinū. ¶ Ex quo sequitur, ꝙ non est idē dicere: ego nō promitto tibi equū, & nullū equū tibi promitto, quia vna est vera, & alia falsa: neq; termini supponūt vniformiter: nā in ista: nullū equū tibi promitto: ly equū supponit confusè & distribu

Art. 1.

Regula.

Promitto Obligor & Requiro.

Descēsus mixtus.

Corollarium.

E tiuè diſtributione cõpleta, & eſt vera, nam ſi ſignum diſtributiuum remoueatur, ly equum ſupponit determinate, ſed in iſta, ego non promitto tibi equum, ly equum ſupponit diſtributiuè diſtributione incompleta, quia ſi ſignum diſtributiuũ remoueatur, puta ly non, ſupponit cõfusè tantum ratione ſigni ſpecialis confuſiui, quod impedit, ne negatio diſtribuat diſtributione completa.

Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̃ ſecunda regula talis eſt. ¶ Terminus ſupponens communiter, ſequens copulatum ex terminis de prædicamẽto vbi, & prædicamento quando, ſupponit confusè tantum, niſi impediatur, & hoc ſi in tali copulato illa con
F iunctio, etiam, teneatur diuiſiuè, & non complexiuè. Et ratio huius regulæ eſt, quia tũc talis propoſitio eſt reſolubilis in copulatiuam, vt Pariſijs & Romæ venditur piper, reſoluitur in iſtam, Pariſijs venditur piper, & Romæ venditur piper. Aduerte ét q̃ non ſolum copulatum iſtorũ prædicamentorum, facit terminum ſequentem ſupponere confusè tantũ, ſed etiam copulatum ex terminis cuiuſcunque prædicamenti, vt homo currit, & aſinus eſt animal, ibi animal ſupponit confusè tantum, dummodo ly &, capiatur diuiſiuè, nam ſi ſtaret complexiuè, tunc non ſupponeret confusè tantum, ſed magis determinatè, & eſſet falſa. ¶ Tertia regula: terminus communis communiter tentus ſupponens, ſequens nomen adiectiuum numerale, vel aduerbium numerale in eadem propoſitione, rectus à verbo à parte poſt, determinato per tale aduerbiũ vel nomen numerale ex vi tranſitionis, dũmodo coniunctio incluſa in iſtis numeralibus capiatur diuiſiuè, ſupponit confusè tantum, vt bis cantaui miſſam, ter bibi aquam, triplex eſt materia propoſitionum, duplex eſt ſuppoſitio, omnes iſti termini ſupponunt confusè tantum, puta tã ly miſſam, quam ly aquam, quam ly materia, & ſuppoſitio. Et dr̃ notãter, ſequens, quia ſi præcederet, non ſupponeret confusè tãtum. Dicitur etiam, rectus, quia ſi non regeretur à tali verbo mediante tali aduerbio vel adiectiuo non ſupponeret cõfusè tantum, vt ſortes, qui bis bibit vinum, eſt animal, ibi ly animal non ſupponit confusè tantum, ſed determinate. Dicitur notanter ex vi tran
H ſitionis, quia ſi non regeretur ex vi tranſitionis, tũc non ſupponeret cõfusè tantum, vt bis cantaui miſſam gratiam Dei, ibi ly gratia non ſupponit confusè tantum, ſed determinatè: Dicitur notanter, dummodo talis dictio includat coniunctionem, quæ teneatur diuiſiuè & non cõplexiuè, quia ſi teneretur complexiuè, non oporteret quod ſupponeret etiã confusè tantum. Et ratio huius regulæ eſt, quia tales propoſitiones æquiualent vni hypotheticæ copulatiuæ, compoſitæ ex duabus cathegoricis, qui non poſſunt verificari pro vna, & eadem re'. ¶ Quarta regula. omnis terminus æquiualens orationi compoſitæ ex ſigno vniuerſali affirmatiuo, & termino communi, facit terminum ſequentem ſupponere confusè tantum, vt vbique, ſemper, infinitum,

A infinitum, æternum, vt ſemper fuit homo: ibi, homo, ſupponit confusè tantum, ab æterno fuit mundus, ibi mundus, ſupponit confusè tantum.

Art. 3. TERTIO ſciẽdũ. ¶ Quòd quinta regula talis eſt: terminus communis communiter tentus, ſequens, obligor, vel eius participium, rectus ab ipſo, ſupponit confusè tantũ, vt ego ſum obligatus in aliqua hora dicere miſſam: ibi, hora, ſupponit confusè tantum. ¶ Sexta regula, quando paria ſigna diſtributiua feruntur ſuper eundẽ terminum communiter tentum, quorum quodlibet ipſum diſtribueret, remoto reliquo. i. depoſito reliquo, talis ſupponit confusè tãtum, vel determinatè. Et dicitur no-
B tanter, quando ſigna ſunt paria, qa ſi eſſent imparia, tũc non oporteret, vt non nullus homo nõ eſt animal, ibi, animal, diſtribuitur, dicitur notanter, diſtributiua, quia de alijs nõ oportet. Dicitur notanter dummodo ferantur ſuper eundem terminũ, quia ſi non ferantur, tunc non oportet, vt omnis homo eſt omne animal, ibi animal diſtribuitur. Dicitur notanter, communiter contentũ & ſupponentẽ, quia ſi non teneatur cõmuniter, & non ſupponeret, tũc non oporteret. Et aduerte, quòd ſi talia ſigna ſint in propoſitione particulari, indefinita, vel ſingulari, tunc in plurimum terminus, ſupra quem ferun tur illa duo ſigna, ſupponit determinate, vt ſortes non eſt omnis homo, ly homo ſupponit determinate, ſed ſi ſint in propoſitione vniuerſali, tũc ſupponit confusè tantum, vt nullus homo eſt omne animal, ibi ly animal ſupponit confusè tantum. Debet etiam regula intelligi, dummodo alterum ſignorum nõ ſit ſignum reſtrictionis, & diſtributionis, quia alias non oportet, vt nullum animal videns omnem hominem currit, ly hominem diſtribuitur, quia ly omnem eſt ſignum diſtributionis, & reſtrictionis ſimul. ¶ Circa hoc quæri tur de hoc ſophiſmate Pariſijs, & Romæ venditur piper. Probatur, quia exponentes eius ſunt veræ, ſcilicet iſtæ, Pariſijs venditur piper, & Romæ venditur piper, ergo ſophiſma eſt verum. ¶ In oppoſitum arguitur, quia iſta eſt vera, nullum piper venditur Pariſijs & Romæ, ergo ſophiſma falſum, patet conſequẽtia per le
D gem contradictoriarum. ¶ Item cõuertens ſophiſmatis eſt falſa, ergo & ipſum ſophiſma. Antecedens patet quia conuertens eſt ipſa, piper venditur Pariſijs, & Romæ. Reſpondetur, quòd ſophiſma eſt verum, & ly piper ſupponit confuſe tantum, vt viſum eſt in regulis ſuppoſitionum. Ad rationes. ¶ Ad primam dicitur, quòd illa non eſt ſua contradictoria, ſed iſta Pariſijs, & Romæ non venditur piper. Et dicunt aliqui, quòd ly piper non diſtribuitur, quia negatio impeditur per illud copulatum, & vniformiter dicunt de omnibus terminis reſpectu ſignorum ſpecialium confuſiuorum, ſed iſti deſtruunt duas regulas logicales. ¶ Prima, quòd terminus diſtribuibilis, ſequens negationem, diſtribuitur, nec videtur impediri per illud copulatum, ne-

Sophiſma.

Paulò ſu pius car. 137. E

Regula.

E que per alia ſigna confuſiua, cũ talia non habeant vim diſtribuendi. ¶ Secunda regula, quam deſtruũt, ꝙ terminus diſtribuibilis nõ diſtributus in vna contradictoriarum, debet diſtribui in alia, niſi ſit determinatio vnica acceptione accepta. Ideo aliter dr̃, ꝙ ly piper diſtribuitur diſtributione incompleta: de qua inferius vi debitur Tractatu de Deſcẽſus. ¶ Ad ſecundam dicitur, ꝙ illa non eſt ſua conuertens, ſed iſta, piper vendit Pariſijs vel Romæ, quia terminus importans multitudinem copulatiuè in conuerſa propoſitione, debet in conuertente dicere illam multitudinem diſiunctiuè.

Item paulo ſupius car. 137. D.

Regula.

ARGVITVR primo ſic; Subiectum huius propoſitionis: ſortes vel chimera currit, ſupponit, & tamen non videtur, quõ ſupponat, non diſcrete, quia ſubiectum tenetur communiter: nec communiter, quia ſubiectum ſupponit pro vno ſolo .ſ. ꝑ ſorte. ¶ Secundo ſic: Subiectum propoſitionis indefinitæ debet ſuppone re determinate, ſed excluſiua affirmatiua de termino communi, com muniter tento, eſt indefinita: igitur. ¶ Tertio ſic; Iſta eſt incongrua hõ, & aſinus eſt animal: ergo animal non ſupponit confuſe tantum. Antecedens patet quia duo ſingularia, coniuncta per coniunctionem copulatiuam, æquialẽt vni plurali. ¶ Ad primum dr̃, ponendo talem regulam: Omne diſiunctum, cuius partes prę ciſe non accipiuntur pro eodẽ ſingu lari, ſupponit communiter, vt ſortes vel Petrus currit, ſortes vel chimera cantat &c. Et dicitur notanter, cuius partes non accipiuntur pro eodẽ ſin G gulari, quia tunc non ſupponeret cõ muniter, ſed diſcrete, vt ſortes, vel hoc album currit, demonſtrando ip ſummet, ſortem, ſed copulatum ex terminis ſingularibus, ſemper ſupponit diſcrete, vt ſortes, & Plato cur runt, ſed copulatum ex termino ſingulari, & termino communi, ſupponit communiter. vt ſortes & homo currunt: ibi ſupponit communiter pro ſorte & Platone, & etiã pro ſorte & Cicerone &c. Et per hoc patet ſolutio ad rationem, cum arguebatur, ſubiectum ſupponit pro vno ſolo: dicitur, quòd verum eſt: ergo ſup ponit diſcrete, negatur cõſequẽtia, quia ex modo ſuæ impoſitionis, vel modi ſignificandi non repugnat ſibi H ſupponere pro pluribus. ¶ Ad ſecun dum dicitur, quòd iſta eſt falſa, omne ſubiectum propoſitionis indefini tæ ſupponit determinatè: nam iſta eſt indefinita, omnem equum videt homo, & tamen ſubiectum non ſup ponit determinatè, ſed confuſè tantum. etiam excluſiua affirmatiua eſt indefinita, & tamen ſubiectum non ſupponit determinatè, ſed confuſè tantum, vt viſum eſt. ¶ Dicitur ad tertium negando quòd dicta locutio ſit incongrua, & hoc capiẽdo ly, Et diuiſiue, & ad dictum commune quòd duo ſingularia, coniuncta per iſtam coniunctionem, &, æquiua lent plurali, verum eſt ſi ly, & capiatur complexiuè, & non ſi capiatur diuiſiuè.

Sup. car. 36. D.

SVM-

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Octauus.

Qui de Relatiuis inscribitur.

Relatiuũ dupliciter.

RElatiuũ est duplex, vno modo relatiuum est, cuius esse est ad aliud quodã modo se habere, & sic relatiuum est vnum de decẽ prædicamentis. Aliud est relatiuum, quod est ante latę rei recordatiũ, quia vt vult Priscianus in maiori suo volumine: Relatio est ante latæ rei recordatio, vt sortes currit, qui mouetur: ibi hoc relatiuum qui, facit recordationem, siue relationem de sorte, qui est res ante lata. Omissis aũt relatiuis secundum primum modum, de relatiuis secundo modo hic intendimus. Relatiuorum autem quædam sunt relatiua substãtiæ, vt qui, ille, & similia. Quędam vero sunt relatiua accidentis, vt talis, qualis, tantus, quantus. ¶ Relatiuum autem substantiæ est, quod refert eandem rem in numero cum suo antecedente, vt qui, ille. ¶ Item relatiuorum substantię quædam sunt relatiua diuersitatis, vt alius. Et est illud, quod refert eandem rem in numero, & supponit pro alio, vt sortes currit, & alius disputat, quædam vero identitatis, vt qui, ille, idem. ¶ Relatiuum autem substãtię identitatis est, quod refert, & supponit pro eodem in numero, pro quo supponit suũ antecedens, vt sortes currit, qui disputat: ibi hoc relatiuum, qui, refert sortẽ, & supponit pro sorte. ¶ Relatiuorum substantiæ identitatis quędam sunt nomina, vt quis, quidam, quædam sunt pronomina, vt ille, idem. Item relatiuorum pronominum identitatis q̃dam sunt reciproca, vt sui sibi, se, cũ suo possessiuo, vt suus, sua, suum, alia non reciproca, vt ille, idem. ¶ Relatiuum autem reciprocum dicitur, non quòd sit patiens, sed quia ponit modum patientis supra substantiam agentem, quia aliud est patiens, & aliud est modus patientis, quod patet per hoc, q̃ nominatiuus potest esse patiẽs, vt

B Cap. de Relatiuis

Relatiuorum diuisio.

D

Relatiuũ reciprocum cur dictum.

Sup. cap. 36. D.

vt sortes percutitur, sed non pōt habere modum patientis, vnde modus patientis semp̄ est in obliquis. & sic patet quòd aliud est patiens; & aliud modus patiẽtis. ¶ Si quæratur, quid addatur supra patiens per relatiuum reciprocum? Dicendum est, q̄ addit identitatem substantiæ, & ponit eam sub mō patiẽtis, vt sortes iubet se, ibi substantia, quæ prius erat agens, ponitur sub mō patiẽtis, vt in hoc pronomine, se, vnde

Reciprocū quid.

reciprocum pōt sic diffiniri. ¶ Reciprocum est, quod significat substantiam agentem sub modo patientis, vel sic, Reciprocū est idẽ, quod sui ipsius passiuū, & ideo hoc relatiuum, sui, significat per modum patientis, in quẽ dicitur trā sire actus verbi, nominatiuus autem significat per modum agentis. ¶ Item si quæratur, quare hoc pronomen, sui sibi, se, caret nominatiuo? Dicendum est, q̄ solutio patet ex præmissis, quia agẽs non potest significare patiẽs, siue sub modo patientis, nisi in obliquis, sed nominatiuus dicit modū agẽtis, & ideo natura nominatiui repugnat natura huius pronominis, sui, & ideo non potest habere nominatiuum. Ex prædictis patet, quòd relatiua identitatis referunt eandem rem sub eodẽ antecedente, & semper supponūt pro eadem re in numero. ¶ Et ex hoc patet, q̄ maior est certitudo per relatiuum identitatis quàm per suum antecedens loco relatiui positum, vt homo currit, homo disputat, quia dubium est vtrum de eodem homine dicatur: Sed cum dicitur, homo currit, & idẽ disputat, certum est, q̄ de eodem homine dicatur, hoc enim patet per Priscianum dicentem in maiori suo volumine, q̄ cū dicitur: Aiax venit ad troiā, & Aiax fortiter pugnauit, dubium est, an de eodem Aiace dicatur, an de diuersis. Sed cum dicitur Aiax venit ad Troiam, & idem fortiter pugnauit, de eodem Aiace in numero statim intelligit: Et sic patet, q̄ maior est certitudo q̄ relatiuum identitatis, quam per suum antecedens, loco talis relatiui positum. ¶ Solet autem dubitari circa relatiua identitatis, vtrum deceptio, facta ex diuersa relatione, fiat secundum æquiuocationem, vel secundum amphibologiam, vel secundum aliquam aliam fallaciā, vt dicendo homo videt asinum, qui est rationalis ibi hoc relatiuū, qui potest referri ad hunc terminum, qui est, homo, vel ad terminum, qui est, asinus, & sic sunt ibi diuersæ relationes, & ergo secundū aliquos solet ibi conuenienter assignari æquiuocatio. ¶ Sed contrarium arguitur, hoc nomen, qui, secundum quòd est relatiuū, significat rem vnam, æqualiter

Reciprocum quid.

Quæstiū.

Corollaria.

Dubitatio.

se

A *se habentem ad illud, quod significatur per modum substantię, vt color, qui est in corpore, locus, qui continet rem locatam, & sic de alijs: ergo deceptio facta ex diuersa relatione, non facit æquiuocationem. Item hoc nomen, qui, secundum quòd est nomen significat substantiam infinitam, sed ista substantia infinita, apta est finitari tam per vnum antecedens, quàm per aliud: ergo cum illa substantia infinitè sumpta, in se sit vna, & potest referre quodlibet antecedens: ergo significatio huius relatiui erit vna: quare sequitur, quòd ibi non erit* B *æquiuocatio. ¶ Item ratio cuiuslibet relatiui secundum quòd relatiuum, est tantum vna: hęc. s. res ante lata, vel rei ante late recordatiuum: ergo omne relatiuum, secundum quòd relatiuum, participat vnum nomen & vnam rationem: ergo relatiuum est vniuocum, inquantum est ante latè rei recordatiuum: ergo particularia relatiua, vt qui, ille, & alius inquãtum sunt relatiua suorum antecedentiũ non sunt æquiuoca. ¶ Si aliquis obijciat, quòd hoc relatiuum, qui, alterius est rationis, secundum quòd tenetur in hoc antecedente, homo, & alterius, secundum quòd tenetur in hoc antecedẽte, asinus, vt in prædicta oratione, ergo est commune, & habet rationes diuersas: ergo est æquiuocum. Dicendũ, quòd* C *hoc argumẽtum nõ valet: Nam similiter posset probari, ꝙ quodlibet vniuocum esset æquiuocũ, vt animal esset æquiuocũ, secũdum ꝙ est homo, vel secũdum ꝙ est in homine, & aliã habet rõnem, secundũ ꝙ est equus, vel secundum ꝙ est in equo, & sic hoc nomẽ animal, aliam habet rõnem hic, & ibi, & est commune, non tamen æquiuocum, sed vniuocum. Soluẽdum est breuiter, quòd sicut vniuoca dicuntur habere eandem rationem: non secundum se, sed in vniuoco vniuocante, vt homo, bos, equus, & similia in animali: ita similiter omnia relatiua dicuntur habere rationem* D *eandem, non secundum se, sed in referente, siue in relatione, & etiam habent idem nomen: ideo vniuocantur in eo, sed ille obijciebat de rationibus relatiuorum secũdum se. Vnde prędictas obiectiones ab ista concedimus, & ideo cõcedimus, ꝙ deceptio facta ex diuersa relatione, non est secundum æquiuocationem. ¶ Item illa deceptio est in ordinatione dictionum inter se: ergo est in oratione, quia ordinatio dictionum nihil aliud est, quàm oratio, ergo non est æquiuocatio, cũ æquiuocatio solum fiat in vna dictione. Item quòd ibi non sit amphibologia, probatur, vbicunque sit amphibologia, ibi est con-*

structio

structio vnius cum alio, vt in hoc exemplo, liber Aristotelis, quò ad primum modum, quò ad secundum, vt hic: littus aratur: quò ad tertium, vt in hoc: scit seculum. Et secundum hoc patet inductiuè per omnes modos amphibologiæ, quòd vbicunque est amphibologia, ibi est constructio vnius cum vno tantum, sed vbicũque sunt diuersa relatiua, non est constructio vnius cum vno tantum, immo vnius cum diuersis: ergo deceptio facta ex diuersa relatione, non facit amphibologiã. ¶ Item vbicunq; est deceptio ex eo, quòd aliqua dictio potest referri ad diuersa, est compositio vel diuisio. sed deceptio ex diuersa relatione est ex eo, q aliqua dictio potest referri ad diuersa: ergo deceptio ex diuersa relatione, est compositio vel diuisio, & hoc idẽ concedimus. Sequitur de relatiuis diuersitatis. ¶ Relatiuum diuersitatis est, quod supponit pro alio ab eo, quod refert, vt sortes currit, & alius disputat: ibi hoc relatiuum, alius, refert sortem, et supponit pro alio a sorte, & ita facit recordationem de sorte. De relatiuis autem diuersitatis talis datur regula. ¶ Si relatiuũ diuersitatis addatur superiori, fit inferius, & si addatur inferiori, fit superius. Verbi gratia cum dicitur, aliud ab animali: ergo aliud ab homine, ibi est locus à specie ad genus, siue à parte subiectiua ad suum totum vniuersale, & in hac propositione, aliud ab animali, hoc relatiuum diuersitatis, aliud, cum additur animali, quod est superius ad hominem: facit ipsum inferius, & in hac, aliud ab homine, additur inferiori. ſ. homini, & ergo facit ipsum superius, & ergo aliud ab animali est inferius ad aliud ab homine, & ideo ibi est locus à specie, siue à parte subiectiua. De relatiuis identitatis datur regula ab antiquis. ¶ Nulla propositio inchoata a relatiuis identitatis, habet contradictoriam. Et assignant talem causam, quia cum dicitur, omnis homo currit, & ille disputat: hoc relatiuum, ille, habet respectum ad hoc antecedẽs, homo, propter dependẽtiam suæ relationis, sed cum negatio aduenit propositioni inchoatæ a relatiuo, dicendo sic: ille non disputat: tunc negatio negat verbum, quod sequitur, & non negat respectum relationis, quem habet ad antecedens: ergo negatio non negat totum, quicquid affirmatio affirmat: ergo non contradicit. Sed cum hoc fiat in qualibet propositione inchoata a relatiuo: sequitur, quòd nulla propositio inchoata a relatiuo, habet contradictoriam. Sed contra hoc obiciatur, quicquid contingit affirmare, contingit & negare de quo libet

Error antiquorũ.

A libet ſuppoſito, ſed verbum contingit negare de quolibet ſuppoſito: ergo & contingit affirmare de quolibet ſuppoſito, quod eſt dictio relatiua: ergo quælibet propoſitio, inchoata à relatiuo, habet contradictoriam. ¶ Item quælibet propoſitio, ſiue enũciatio, quæ eſt vna, habet contradictoriam: ſed propoſitio inchoata a relatiuo dummodo ibi nõ ſit aliqua dictio equiuoca, neq; plura ſubijciãtur, neq; prædicentur, eſt vna propoſitio: ergo propoſitio inchoata a relatiuo, habet contradictoriã.

Cap. 4. ¶ Item dicit Ariſt. in primo perihermenias circa affirmationẽ & negationem, quòd vni affirma

B tioni vna eſt negatio oppoſita, & econuerſa vna negatio vni affirmationi eſt oppoſita: ergo affimationi inchoatæ à relatiuo, negatio vna eſt oppoſita, quod concedimus, dicentes prædictam regulã eſſe falſam. ¶ Ad rationes eorũ reſpondemus, quòd relatiuum comparatur ad antecedens, & cõparatur ad verbum, cui ſubijcitur, vnde cum affirmatio, & negatio ſint oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo, hoc eſt prædicati de ſubiecto. Et ideo ſicut patet per diffinitionem prædictam affirmationis, & negationis affirmatio & negatio reſpiciunt tantummodo comparationem ſubiecti ad prædicatũ: ergo in propoſitione inchoata à relatiuo, tantũ C modo ſumitur contradictorium per comparationem relatiui ad verbum, cui ſubijcitur, & nõ per comparationem relatiui ad antecedens, quia ille reſpectus non eſt ibi propter naturam affirmationis, nec propter dependentiã ſubiecti, inquãtum eſt ſubiectũ, ſed propter dependentiam eius, quod eſt ſubiectum, quia aliud eſt ſubiectum inquantum ſubiectũ, & id quod eſt ſubiecti, & aliud eſt prædicatum, & illud quod eſt prædicati, & ſic quicquid affirmatur in propoſitione inchoata à relatiuo, negatur in ſua contradictoria, quia contradictoria iſtius, ille diſputat, eſt iſta, non D ille diſputat, negatione præpoſita relatiuo. De relatiuo identitatis Regula. non reciproco talis datur regula. ¶ Omne relatiuum identitatis non reciprocum, habet eãdem ſuppoſitionem, quã habet ſuũ antecedens, vt cum dicitur, omnis homo currit. & ille eſt ſortes: hoc relatiuum, ille, ſupponit pro omni homine, quia ſenſus eſt, omnis homo currit, & ille eſt ſortes. i. omnis homo eſt ſortes. Dico autem non reciprocum, quia cum dicit, omnis homo videt ſe: non eſt ſenſus, omnis homo videt omnem hominem: vnde loco huius relatiui, ſe, non licet ponere ſuũ antecedens: loco autem alterius licet ponere. Habito de relati-

uo

E uo substantię dicendum est de relatiuo accidentis. ¶ Relatiuum autem accidentis est, quod refert eandem rem per modum denominationis, vt tale, quale &c. vnde hęc est differentia relatiui substantiæ ad relatiuum accidentis, quia relatiuum substantiæ refert rem vniuocam per modum, quod quid est, vt albedo, quę est in pariete, color, qui est in corpore: Relatiuum autem accidentis est, quod refert rem suã per modum denominationis, vt Sortes est albus, & talis est Plato. Alia autem differentia datur eorundem, quia relatiuum substantiæ refert idem in numero: F relatiuum vero accidentis refert idem in specie, vt Sortes est albus, & talis est Plato, quia idẽ numero non potest esse in diuersis subiectis, sed bene idem specie. Relatiuorum autem accidentis aliud est relatiuum identitatis, vt talis: aliud vero diuersitatis, vt alter. ¶ Relatiuum accidentis identitatis est, quod refert eandem qualitatem in specie, & supponit pro eadem in specie, vt Sortes est albus, & talis est Plato. ¶ Relatiuum autem accidentis diuersitatis est, quod refert eandem qualitatem in specie, sed supponit pro alia diuersa in specie, vt Sortes est albus, & alterius modi est Plato. Differt autem relatiuum substantiæ idẽ titatis à relatiuis accidentium G identitatis, quia relatiuum identitatis substantiæ refert eandem substantiam in numero: relatiuum autem identitatis accidentis non refert idem accidens in numero, sed solum idem accidens in specie. ¶ Relatiuorum identitatis accidentis aliud est relatiuum quantitatis continuæ, vt tantus: aliud vero quantitatis discretæ, vt tot, quot. Item relatiuorum numerorum, quædam sunt nomina, vt totidem, quędam sunt aduerbia, vt totiens. ¶ Sciendum quòd talis, tantus, tot, totiens, totidem possunt dici relatiua, & demonstratiua: relatiua vt si ad præsentes refe- H rantur, demonstratiua, vt cum dicimus demonstrando marę, tale est rubeum: demonstrando Herculem, talis fuit Plato. Si autem non referantur ad præsentes, siue per demonstrationem rerum præsentium: tunc sunt reditiua, quia redeunt interrogatione præcedente, vt qualis est Plato, talis est Sortes: relatiua quando sine interrogatione proferuntur, vt talis est Sortes, qualis est Plato, & quando ad nomina adiectiua ducuntur specialium accidentium, vt æthiops est niger, & talis est coruus, & Sortes fuit albus, & talis fuit Plato.

Art. 1.

A PRIMO sciendum, quòd relatiuum est duplex. s. grammaticale, & logicale, de logicali visum est in prædicamentis, & de istis, cuiusmodi sunt pater & filius: simile, æquale, non est ad propositum, quia talia relatiua habent talem suppositionem, sicut alij termini absoluti, ideo solũ videndum est de relatiuis grammaticalibus. ¶ Vnde relatiuum grammaticale, potest capi dupliciter. Vno modo primè intentionaliter: alio modo secundè intentionaliter. Primò intentionaliter est terminus mẽtalis, vocalis, vel scriptus, secundario notificãs rem, prius notificatam per suũ antecedens, & hoc est ꝙ dicitur, ꝙ relatiuum est rei antelatæ recordatiuum, vt sortes currit, & ille mouetur: ibi, ille, est relatiuũ gram-
B maticale, quia secundario notificat rem, scilicet sortem prius notificatam. Sed secundò intentionaliter est respectus rationis, qui attribuit termino mẽtali, vocali, vel scripto, qui secundario notificat rem, prius notificatam per suum antecedens. Et aduerte, ꝙ in isto tractatu nihil aliud volumus videre, nisi qualiter talia relatiua grammaticalia supponant. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd talia relatiua grammaticalia aliquando in oratione sunt pura syncathegoremata, limitantia terminum vel conceptum, supra quem cadunt ad standum relatiuè, & tunc talibus in mente non correspondet, nisi actus referendi, qui fit quando in referendo ponuntur cum suis relatis, vt sortes currit, & ille, sortes disputat, & tunc dicuntur relatiua referentia tantum, & de talibus non C quæritur suppositio, quia talia non supponunt, cum sint pura syncathegoremata. Aliquando sunt partim cathegoremata, & syncathegoremata, quibus in mente correspondet aggregatum ex actu referendi & conceptu, & hoc est quando in referendo ponuntur sine suis relatis, vt sortes currit, ille disputat ibi, ille, tenetur partim cathegorematice, & partim syncathegorematice, & tunc dicitur relatiuum referens, & relatum similiter, & de talibus quæritur qualiter supponant. Et dicitur referens, & relatũ, eo ꝙ supplet vicem relatiui referentis, & relati. ¶ Vnde relatiuum relatũ propriè est añs, iunctum D immediatè suo relatiuo, vt sortes currit, & ille sortes disputat, ibi, ille, est relatiuum referens, & sortes relatiuum relatum, & totum simul dicitur relatiuum referens & relatum simul, & quia quando relatiuũ ponit sine tali antecedente, supplet vicem illorum duorum, ideo dicitur relatiuum referens & relatum simul.

Artic. 2.

SECVNDO sciendum, ꝙ relatiuorum grammaticalium quædam sunt substantiæ, & quædam accidentis. ¶ Relatiuũ substantiæ est, quod in referendo suum antecedẽs, non connotat aliquam dispositionem accidẽtalem adiacere rei, pro qua supponit suum antecedens, neq; alicui rei comparatæ rei antecedentis, vt suus, sui, ille, ipse. Ex quo sequitur, ꝙ non dicitur substantię, eo ꝙ referat substantiam, quia indifferenter potest referre substantiã & accidẽs, sed dicitur substantiæ, quia non cõ-

notat

E notat aliquam dispositionem adiacere rei, pro qua supponit suum antecedens, neque rei compatiatæ rei antecedentis. ¶ Sed relatiuum accidentis est, quod in referendo suum accidens, connotat aliquam dispositionem adiacere rei, pro qua supponit suum antecedens, vel rei comparatæ rei antecedentis vt dicendo sortes est albus, & talis est plato: ibi ly talis, est relatiuum accidentis, & refert ly sortem, & connotat aliquam dispositionem accidentalem adiacere sorti & Platoni, qui comparatur sorti. Et ideo dicitur accidētis, quia connotat aliquam dispositionem. tali vel tali rei adiacere. Item relatiuorum substātiæ aliud est identitatis, vt idem, sui: aliud diuersitatis, vt alterum, aliud, reliquum. ¶ Vnde relatiuum substantiæ identitatis est, F quod refert antecedens præcise pro illo, vel illis, pro quo, vel quibus tale antecedens capitur. ¶ Sed relatiuum diuersitatis est, quod importat aliam, vel alias res, quam suum antecedens importet, vt sortes currit, & reliquus disputat: ibi reliquus importat aliam rem, q̄ sortes. Itē relatiuorum identitatis, quædam sunt reciproca, vt idem, sui, & quædam nō reciproca. ¶ Vnde relatiuū reciprocum est, quod in referendo suum antecedens, existens totale subiectum propositionis, vel pars principalis: denotat actum importatum per verbum, trāsire immediatè in rem, pro qua supponit suum antecedens, & tunc ponitur in eadem cathegorica cum suo aīte, vt sortes diligit se: ibi denotatur q̄ actus importatus p̄ ly diligit, inest ipsi sorti. ¶ Sed relatiua G non reciproca referunt suū aīs, existens totale subiectum, vel pars principalis subiecti, non denotās actum importatum per verbum, immediatè transire in rem, pro qua supponit suum antecedens, & non ponuntur in eadem cathegorica cum suo antecedente. Et talia quandoque tenent demonstratiuè, quandoq; relatiuè, & quandoq; indefinitè: demonstratiuè, quando non præcedit aliquis terminus, ad quem referuntur, vt ille sortes currit: relatiuè, quando præcedit aliquis terminus, ad quem referantur, vt dicendo, sortes currit, & ille mouetur, indefinitè, quando nullam rem certam important, vt decendo, qui fuerit audax, expugnet castrum. H

TERTIO sciendum, q̄ de suppositione relatiui substantiæ identitatis non reciproci ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima: relatiuum identitatis substantiæ non reciprocum, referens relatione personali, supponens in propositione hypothetica copulatiua, supponit solum pro illo vel illis, pro quo vel quibus verificat pro positio sui antecedentis. Et dicit non tanter, referens relatione personali, quia si referret relatione simplici, nō oportet, vt fœmina clausit portam, quæ reseruauit, ibi ly, quæ, non supponit pro illo, pro quo verificatur p̄ positio sui antecedentis: nam fœmina in antecedēte supponit pro Eua, & ly quæ pro qualibet alia muliere. Vnde relatio personalis est, quando relatiuum identitatis substātiæ supponit pro eadem re in numero cum

Arist.

Regula.

suo

A suo antecedente; sed relatio simplex est, quando non supponit pro eadē in numero cum suo antecedente: sed solum in specie, vt in prædicto exemplo. ¶ Et aduerte, q̄ in ista regula, non est controuersia inter doctores, vt dicendo asinus est animal, & illud est homo, ibi istud relatiuū, illud, supponit solum pro illo vel illis, de quibus verificatur pro animali, quod est asinus, ideo ista copulatiua est falsa, & est sensus, asinus est animal, & illud animal, quod est asinus, est homo, & illud est falsum, & tamen si supponeret pro illa, p̄ quo supponit suum antecedens, sic scilicet, q̄ loco eius liceret ponere suum antecedēs, esset vera: quia sensus esset, asinus est animal, & animal est

B homo, & sic illa copulatiua esset vera, quæ est contra modum concipiēdi hominum, secundum quem debent fieri istæ proprietates logicales. ¶ Ex istis sequitur, quòd relatiuum substantiæ identitatis non reciprocum supponit, vbi suum antecedens non supponit, vt antichristus nō est, & ipse erit, ibi ly ipse supponit pro antichristo, & tamen iste terminus, antichristus, in antecedente nō supponit. ¶ Sequitur secundo, q̄ in propositione merè cathegorica de præsenti, in qua nullum ponitur amplia tiuum, supponit pro illo, quod non est, sed fuit, vel erit, vt hic antichristus erit, & ille nō est. ibi, ille, supponit pro antichristo, qui erit: quia p̄ eo verificatur propositio sui antecedentis. Et aduerte etiam, q̄ relatiuū non supponit: in propositione copulatiua duobus modis antecedente supponente. ¶ Primo quando re C latiuum restringitur per aliquid: ita quòd pro nullo potest capi, licet pro positio sui antecedentis pro aliquo verificetur, vt sortes est homo, & ipse existens asinus currit, ibi ly, ipse, non supponit propter illam restrictionem, existens asinus. ¶ Secundo quando propositio sui, antecedentis est falsa, vt homo est asinus, & ille est rationalis: ibi, ille, pro nullo supponit, quia si supponeret, supponeret pro illo, pro quo verificatur propositio sui antecedentis, sed talis pro nullo verificatur: igitur. Et si quis di Obiectio. cat: vnde venit quòd relatiuum aliter refert antecedens in propositione copulatiua, quia restricte ipsum refert: & aliter in propositione, disiū ctiua vel cōditionali, vbi non refert restricte? Respondetur, q̄ prouenit D ex modo concipiendi hominū, qui inclinātur naturali inclinatione ad assentiendum vero, & dissentiendū falso. ¶ Circa hoc quæritur de hoc Sophisma sophismate: aliquod enunciabile est falsum, & idem necessario est verū. Probatur, quia est vna copulatiua, cuius ambę partes sunt verę: igitē de prima notum est, de secunda probatur: quia aliquod idem necessario est verum, vt patet per æquialentiam propositionum. Improbatur, quia impossibile est idē enūciabile simul esse verum & falsum. Respondetur, quòd idem potest capi dupliciter. Vnō modo relatiue, & sic sophisma est falsum, quia secunda pars est falsa, & est sensus, idem enunciabile, quod est falsum, est verum, vel pōt teneri indefinite, & ly necessario

E nominaliter eſt ,datiui caſus, & ſic verum eſt,& eſt ſenſus aliquod enũciabile,quod eſt idem cum neceſſario,eſt verum.

ARGVITVR primo ſic: Si relatiuum ſecundario faceret notitiam rei,ſequeretur q̃ ſibi correſponderet conceptus antecedentis, ſed hoc eſt falſum,quia dicendo,ſortes currit,& ille ſortes diſputat: illi relatiuo,ille,non correſpondet, niſi actus referendi, cum ſit purum ſyncathegoreema.¶Secundo ſic, tale relatiuũ eſt purum ſyncathegorema:ergo nõ ſupponit: Nec valet dicere, q̃ vt eſt relatiuum pure referens non ſuppo nit,ſed vt ſupplet vicem relatiui referentis, & relati ſimul. Cõtra: quia ſic æquialet aggregato ex ſyncathe goremate & cathegoremate:ergo no F ſupponit.¶Tertio ſic: Nihil eſt in mente,quod ſupplet vicem relatiui inferentis & relati ſimul: ergo nullũ erit relatiuum mentale. Antecedens probatur:quia in mente omnia exprimuntur. Ad primum dicitur, q̃ relatiuo referenti tantum,correſpodet actus referendi,ſed tale proprie nõ eſt relatiuum,ſed relatiuo quod ſupplet vicem aggregati ex relatiuo referente & relato ſimul, bene correſpondet conceptus antecedentis, ita quòd:quando dicitur, quòd relatiuum facit ſecundario notitiam, id eſt excitat potentiam ad formandũ conceptum de antecedente, & per hoc ſoluitur tertia ratio. Ad ſecundum dicitur ponendo aliquas propoſitiones.¶Prima, relatiuum identitatis pure referens, non ſupponit: quia eſt purum ſyncathegorema.

¶Secunda, relatiuum diuerſitatis; G ſubſtantiæ non reciprocum, ſupplẽs Art.2. vicem relatiui referentis & relati ſimul; ſuppponit. Et ad rationem dicitur,quòd verum eſt;quando a tali ſyncathegoremate propoſitio capit ſuam quantitatem, ſed quando non capit, tunc tale aggregatum ex vno ſyncathegoremate & cathegoremate poteſt ſupponere, & tũc illud ſyncathegorema poteſt eſſe pars ſubiecti.Ad tertiam patet ſolutio in ſolutione primi argumenti.

Sequuntur aliquæ regulæ de relatiuis.

PRIMO ſciendum quòd ſecun da regula eſt talis,non oportet q̃ re- Art.1. latiuum ſubſtantiæ identitatis, non reciprocum, ſupponens, poſitum in propoſitione hypothetica conditionali præciſe ſupponat pro illo vel illis, pro quo vel quibus verificatur H propoſitio,in qua ponitur ſuum antecedens,quia iſta propoſitio cõmuniter negatur, Deus non eſt, ſi ipſe eſt omnipotens, & tamen ſi illud relatiuum,ipſe, ſolum ſupponeret pro illo vel illis, pro quo vel quibus propoſitio antecedentis verificatur,ipſa eſſet vera,cũ ſenſus eius eſſet, Deus non eſt, ſi ipſe Deus, qui non eſt, eſt omnipotens, modo ille ſenſus eſt verus,cum ſit bona conſequẽtia, quia antecedens eſt propoſitio impoſſibilis:modo ois cõditionalis, cuius antecedens eſt impoſſibile,eſt vera: ſimiliter diceretur de iſta? ſortes eſt aſinus,ſi ipſe eſt rõnalis, quia ſenſus eſt, ſortes eſt aſinus ſi ipſe ſortes, q̃ eſt aſinus, eſt rationalis. ¶Tertia regula,

Corolla-ria.

A gula, relatiuum ſubſtantiæ identitatis, non reciprocum, ſupponens in propoſitione hypothetica diſiunctiua, non ſolum ſupponit pro illo vel illis, pro quo vel quibus verificatur propoſitio ſui antecedentis; ſed pro omni illo, pro quo ſupponit ſuũ antecedens, iſta communiter concedi tur, ſortes currit, vel ipſe quieſcit, & tñ ſi illud relatiunm, ipſe ſupponeret prçciſe pro illo, pro quo propoſitio antecedẽtis verificatur, illa eſſet falſa, ſuppoſito, q̃ ſortes non curreret, quia eſſet vna diſiunctiua, cuius vtraque pars eſſet falſa, cum ſenſus eſſet talis, ſortes currit, vel ipſe ſortes, qui currit, requieſcit, modo hoc eſt falſum. ſimiliter iſta communi-

B ter conceditur, ſortes eſt aſinus, vel ipſe eſt homo, & tamen ſi illud relatiuum, ipſe, ſupponeret præciſe pro illo, pro quo propoſitio antecedentis verificatur, tunc ipſa eſt falſa, cum ſenſus eius eſſet talis, ſortes eſt aſinus, vel ipſe ſortes, qui eſt aſinus, eſt homo; ille ſenſus eſt falſus, & ſimiliter diceretur de multis alijs. Ex iſtis ſequitur, primo quòd in copulatiua affirmatiua loco relatiui non licet ponere antecedens, quia propoſitio de antecedente, loco relatiui poſita, eſſet vera, quæ eſſet falſa, ſi relatiuum poneretur, vt iſta eſt falſa: aſinus eſt animal & ſortes eſt illud, & tamen illa eſt vera, aſinus eſt animal, & ſortes eſt animal. Sequitur ſecundo, q̃ in diſiunctiua & conditionali loco relatiui licet ponere antecedens, vt homo currit, vel ipſe quieſcit. Similiter idẽ eſt dicere, ſortes eſt homo, ſi ipſe eſt aſinus, & dicere, ſortes eſt homo, C ſi ſortes eſt aſinus.

SECVNDO ſciendũ, q̃ ad vidẽ- Art. 2.
dum, qua ſuppoſitione ſupponat relatiuũ, ponũtur aliquæ regulæ ¶ Pri
ma relatiuũ ſubſtãtiæ idẽtitatis, ha- Regulæ.
bens pro antecedẽte terminũ, diſcre te tentũ, dũmodo illud relatiuum ſit primitiuę ſpeciei, ſupponit diſcretè, vt ſortes currit, & ille mouetur, ibi illud relatiuum, ille, ſupponit diſcrete & loco talis relatiui licet ponere antecedẽs. ¶ Secũda regula: relatiuũ ſubſtantiæ identitatis non reciprocum, ſuppones cõiter, ſupponit illa ſuppoſitione, qua ſupponeret termi nus abſolutus, communiter tentus, in tali loco poſitus, vt homo currit, vel ipſe mouetur, ibi illud relatiuũ, ipſe, ſupponit perſonaliter & determinate, quia ſi loco eius poneretur D ſuum antecedens, tale antecedẽs ſup poneret determinate, ſimiliter cum dicitur, homo currit, & omnis ille mouetur, ibi ly ille ſupponit confuſè & diſtributiuè: quia ſi loco illius poneretur ſuum antecedentes: tale ſupponeret confuſè & diſtributiuè. Ex quo patet, q̃ relatiuum ſubſtãtię identitatis non reciprocũ, variat ſua Corollarium.
ſuppoſitionem per additionẽ vel remotionẽ ſignorum diſtributiuorũ, ſicut & alij termini. Et ſi quis dicat, q̃ hoc eſt contra regulam cõmunem omnium logicorũ dicentium, quod relatiuum ſubſtantię idẽtitatis nõ reciprocũ ſupponit eodẽ modo, ſicut ſuum antecedens. Rñdetur, q̃ illa regula eſt vera, quando antecedens & relatiuum accipiuntur ſine ſigno cõfuſiuo, & q̃ non ſit aliquid impe- Obiectio.

Corollaria.

E diens. ¶Tertia regula; relatiuũ substantiæ identitatis reciprocum primitiuæ speciei, supponit eadem specie suppositionis, sicut suum antecedés, & etiam pro illo vel illis, ꝑ quo vel quibus suum antecedens supponit, tamen est differentia, quia sub relatiuo substantiæ identitatis reciproco, supponente confusè & distributiuè: fit solũ descensus sigillatim: ideo loco relatiui substantiæ identitatis reciproci non licet ponere suũ antecedẽs, vt loco istius relatiui, se, in ista propositione, omnis homo videt se, non licet ponere antecedens eius cũ tali specie suppositionis, sic dicendo omnis homo videt omnem hominem, quia prima potest esse vera, secunda existente falsa. ¶Vnde descendere sigillatim est, quãdo sub termino supponente cõiter pro pluF ribus, posito a parte prædicati, nõ fit descensus, quin ẽt fiat sub subiecto, sic ꝙ singulare, quod sumitur ub prædicato, debet correspondere singulari sumpto sub subiecto, vt omnis homo videt se, sic debet descẽd:: ergo sortes videt se, & Plato videt se &c. vel sic sortes videt sortem, Plato Platonem. ¶Sed de suppositione relatiui, suus, est auertendũ, ꝙ istud relatiuum, suus, ponitur in propositione cum termino, significante rem possessam, vel sine tali termino. ¶Si cum tali termino hoc est dupliciter: quia vel ponitur in eadem cathegorica, & tunc supponit sicut suum antecedens, puta pro possessore, vt sortes equitat suum equum, ibi ly suũ supponit discretè pro ipso sorte. si in alia cathegorica, tunc supponit sicut supponeret terminus absolutus, cõiter tẽtus loco eius positus, vt sortes currit, & suus equus equitat: ly suus supponit determinatè ꝑ possessore. ¶Si vero ponatur sine termino, significante rem possessam, supponit sicut supponeret terminus absolutus loco eius positus pro re possessa, vt omnis homo habet suum, ibi suum, supponit confusè tantum pro re possessa. G

Tertio sciẽdum, ꝙ relatiuũ substantiæ diuersitatis nunquã supponit pro illo pro quo verificat propositio sui antecedẽtis, vt sortes currit, & reliquus disputat, ibi ly reliquus non supponit pro illo, pro quo verificatur propositio sui anteceden tis. ¶Et aduerte, ꝙ tale relatiuum diuersitatis, si supponat, supponit, si cut terminus absolutus cõiter tentus supponeret, si loco eius ponere- H tur, & variatur eius suppositio secũdum aliam & aliã additionẽ signi, vt homo currit, & alius disputat, ibi ly alius supponit determinatè: sortes currit, & iste alius disputat, ibi alius supponit discretè. ¶Aduerte tamen, quòd tale relatiuum diuersi tatis stat in duobus casibus non supponere primo quãdo antecedẽs eius non supponit, vt antichristus currit, & alius scribit: ibi, alius, non supponit, quia de nullo ente verum est dicere, ꝙ sit alius ab antichristo, quia tunc sequeret antichristũ esse, vt patet exponẽdo. Scdo qñ añs supponit pro quolibet ente mundi, vt oẽ ens est, & aliud currit, ibi aliud non supponit, quia nullum est ens mundi, quod sit ab omni ente mũdi aliud.

¶Rela-

A ¶Relatiuum accidentis est duplex, scilicet identitatis & diuersitatis. Identitatis est, quod natum est supponere pro re simili, vel æquali illi rei, pro qua verificatur ppositio sui antecedentis, vt sortes est albus, & talis est Plato. Sed diuersitatis est, quod natũ est supponere pro re dissimili, vel inæquali, pro qua verificatur propositio sui antecedentis, vt sortes est albus, & alterius modi est Plato: Et quodlibet tale potest esse duplex, scilicet reciprocum & nõ reciprocum, reciproca supplentur per ista complexa, se taliter qualificatũ, vel se aliter qualificatũ, vt sortes videt se taliter qualificatum sicut Plato, sortes videt se aliter qualificatũ, quam sit Plato. Vnde pro suppositione omnium istorum ponuntur

Regula.

B duæ regulæ. ¶Prima, nunquam relatiuum accidentis supponit pro illo vel illis, pro quo vel quibus verificatur propositio sui antecedentis, sed pro re simili, vel æquali vel dissimili, vel inæquali pro qua verificatur propositio sui antecedentis. ¶Secunda regula, suppositio relatiui accidẽtis variatur secundum aliam & aliã additionem signi, nam si addatur signum vniuersale, supponet confusè & distributiuè, vt sortes est albus, & talis est Plato, ibi talis supponit determinatè, sortes est albus, & omnis talis est homo, ibi talis supponit cõfusè & distributiuè. ¶ Circa hoc quæritur de hoc sophismate, omnis homo est animal, & risibile est illud. Probatur: nam est vna copulatiua, cuius vtraque pars est vera, de prima notum est. de secunda patet,

Sophisma.

nam hoc relatiuum, illud, supponit C determinate, ergo est vera: nam ad eius veritatem sufficit verificatio vnius singularis. Improbatur sic: risibile supponit determinate, signetur ergo aliquod suppositum eius, & sit sortes, tunc hæc est falsa, omnis homo est animal, & sortes est ille: ergo sophisma est falsum. Respondetur, quòd ipsum est verum, & negatur quòd ista sit falsa: omnis homo est animal: & sortes est ille, & si arguatur, quia non sequitur, omnis homo est animal, & sortes est ille: ergo Plato est animal, & sortes ille: respondetur, quòd consequentia nõ valet: quia arguitur à termino supponente determinate, ad ipsum supponentem discretè. Et per idem potest solui istud: aliquis homo est, & D omnis homo est ille, & est verum, & ly ille supponit confusè tantum: nec sequitur, aliquis homo est, & omnis homo est ille: ergo iste homo est, & quilibet homo est ille, vel iste homo est, & quilibet homo est ille: quia arguitur à termino supponente confusè tantum, ad ipsum supponentem discretè tantum.

ARGVITVR primo sic: In ista propositione; sortes est currens, & illud est homo, ibi illud est relatiuum substantiæ identitatis, & tamen non supponit pro illo, pro quo verificatur propositio sui antecedentis, quia tunc supponeret determinate, quod falsum est. ¶Secundo sic: In ista propositione sortes est dictio prolata à Ioanne, & illud est disyllabum: ibi, illud, est relatiuum substan-

E tiæ identitatis, & tamen non ſuppo nit pro illo pro quo verificatur propoſitio ſui antecedentis, quia tunc ſupponeret materialiter, quod eſt falſum, quia ibi tenetur relatiuè. ¶ Tertio ſic: In iſta, antichriſtus non eſt, & ille erit, ibi ille, eſt relatiuum identitatis, & tamen non ſupponit pro illo, pro quo verificatur propoſitio ſui antecedẽtis, quia ampliatur, vbi antecedens non ampliatur. Ad primum reſpondetur, quòd ſupponit diſcretè, quia ſenſus eius eſt, ſortes eſt currens, & illud currens, qđ eſt ſortes, eſt homo. Ad ſecundum dicitur quòd ſupponit materialiter relatiuè, quia includit in ſe relatiuũ referẽs ſignificatiuè, & cũ hoc includit relatiuum relatum, materialiter acceptum: dicunt tamen aliqui, q̃ ſupponit perſonaliter. Ad tertiũ dicitur, quod relatiuum ſubſtãtiç idẽ titatis non debet ampliari: neque reſtringi ad ſupponendum pro aliquibus, niſi pro illis, pro quibus verificatur propoſitio ſui antecedentis, vel denotatur verificari, poteſt tamẽ bene ſupponere pro illis ample, antecedente non ampliato, immo antecedente non ſupponente.

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Nonus.

Cui titulus eſt. De Ampliationibus.

PErſonalis ſuppoſitio eſt acceptio termini communis pro ſuis inferioribus, cuius alia eſt determinata: alia confuſa, vt prius patuit. Item perſonalium ſuppoſitionũ, alia eſt reſtrictiua, alia ampliatiua, & ita ampliatio, & reſtrictio habent fieri circa ſuppoſitionem perſonalem. Reſtrictio eſt coarctatio termini communis à maiori ſuppoſitione ad minorẽ, vt cum dicitur, homo albus currit, hoc adiectiuũ, albus, reſtringit hominem ad ſupponendũ tantum pro albis. ¶ Ampliatio eſt extenſio termini communis à minori ſuppoſitione ad maiorem, vt cum dicitur, homo poteſt eſſe antichriſtus, iſte terminus, homo, non ſupponit ſolum pro his, qui

Reſtrictio & Ampliatio quid.

Sup. car. 131. D.

A qui sunt, sed etiam pro, his, qui erunt: vnde ampliatur ad futuros. Dico autem, termini communis, quia terminus singularis, vt sortes, nõ ampliatur, neq, restringitur. Ampliationũ alia fit per verbum, vt per hoc verbum, potest, vt homo potest esse antichristus, alia fit per nomen, vt hominem esse antichristum est possibile: alia fit per participium, vt homo potens est esse: animal alia ꝑ aduerbium, vt homo necessario est animal: homo enim non solũ ampliatur pro præsenti tempore, sed etiam pro futuro, & ideo sequitur alia diuisio ampliationis scilicet ꝑ ampliationum alia fit

Ampliationũ genera.

B respectu suppositorum, vt homo potest esse antichristus: alia fit respectu temporum, vt homo necessario est animal, vt dictum est.

Quæstio. ¶Circa prædicta quæritur, vtrũ hoc sophisma, impossibile potest esse verum, sit verũ vel falsum. Quod sit verum, probant, quia illud, quod est, vel erit impossibile, potest esse verum: sed antichristum non fuisse post tempus suũ, est impossibile, & modo potest esse possibile, & verum: ergo impossibile potest esse verũ. ¶Contra: quicquid potest esse verum, est possibile, sed impossibile potest esse verum: ergo impossibile est possibile: in tertio modo primæ figuræ, sed cõclusio est falsa: ergo aliqua præmissarum non maior, ergo minor: sed hæc est prima: ergo prima est falsa. ¶Solutio, prima simpliciter est falsa: hæc scilicet impossibile potest esse verum, & sophisma peccat contra fallaciã accidẽtis, quia cum dico id, quod est, vel erit impossibile, duo dico scilicet subiectum illius possibilitatis, & illam impossibilitatem, siue ipsum possibile: sed illud, qđ est, vel erit, est res subiecta, & impossibile accidit ei, & posse esse verum assignatur in esse vtrique, sicut hæc: antichristum non fuisse, erit possibile. sed antichristum non fuisse potest esse verũ: ergo impossibile potest esse verũ, non valet, quia antichristũ non fuisse, est res subiecta, & impossibile est accidens, & posse esse verum, assignatur inesse vtrique. De ampliatione, quæ fit ratione suppositorum talis datur regula. ¶Terminus communis supponens verbo, habenti vim ampliandi a se, vel, ab alio, ampliatur ad ea, quæ possũt esse sub forma termini supponentis, vt homo potest esse animal: hic iste terminus, homo, non solũ supponit pro præsentibus, sed etiã ampliatur ad omnes, qui erunt: dico autem de se, quia hoc verbum, potest, de se habet vim ampliandi: dico autem ab alio, quia hoc participiũ, potens, & hoc nomen possibile, dant virtutem ampliandi verbo, cui adiunguntur, vt homo est

C

D

Regula.

Restrictio & Ampliatio quid.

E potens esse animal, vel animal possibile est esse album, & sic de alijs. De ampliatione autem, quæ fit ratione temporis talis datur regula. ¶ Terminus communis supponens vel apponẽs verbo, habenie vim ampliandi quo ad tempus, supponit pro his, qui sunt, qui erunt, vel qui fuerunt, vt homo necessario est animal, ibi tã homo, quàm animal tenentur pro his, qui sunt, & qui erũt.

Regula.

Arti. 1. PRIMO sciẽdum, q̃ ampliatio est acceptio termini in propositione pro suo significato, vel suis significatis respectu signi, vel æquiualentis, importantis diuersas differentias tẽporis disiunctim, in ordine ad terminum supponentem, respectu pluriũ differentiarũ temporis diuisim. Vnde in ista diffinitione ponitur, acceptio, sicut in diffinitione suppositionis, & hoc loco generis. Dicitur notanter, in propositione, quia termini extra propositionem non ampliãtur, vnde ad hoc q̃ terminus amplietur, oportet quòd supponat, ideo termini non supponentes proprie non ampliantur. Dicitur notanter, pro suo significato, propter terminos singulares, vt dicendo; Petrus curret, ibi ille terminus, Petrus, ampliatur & tamen non supponit pro pluribus significatis. Et talis ampliatio vocat ampliatio tẽporũ, & non significatorum. ¶ Vnde ampliatio temporum, est q̃n terminus accipitur pro pluribus differentijs temporum, q̃ acciperetur, si non ampliaret, respectu quarũ seorsum verificatur. ¶ Sed ampliatio suppositorum est, q̃n terminus accipitur pro pluribus suppositis, q̃ acciperetur, si non ampliaretur, & tali ampliatione ampliantur termini cões, vt hõ fuit. Dr notanter, respectu signi importantis, &c. ad denotãdum illud, per quod fit ampliatio. Nam ampliatio instrumentaliter fit per terminos, & principaliter per intellectum. ¶ Vnde illud signum dicitur importare diuersas differẽtias temporum, quod est tale, q̃ ratione ipsius intellectus accipit terminum in ordine ad diuersas differentias tẽporum. ¶ Vnde tres sunt differentiæ temporum. s. pñs, præteritum, & futurum, & pñt poni adhuc duæ. s. possibile, & imaginabile. Vnde terminorum ampliatiuorum quidam ampliãt terminos à parte ante positos, vt verba præteriti, & futuri temporis & eorum participia, quidam ampliant terminos, post se positos, vt sunt verba significantia actum interiorem animæ, vt intelligo, cognosco: quidam ampliant tam à parte ante, q̃ à parte post, vt possibile, impossibile. ¶ Ex quo sequitur, q̃ aliqui termini dñr ampliare ratione tẽporis, vt illi termini, qui important aliq̃ differentiam tẽporis aliã à præsenti, & tales termini ampliant à parte ante terminos & non à parte post, cuius ratio est intellectus, qui vult q̃ virtus eorum feratur ante & non à parte post, alij termini ampliant ratione significationis, quorum significatio potest conuenire tam rebus existentibus, quàm non existentibus, vt sunt termini importantes actum interiorem animæ. Et dicitur

notan-

A notanter, disiunctim. Vnde ille terminus dicitur importare diuersas differentias temporũ disiũctim, qui importat tales differentias, ac si loco eius poneretur vnum disiunctũ, importans illas differentias. Dicitur notanter, in ordine ad terminum supponentem respectu plurium differẽtiarum temporis diuisim, nam si terminus non posset accipi respectu illarum differentiarum temporis diuisim, tunc propriè non ampliatur, iõ ibi non est ampliatio, antichristus erit, quia non potest accipi respectu differentiæ temporis præsentis, & futuri seorsum. ¶ Ex quo sequitur, ꝙ nõ quilibet terminus, qui accipitur respectu verbi futuri temporis, vel præteriti ampliatur: licet bene acci-
B piatur respectu diuersarum differentiarum temporum disiunctim.

SECVNDO sciendum, ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus à parte subiecti amplietur, respectu copulæ de præterito, vel consimilis, duo requirunt. ¶ Primo, ꝙ talis terminus habeat suppositum vel suppositа, sibi correspondens vel correspondentia, tam in ordine ad copulam de præsenti, q̃ ad copulam de præterito, propter cuius defectum dicendo: Adã fuit, ibi, Adam, non ampliatur. ¶ Secundo, ꝙ talis terminus à parte subiecti non restringatur, propter cuius defectum dicendo, quod est homo, fuit animal: ibi homo, non ampliat, quia restringitur per illam implicationẽ, quod. ¶ Et aduerte ꝙ terminus non dicitur ampliari in propositione, eo quòd plura significet, q̃ si non ampliaretur, quia terminus vbicunque ponatur, semper æquè multa significat, quia vbicunque ponatur, siue in propositione, siue extra, siue cum ampliatione, siue non, semper subordinatur eidem conceptui mentali, sed talis conceptus semper æqualiter significat, quia significat naturaliter. ¶ Aduerte etiam, ꝙ terminus dicitur ampliari ratione significati vel significatorum, & etiam ratione suppositionis, ideſt ꝙ terminus non ampliatur, nisi habeat significatum vel significata, & quòd supponat. ¶ Ex istis sequitur, quòd ampliatio se tenet ex parte materiæ propositionis, quia se tenet ex parte terminorum significantium, & etiam se tenet ex parte formæ propositionis, quia terminus non ampliatur in propositione, nisi accipiatur in or D dine ad diuersas copulas, importantes diuersas differentias temporis, & tunc ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima est est, quilibet terminus supponens, positus à parte subiecti, respectu copulæ principalis, vel verbi includẽtis copulã principalem præteriti temporis, vel respectu participij præteriti temporis, quod est prædicatũ, vel adiectiuũ principalis prædicati, habẽs significatũ vel significata, sibi correspondentia in ordine ad tẽpus præsens, & præteritum, ampliatur ad supponendum pro significato vel significatis, quod est, vel fuit. Dicitur notanter, supponens, quia terminus non supponens non ampliatur. Et dicitur notanter, positus à parte subiecti, quia si poneretur a parte prædicati, nõ sic ampliaretur. Dicitur notanter, respectu copu-

C

læ

E læ principalis, vel verbi includentis copulam principalem, quia nó oportet, quòd amplietur respectu copulę minus principalis, vt dicēdo, homo, qui fuit est: ibi ille terminus, homo, non ampliatur. Dicitur notanter, respectu participij &c. quia si tale participium non esset prædicatū, vel adiectiuum principalis prædicati, non ampliaretur, vt dicēdo, homo videt asinum genitum, ibi, homo, nō ampliatur, quia genitum non est prædicatū, neq; adiectiuum principalis p̄dicati, quia videns est principale p̄dicatum. ¶ Ex omnibus istis sequit, ꝙ istæ propositiones sunt concedēdæ, virgo fuit meretrix, nam sensus est, quod est virgo, vel quod fuit virgo, fuit meretrix, puer fuit senex, F viuum fuit mortuum, præteritum fuit futurum, generadum fuit mortuum, &sic de alijs.

Artic. 3. TERTIO sciēdum, quòd. ¶ Secunda regula est talis, quilibet terminus supponens, positus à parte subiecti respectu verbi futuri temporis, quod est copula principalis, vel includēs copulam principalem, vel respectu participij futuri, temporis, quod est prædicatum vel adiectiuū principalis prædicati, habens significatum vel significata, sibi correspondentia pro tempore præsenti, & futuro ampliatur ad supponendū pro significato, quod est, vel erit, nisi restringatur ad vnam differentiam tēporis, & omnes istæ particulæ declarantur, sicut in regula præcedenti. ¶ Ex ista regula patet, ſꝙ omnes istæ sunt concedendæ, album erit nigrū, cum sensus eius sit, ꝙ album, quod est, vel quod erit, erit nigrum, similiter G meretrix erit virgo, similiter mortuum est generandum, & sic de similibus. ¶ Tertia regula, quilibet terminus supponens, captus respectu huius verbi, potest, vel respectu istorum modorum, scilicet possibile, contingens, impossibile, & necesse, primè intētionaliter & syncathegorematicè captorum, supponit pro eo, quod est, fuit, vel erit, vel potest esse: dummodo habeat significatum vel significata, correspōdens vel correspondentia pluribus differentijs temporum. Et dicitur notanter in litera, primò intentionaliter & syncathegorematicè captorum, quia si tales modica perentur secundè intentionaliter, prout faciunt propositiones modales compositas, nó amplia H rent. ¶ Quarta regula, quilibet terminus positus à parte subiecti respectu prædicati, quod est nomen verbale terminatum in bile, vel in tiuū, importans aptitudinem: ampliatur pro eo, quod est, vel potest esse, dummodo non restringatur ad vnam differentiam temporis, vt hō est amabilis: Homo est amatiuus, ly homo ampliatur pro eo, quod est, vel pōt esse. Dicitur notanter, importās aptitudinem, quia si nō importaret, tūc non haberet vim ampliandi, vt sunt isti termini, cubile, sedile, & sic de alijs. ¶ Quinta regula, quilibet terminus rectus ab istis verbis, significatur, ampliatur, verificatur, mediā te ista propositione, pro-, ampliatur ad supponendum ad quinq; differētias temporū, vt dicendo homo supponit pro homine, propositio verificatur

Sophisma.

Regula.

A catur pro homine, ibi ly homo ſupponit pro homine, qui eſt, qui fuit, erit, poteſt eſſe, vel imaginatur eſſe. Et dicitur notanter, rectus mediante iſta præpoſitione pro, quia aliter non ampliaretur, vt dicendo, propoſitio verificatur pro homine, ibi, propoſitio, non ampliatur. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſophiſmate, homo eſt mortuus. Probatur, quia ꝙ eſt, vel fuit homo, eſt mortuum: ergo homo eſt mortuus. Improbatur, nullus hō qui eſt, eſt mortuus, omnis homo eſt homo, qui eſt: ergo nullus homo eſt mortuus. Item omnis homo eſt viuus: ergo nullus homo eſt mortuus, tenet conſequentia a contrarijs. Ad ſophiſma reſpondetur, ꝙ ipſum eſt verum. Et ad primā B rationem dicitur, negando cōſequētiam, quia arguitur a minus amplo ad magis amplum cū diſtributione magis ampli. Pro cuius declaratione ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima, arguendo a magis amplo ad minus amplum cum diſtributione magis ampli, & poſita conſtantia minus ampli, eſt bona conſequentia, vt bene ſequitur, omnis hō fuit albus, & homo eſt, ergo homo, qui eſt, fuit albus. ¶ Secunda regula, arguendo a magis amplo ad minus amplum ſine diſtributione magis ampli, non valet conſequentia, vt non ſequitur homo fuit albus, ergo homo qui eſt, fuit albus. ¶ Tertia regula, arguēdo a minus amplo ad magis amplum ſine diſtributione magis ampli, eſt bona conſequentia, vt bene ſequitur, homo, qui eſt, fuit albus, ergo homo fuit albus. ¶ Quarta regula, arguēdo a minus amplo ad magis amplum cum diſtributione magis ampli, non valet conſequentia, vt non ſequitur, omnis homo, qui eſt, fuit albus, ergo omnis homo fuit albus. Ad ſecundam rationem negatur cō ſequentia, ad probationem dicitur, quòd non debite arguitur a contrarijs quia termini non tenētur ęque ample.

Sophiſma.

Regula.

C

¶ Argvitvr primo ſic; Vnus terminus non dicitur agere in aliū terminum, igitur vnus terminus nō dicitur ampliare alium terminum. ¶ Secundò ſic; Copula præteriti, & copula futuri ſunt ſimplices copulę, ergo non habent vim ampliandi magis, q̃ copula præſentis temporis. ¶ Tertio ſic; Si regulæ ſupradictæ eſſent bonæ, ſequeretur ꝙ iſta eſſet vera, iuſtus damnabitur, cum ſenſus D eius ſit, qui eſt, vel erit iuſtus, damnabitur, ſed conſequens eſt falſum, quia propoſitio vera de futuro, debet habere, vel ſaltem poteſt habere aliquam de præſenti veram, ſed nunquam iſta erit vera, iuſtus damnat. Ad primum dicitur, ꝙ vnus terminus non dicitur ampliare alium eo, ꝙ agat in alium terminum, ſed quia intellectus mediante tali termino accipit alium terminū ample pro ſuis ſignificatis. Ad ſecundum dicitur, ꝙ talis copula eſt ſimplex, & quantum eſt de ſe non habet virtutem ampliā di ſubiectum, ſed ampliatur ex bonitate modi intelligendi, & communis modi concipiendi ipſius intellectus, ſic accipientis ſubiectum in ordine ad diuerſas differentias temporum. Ad tertium dicitur, quòd non

debet

E debet ſic reduci ad vnam de præſenti, ſed ſic hoc damnatur, demonſtrãdo per ly hoc illud, pro quo ſuppone bat ly iuſtus. Vnde ad ſciẽdum qualiter propoſitiones de præterito, & futuro debeant reduci ad vnam de præſenti, ponuntur aliquæ regulæ.

Regula. ¶ Prima ſi in propoſitione de præterito, vel de futuro ponatur aliqua determinatio præteritionis, vel futuritionis, tales determinationes debent dimitti, reducendo eas ad vnã de præſenti, vt ego fui heri, ſic reducitur, ego ſum, ego bibam cras, ſic reducitur, ego bibo. ¶ Secunda regula, ſi tales propoſitiones ſint de copulato extremo, hoc eſt ſi inter partes ſubiecti ponitur coniunctio copulatiua, reducuntur per plures propoſitiones inconiũctim ſumptas, vt Adã & Noe fuerunt, ſic reducitur, Adam

F eſt, Noe eſt. ¶ Tertia regula, ſi in talibus propoſitionibus ponatur terminus numeralis, debet reduci per plures propoſitiones, ſecundum exigentiam numeri, vt Helena peperit decem filios, ſic reducitur: Helena parit iſtum filium: Helena parit iſtum filium, & ſic de alijs. ¶ Quarta regula, ſi tales propoſitiones conſtituantur ex terminis contrarijs vel repugnantibus ſi tales propoſitiones ſint particulares vel indefinitæ, loco ſubiecti debet poni pronomen demonſtratiuum, demonſtrans illud, pro quo ſupponebat ſubiectum, vt albũ erit nigrum, ſic reducitur, hoc eſt nigrum, ſed ſi tales ſint vniuerſales, debent reduci per plures ſingulares, ſucceſſiuè poſſibiles, vt hæc eſt vera, omnis homo morietur, quando vnus ſolus homo morietur. G

Sequuntur adhuc aliquæ regulæ.

Art. 1. PRIMO ſciendũ, quod. ¶ Quinta regula talis eſt ablatiuus præciſè exprimens ſignificatum termini ampliatiui, rectus à parte poſt à tali termino ampliatiuo, ampliatur ad tot differentias temporum, ad quot talis dictio poteſt ampliari, dummodo nõ reſtringatur, vt homo eſt amabilis amore, ibi amore, ampliat pro amore, qui eſt, vel qui poteſt eſſe. ¶ Sexta regula, terminus poſitus reſpectu dictionum importantiũ actũ interioré animæ, rectus à parte poſt à tali dictione, dummodo in illũ terminum tranſeat actus talis dictionis, ampliatur ad ſupponẽdum pro H eo, quod eſt, fuit, erit, poteſt eſſe, & imaginatur eſſe. Dicũt etiam aliqui ſimiliter de verbis importantibus actus ſenſus exterioris, q̃ ampliant terminum pro tempore præſenti, & ad modicum tempus præteritum vt audio ſonum, ibi ampliatur ad ſonum, qui eſt, & qui ſtatim ante fuit. ¶ Septima regula. terminus ſupponens poſitus à parte ante reſpectu iſtius termini, prius, importantis prioritatem temporis, ampliatur p eo, quod eſt, vel fuit, niſi impediat, vt homo eſt prior aſino, ibi ille terminus, homo, ampliatur pro eo, qd eſt, vel fuit. Et dicitur notanter, importãtis prioritatem temporis, quia ſi importaret aliam prioritatem, puta naturæ, vel ordinis, vel honoris non ampliaret, ſed tertius poſitus a

parte

A parte post, rectus ab eo, ampliat pro eo, quod est, vel erit, & per oppositũ dicatur de posterius. Nam terminus positus a parte ante, ampliat pro eo, ꝙ est, vel erit, dummodo denote tur præcedere, & terminus sequens pro illo, quod est, vel fuit, dummodo denotetur sequi, & ꝙ posterius importet posterioritatem tẽporis, vt homo est posterius asino, homo, ampliatur pro eo, quod est, vel erit, & asino, pro eo quod est, vel fuit. ¶ Octaua regula, terminus supponens, captus respectu verbi importantis mutationem acquisitiuã, am
B pliatur pro eo, quod est, & immedia te post hoc erit, dummodo significa tum illius termini denotetur acqui ri, vt asinus generatur, ibi ly asinus supponit pro eo quod est, & immediate post hoc erit, sed terminus captus respectu verbi, importantis mutationem deperditiuam, ampliatur ad supponendum pro eo, quod est, vel immediate antea fuit, vt asinus corrumpitur, ibi asinus supponit ꝑ eo, quod est, vel pro eo, quod immediate ante hoc fuit. ¶ Nona regula, terminus, qui est subiectũ huius verbi, incipit, ampliatur ad supponẽdũ pro eo, quod est, & immediate post C hoc erit, vt homo incipit esse, ibi homo ampliatur ad supponendum pro homine, qui est, & immediate postea erit, hoc tamen non est semper necessarium: Nam secundum Scò. In quot. res aliqua potest durare per solũ in- q. 12. stans, & tunc tantum supponit pro illo, quod nunc est, & antea non fuit. Sed terminus, qui est subiectũ illius verbi, desinit ampliatur ad supponẽ dum pro eo, quod est, vel immediate ante fuit, vt homo desinit esse, ibi homo, ampliatur ad supponendum pro homine, qui est, vel qui immediate ante hoc fuit, & debent iste duæ regulę intelligi in rebus durantibus plusquàm per instans. ¶ Sed D aduerte ꝙ terminus ampliatus importat illa, ad quæ ampliatur secundum exigentiam suppositionis, vt si supponit determinate, importat illa disiunctiue, si confuse & distributiue, importat illa copulatiue, & sic de alijs. Aduerte tamen ꝙ propositiones, in quibus ponũtur termini ampliatiui, debẽt exponi disiũctim, hoc est per propónem cathegoricã de disiuncto extremo: in qua differentiæ temporales disiunctim accipiuntur.

SVMMVLARVM PETRI HISPANI

Tractatus Decimus.

Cuius præscriptio est. De Restrictionibus.

Restrictio qd & quotuplex.

REstrictio est coarctatio termini communis a maiore suppositione ad minorẽ, vt dictum est prius. ¶ Restrictionum autem alia fit p nomen, vt homo albus: iste terminus, homo, non supponit pro nigris, neque pro medio colore coloratis, sed restringitur ad albos: alia fit per verbum: vt homo currit: iste terminus, homo, supponit pro præsentibus tantum. ¶ Alia fit per participium: vt cum dicitur: homo currens disputat: ille terminus, homo, supponit pro præsentibus. ¶ Alia fit per implicationem: vt cum dicitur, homo, qui est albus, currit: hæc implicatio, qui est albus, restringit hominem ad albos. Item restrictionũ factarum per nomen: alia fit per inferius, superiori appositum: vt animal homo currit: ille terminus, animal, tãtum supponit pro animalibus, quæ sunt homines. ¶ Alia fit per differentiam aduenientem generi, quæ est essentialis: cum sit constitutiua rei, vt cũ dicitur animal rationale: hic animal supponit pro rationalibus animalibus. ¶ Alia fit per adiectiuum accidentis, vt cũ dicitur: homo albus: iste terminus, homo, supponit tantum pro albis hominibus. De restrictione facta per nomen communiter sumptum tales dantur regulæ. ¶ Omne nomen, non diminuens, nec habens vim ampliandi, adiunctum ex eadẽ parte termino magis communi, restringit ipsum ad supponendum pro his, ad quæ exigit sua significatio, vt patet in exemplis prædictis, vt homo p suam significationem restringit animal ad animalia, quæ sunt homines, vt cum dicitur, animal homo. & albus restringit hominẽ per suam significationem ad homines albos, vt cum dicitur, homo albus. Dico autem non diminuens, ad remouendum nomina diminuentia rationem adiũcti, vt

F G H

Regula.

Regula.

Regula.

A vt mortuus, vel corruptus, & similia, quæ non restringunt, sed potius destruunt adiunctum. Dico autem non habentia vim ampliandi, ad remouendum dictiones ampliatiuas, vt potens, potest, possibile, quæ non restringut, sed potius ampliant. ¶ Et sciendũ, quòd minus commune semper restringit magis commune, vt cũ dicitur, homo albus currit, quia homo reperitur in albis hominibus, & nigris, & medio colore coloratis: albus autem non. Unde quo ad hoc quòd homo est magis commune, & albus minus cõmune, & sic albus restringit hominem. Sed secundum q̃ albus re
B peritur in hominibus, lignis, lapidibus, & brutis: homo autem non: vt sic albus est magis commune, & homo minus commune, & sic homo coartat album ad albedinem existentem in hominibus cum dicitur homo albus currit, & sic vtrunq; coartat alterũ secundum diuersa. Item de termino restricto talis datur regula. ¶ Si signum vniuersale adeniat termino restricto, non distribuit ipsum, nisi pro his, ad quæ restringitur: cum enim dico, omnis homo albus currit: ibi homo restringitur ad albos, & non potest distribui, nisi pro albis. Item de restrictione datur regula talis. ¶ Nihil positum a parte prædicati potest restringere terminũ communem, positum a parte subiecti, quò ad principalem eius significationem, vt homo est albus, iste terminus albus, in prædicato positus: non potest restringere hominem in subiecto, positum ad albos, quia si restringuur ad albos: ergo per regulam præcedẽtem, scilicet si signum vniuersale aduenerit termino restricto, solum distribuit ipsum pro his, ad quæ restringitur: vt in proposito, homo, distribueretur solum pro albis hominibus, & sic istius propositionis, omnis homo est albus, sensus esset, omnis homo albus est albus: ergo si vna erit vera, reliqua erit vera, & si vna est falsa, reliqua erit falsa, quod tamen D est falsum: ergo cum dicitur, omnis homo est albus: iste terminus, homo, nõ restringitur, & sic patet illa regula. Dico autem quò ad principalem eius significationem, quia prædicatum restringit subiectum quo ad significationẽ, quæ est genus, vt cum dicitur, cygnus est albus: iste terminus, cygnus, restringitur ad mares & nõ ad mulieres, & sic albus restringit ipsum quo ad consignificationem, quę est genus, & non quo ad suam significationem. Item de restrictione facta per implicationem talis datur regula. ¶ Omnis implicatio immediate coniũcta termino communi restringit, ipsum, sicut suum adiectiuum, vt

C

Regula.

Regula.

Regula.

cum

E cum dicitur: homo, qui eſt albus, currit: iſte terminus, homo, reſtringitur ad albos per hanc implicationẽ, ſcilicet qui eſt albus. Item de eadem reſtrictione talis datur regula: Quotienſcunq; ſignum vniuerſale, & implicatio ponuntur in eadẽ locutione, duplex eſt oratio, ex eo q̃ ſignũ poteſt præcedere implicationem, & ſic diſtribuit terminum communẽ pro quolibet ſuppoſito: cum dicitur, omnis homo currit, qui eſt albus. Itẽ implicatio poteſt prius aduenire, & reſtringere terminum communem, & tunc ſignum poſtea aduenies, non diſtribuit ipſum niſi pro his, ad quæ reſtringitur, vt omnis homo, qui eſt albus, currit, & tũc æquiualet huic omnis homo albus currit. Sequitur de reſtrictione facta per verbum, de qua plures dantur regulæ. ¶ Quarum prima talis eſt, terminus communis ſupponens, vel apponens verbo præſentis temporis, ſimpliciter ſumpto, non habente vim ampliandi, neque ex ſe, neque ex alio, reſtringitur ad ſupponendum pro his, qui ſunt ſub forma termini communis ſupponentis. Dico autem termini cõis, q̃a terminus diſcretus neq; reſtringit neq; ampliat. Dico aũt verbum præſentis temporis, ad remouendum alia verba aliorum temporum, quia terminus communis aliam habet ſuppoſitionem cum eis. Dico autem G ſimpliciter ſumpto, ad remouendum verba ſumpta cum particulis diminuentibus, vt eſt opinabile, & inopinabile. Dico autem non habente vim ampliandi, ad remouendũ verba ampliatiua, vt poteſt. Dico autem, neque ex ſe, neque ex alio, ad remouendum verba, habentia vim ampliandi ex alio: vt puta ex cõiuncto, ſicut hoc uerbum, eſt, cũ dicitur, eſt poteſt eſſe. Dico autem ſub forma termini ſupponẽtis: quia homo ſupponit pro his, qui ſunt ſub humanitate, & animal, quæ ſunt ſub animalitate, ut cũ dicitur, homo eſt animal. Item alia datur regula. ¶ Terminus communis ſupponens, uel apponens uerbo de præterito ſimpliciter ſumpto, non habente uim ampliãdi, nec ex ſe, nec ex alio, reſtringitur ad ſupponẽdum pro his, quæ ſunt, uel fuerunt, ſub forma termini ſupponentis: ut cum dicitur, homo fuit animal: iſte terminus, homo ſupponit pro his, qui ſunt, uel fuerunt homines: & animal pro his, qui ſunt, uel fuerunt animalia. ¶ Item alia datur regula: Terminus communis ſupponens uel apponens uerbo de futuro, etiam ſupponit pro his, qui ſunt, uel erunt ſub forma termini ſupponentis, ſcilicet pro eis, qui ſunt uel erunt in futuro, ut homo erit animal. Ex prædictis patet

F Regulæ.

H

Sophiſme.

Regula.

A tet ꝙ verbum restringitur quo ad significationem, quæ est rōs: & nō quo ad significationem principalem. ¶ Circa predicta quæritur de hoc sophismate, omne animal fuit in arca Noe. Probāt: homo fuit in arca noe, equus fuit in arca Noe &c. ergo oē animal fuit ī arca noe. ¶ Cōtra: oē animal fuit ī arca Noe: sed cæsar fuit aīal: ergo cæsar fuit in arca Noe, ꝙ est falsum: ergo aliqua p̄missarū est falsa, non minor, ergo maior. Q ꝙ aūt prima sit falsa, patet per quādam regulā, quæ dicit: ꝙ termin⁹ cōis supponens, vel apponens verbo de præterito, simpliciter sumpto restringitur ad supponendū pro his, qui sunt, uel fuerunt sub forma termini supponētis. ¶ Item B alia est regula, ꝙ si signū vniuersale aduenīat termino restricto, distribuit ipsum pro oīb⁹ illis, ad quæ restringebāt: ergo cum dr̄ omne animal fuit in arca Noe: iste terminus, animal supponit pro oī animali, ꝙ fuit in arca Noe: quæ non fuerunt oīa in arca Noe: ergo prima est falsa. Item ad idem in hac propositione, oē animal, ꝙ tūc fuit, fuit in arca Noe: iste terminus, animal restringit magis, quām in ista ratione, omne animal fuit in arca Noe: cum in prima plura supponant. sed iste terminus, animal, restringit ad ea, quæ fuerunt tunc in illo tempore, ꝓp implicationem ibi positam: ergo si solum illa, quæ fuerunt in p̄terito, fuerunt in arca Noe, & nō plura: oportet ꝙ hæc sit falsa, omne animal fuit in arca Noe, cum in ea plura animalia supponunt. C ¶ Solutio, quidam dicunt, ꝙ hæc omne animal fuit in arca Noe, est duplex: eo ꝙ potest fieri distributio pro singulis generum, vel ꝙ generibus singulorum: Primo modo est falsa, secundo modo est vera: quia quādo fit distributio pro singulis genere tunc ist distributio pro singulis indiuiduis, quæ sub eodem genere, & sub eadem specie continentur, tunc oportet quod oīa indiuidua contenta sub animali, fuissent in arca Noe, quod est falsum. Sed cum fit distributio pro generibus singulorum, tūc D solum est distributio pro generibus, vel ſpeciebus, sed non fuit aliqua ſpecies animalis, quæ nō fuit in arca Noe: & illo modo est vera. Sed huic solutioni non acquiesco. quia species animalis nō fuit per se in arca Noe: sed tantum indiuiduum, vnde illo tempore non habuit veritatem, nisi pro singulis generum, idest pro indiuiduis & non pro generibus singulorum, vnde dico ꝙ propositio est falsa, concedo omnes rationes adductas ad hoc: & ꝙ batio peccat secundū consequēs ab insufficienti ēductione: quia nō accipit oēs partes distributionis, quæ sunt sub subiecto istius propositio-

Sophisme.

Regula.

E nis, oẽ aĩal fuit ĩ arca Noe. ¶ So
Quæstio. let etiã quæri, vtrũ similiter re-
stringunt termini in propõne af-
firmatiua, & negatiua? Dicunt
Ad tertiũ dr̃ q̃ bene verũ eſt, q̃ adu-
erbiũ determinat verbũ ſiue media
tè ſiue ímediatè, ſed nõ oportet, q̃
ſemp determinet ipſum ímediatè.

Sequitur ad idem.

Primo ſciendum, quòd pro Arti.
expoſitione propoſitionum ex-
clu-


A cluſiuarum, quatuor ſunt conſiderã da ſcilicet ſubiectum principale, copula principalis, prædicatum princi pale, & ſignum excluſiuum. Vnde omnis propoſitio excluſiua, in qua ſi gnum non negatur, ſemper debet exponi copulatiuè, ſed in qua ſignũ negatur, debet exponi per vnam diſiunctiuam. ¶ Vnde excluſiuarum quædam ſunt, in quibus nulla ponitur negatio, vt tantum animal eſt homo, quędam ſunt, in quibus negatio immediatè ponitur ante copulam, vt tantum animal non eſt homo: alię ſunt in quibus vna negatio præponitur toti propoſitioni, & alia negatio ponitur immediatè ante copulam, vt non tantum animal non B eſt homo. ¶ Vnde pro expoſitione excluſiuarum gratia alietatis, in quibus nulla ponitur negatio ponitur talis regula. ¶ Omnis propoſitio excluſiua, in qua nulla ponitur negatio exponibilis gratia alietatis debet exponi per vnam copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars eſt præiacens, ſecunda eſt vna negatiua, in qua negatur prędicatum principale de ſubiecto compoſito extranſcendente, & iſto termino, qui eſt, mediante negatione, vt tantum animal C eſt homo, ſic exponitur, animal eſt homo, & nullum ens, quod non eſt animal, eſt homo. ¶ Exemplum quã do ſubiectum diſtribuitur, vt tãtum omne animal eſt homo, exponitur ſic, omne animal eſt homo, & nullũ ens, quod non eſt omne animal, eſt homo, & poteſt intelligi iſta propoſitio per iſtam dictionem, diues, intelligendo per vocales qualitatem, & quantitatem propoſitionum exponentium. ¶ Secunda regula, omnis propoſitio excluſiua, exponibilis gratia alietatis, in qua negatio præponitur ſigno excluſiuo, debet exponi p vnam diſiunctiuam affirmatiuam, D compoſitam ex partibus contradicẽtibus illis, vel propoſitionibus: ex quibus exponitur excluſiua affirmatiuè de eiſdem terminis, in qua nulla ponitur negatio, vt non tantum animal eſt homo: ſic exponitur: nullum animal eſt hõ, vel aliqua res, q̃ non eſt animal, eſt homo, ecce quomodo exponentes huius contradicunt exponentibus iſtius, tantum animal eſt homo. Et intelligitur iſta expoſitio per ſuam dictionem Hely.

E Dines

Tantum homo eſt animal.
ſic exponitur.
homo eſt animal, &
nulla res, quæ non
eſt homo: eſt animal.

Orat G

Tantum homo non eſt
animal.
hō non eſt animal, &
omnis res, quæ non eſt
homo: eſt animal.



F H

Non tantum homo
non eſt animal
Omnis homo eſt aīal.
vel aliqua res, quæ
nō eſt hō, non eſt aīal

Non tantum homo
eſt animal
Nō homo eſt aīal, vel
aliqua res, quæ nō eſt
homo: eſt animal.


Amo

Hely

¶Tertia regula, propoſitio excluſiua in qua negatio præponitur copulæ exponibilis gratia alietatis, exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars eſt præiacens, & in ſecunda affirmatur prædicatum principale de termino tranſcendente, ſumpto cū ſubiecto principali mediante hoc cōplexo, quod non eſt. Exemplum vt tantum animal non eſt homo, ſic exponitur, animal non eſt homo, & omnis res, quę non eſt animal: eſt homo. Exemplū quando ſubiectum diſtribuitur, vt tantum omnis homo nō eſt animal, ſic exponitur, omnis homo non eſt animal, & omne ens, quod non eſt omnis homo, eſt animal, & expoſitio talium excluſiuarum, quando ſubiectum non diſtribuitur, poteſt intelligi per iſtam dictionem, Orat. ¶ Quarta regula, omnis propoſitio excluſiua exponibilis gratia alietatis, in qua ponuntur duæ negationes, vna in principio, & alia ante copulam, exponitur per vnam diſiunctiuam

Actiuam affirmatiuam, compositam ex partibus contradicentibus copulatiuæ, per quam exponitur propositio exclusiua, in qua negatio prępo nitur tantum copulę. Exemplum, vt non tantum animal non est homo, sic exponitur, omne animal est homo, vel aliqua res, quæ non est animal, non est homo, & potest intelligi per illam dictionem, Amo. ¶ Et aduerte q̄ sicut exclusiuæ, quæ expo nuntur gratia alietatis, sunt in quadruplici differentia, sic propositiones exclusiuę exponibiles gratia plu ralitatis, sunt in quadruplici differentia. ¶ Nam quædam sunt, in qui bus nulla negatio ponitur, & talis debet exponi per vnam copulatiuā affirmatiuam, cuius prima pars est prę
B iacens, secunda est negatiua vni uersalis, in qua plura negantur, & ta les propositiones sunt, quando dictio exclusiua additur termino numerali, vt tantum vnum est, sic exponitur, vnum est, & non plura, q̄ vnum sunt, & talis expositio potest intelligi per istam dictionem, Dius. ¶ Quędam sunt, in quibus negatio ponit ante signum exclusiuū, vt non tantum vnum est, & talis debet exponi per vnam disiunctiuā de partibus contradicentibus copulati uæ, exponētis propositionem, in qua nulla negatio ponitur, vt ista, nō tm̄ vnū est, sic exponitur, nullū vnū est, vel aliqua plura, q̄ vnū sunt. Et intel C ligitur ista expositio per istā dictionem, Hely. ¶ Quædam sunt in quibus ponitur negatio ad copulam tātum, vt tantum vnum non est, sic ex ponitur per vnam copulatiuam affir matiuam, cuius prima pars debet es se prę iacens, secunda debet esse affir matiua, affirmans plura vniuersaliter, vt tantum vnum non est, sic exponitur, vnum non est, & omnia plu ra, q̄ vnū sunt, & talis expositio pōt intelligi per istam dictionem, Orat. ¶ Quædam sunt, in quibus negatio ponitur ante signum, & ante copulam, & talis exponitur per vnam disiunctiuam de partibus contradicētibus copulatiuę, exponentis propo sitionem, in qua negatio ponitur an te copulam, vt ista, non tantum vnū D non est, sic exponitur, omne vnum est, vel aliqua plura, q̄ vnum non sunt, & intelligitur ista expositio p illam dictionem, Amo. ¶ Aduerte tamen, q̄ omnis exclusiua, in qua di ctio exclusiua additur termino numerali, est distinguenda, quia potest exponi gratia alietatis & pluralitatis, si gratia alietatis, exponitur sicut aliæ, si gratia pluralitatis exponitur secundum ea, quæ dicta sunt, vt ista nō tm̄ vnū est, pōt exponi gratia alie tatis, & sic exponit sicut ista, tm̄ hō est animal, vel gratia pluralitatis, & tunc exponitur sicut visum est.

Dius



Art. 2. SECVNDO ſciendum, q̃ conſequenter videndum eſt de ſuppoſitione terminorũ propõnum excluſiuatum, & ponuntur aliq̃ regulæ. ¶ Prima, cuiuſlibet propoſitionis excluſiuæ exponibilis gratia alietatis, in qua dictio excluſiua nõ negatur, ſubiectũ ſupponit confusè tm̃, dũmodo ſit terminus cõmuniter tentus, & q̃ non addatur ſignũ vniuerſale, vt tantum animal eſt homo, ly aĩal ſupponit confuſe tm̃. Et dr̃ notãter, terminus cõiter tẽtus, quia alias nõ oporteret illum terminũ ſupponere confuſe tm̃. Dicitur notanter, dummodo non addatur ſignum vniuerſale, quia tunc ſupponeret confuſe, & diſtributiue, vt tantum omnis homo eſt animal, ibi hõ ſupponit cõfuſe & diſtributiue. Dicitur notanter, dũmodo dictioni excluſiuæ non addatur negatio, quia tunc ſupponeret confuſe & diſtributiue, vt non tãtũ animal eſt homo. Dicitur notanter, exponibilis gratia alietatis, quia ſi exponeretur gratia pluralitatis ſupponeret determinate, & prædicatũ confuſe tãtum, ſub quo licet fieri deſcenſus copulatus, vt tãtum quinq; ſunt prædicabilia: ibi, quinq;, ſuppo nit determinate, & prædicatum confuſe tantum. Sed prædicatum propoſitionis exponibilis excluſiuæ gratia alietatis, ſupponit confuſe & diſtributiue, ſi ſit terminus communiter tentus, & dummodo non ſit impeditus per negationem, vel per aliquod aliud ſignum, vt tantum animal

Sco. in 1. d. 21. in reſpõ. q. vnica.

Scot. vbi ſupra.

A mal est homo: ibi homo supponit cõ
Scot. vbi supra. fuse & distributiuè. ¶ Et per istã regulam faciliter potest cognosci, qualiter supponant termini propositionum exclusiuarum, in quibus ponitur negatio, & faciliter etiam potest cognosci quantitas illarum propositionum: nam si subiectum supponat confuse tantum, ipsa est indefinita, vt tantum animal est homo, si supponat confuse & distributiuç, ipsa est vniuersalis, vt tantum omne animal est homo, vel non tantum animal est homo. Sed de conuersione talium propositionum ponuntur aliquæ regulæ, quarum prima est. ¶ Omnis exclusiua affirmatiua, in qua nulla ponitur negatio, conuerti
B tur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis, remota dictione exclusiua: bene enim sequitur: tãtum animal est homo: ergo omnis homo est animal. Et aduerte, q̃ ibi propriè non est conuersio, sed magis debet dici consecutio vnius propositionis ad aliam: nã prima est indefinita, quę non conuertitur in vniuersalem, sed si proprie deberet conuerti, sic conuerteretur: tantum animal est homo; ergo homo est animal per conuersionem simplicem. ¶ Secunda regula, propositio negatiua exclusiua, in qua dictio exclusiua nõ negatur, cõuertitur in vniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis, cuius subiectum est terminus infinitatus, vt bene sequitur: tm̃ substãtia nõ est accñs: ergo omne nõ accñs est substãtia. ¶ Tertia regula propositio exclusiua, cui negatio additur signo exclusiuo, tm̃, cõuertitur in particularẽ negatiuã, mutãdo terminos C finitos in terminos infinitos, vt non tm̃ aial est hõ, conuertitur in ista: nõ hõ non est non aial. ¶ Quarta regula, propositio exclusiua, in qua ponũ tur duę negationes, conuertitur in exclusiuã, in qua ponuntur duę negationes, vt ista, non tm̃ asinus non est lapis, conuertitur in istã, ergo nõ tm̃ lapis non est asinus, & vide qũo omnes istę conuersiones magis dicũ tur consecutiones illarum propõnũ, q̃ propriè conuersiones, nisi capiẽdo conuersionem large. Sed pro consequentijs, quę fiunt in istis exclusiuis ponuntur aliquę regulæ. ¶ Prima, **Regulæ.** ab exclusiua ad eius totalem exponẽtem, est bona consequentia, & etiam ecõtra, vt bene sequitur, tm̃ animal est homo, ergo animal est homo, & D nulla res, quæ non est animal, est homo, & etiã econtra. ¶ Aduerte tm̃, q̃ qñ dictio exclusiua non negatur: tũc ab exclusiua ad quãlibet partẽ eius exponentem seorsum, est bona cõsequentia, sed non ecõtra, vt bene sequitur, tm̃ animal est hõ, ergo aial est homo. Sed qñ dictio exclusiua negatur, tunc non valet consequentia, ad quãlibet partem exponentẽ seorsum, vt non sequitur, nõ tm̃ aial est hõ, ergo licet bene econtra valeat, vt bene sequitur, nullum animal est **Nullum aial ẽ hõ.** homo: ergo nõ tm̃ animal est homo. ¶ Secunda regula, ab exclusiua affirmatiua exponibili gratia alietatis, ad suã vniuersalem affirmatiuã de terminis transpositiuis, & cæteris paribus manẽtibus, est bona cõsequentia vt bene sequitur, tãtum animal est homo, ergo omnis homo est animal.

E mal. Similiter econuerso bene sequi
tur, omnis homo est animal: ergo tã
tum animal est homo. Et debet intel
ligi regula, dummodo totale subie-
ctum illius vniuersalis distribuatur,
etiam distributione completa & per
fecta, quia si totale subiectum non
distribueretur, non oporteret conse
quentiam valere, vt non sequitur,
tantum currens est asinus hominis:
ergo cuiuslibet hominis est asinus
currens, neque ecõtra. Dicitur etiã,
si subiectum distribuatur distribu-
tione completa, & perfecta, quia ali
ter non oporteret consequẽtiam va
lere, vt non sequitur, omnis essentia
diuina est pater: ergo tantum pater
est essentia diuina, nisi ly essentia di
uina distribueretur distributione
F cõpleta & perfecta, in qua fit descen
sus tam in terminis, quàm extra ter
minum, tam in numero quàm extra
numerum, de qua alias visum est in
primo priorum tractat. 1. capit. 2. du
bi. 2. Dicitur notanter, exponibilis
gratia alietatis, quia si exponeretur
gratia pluralitatis, non oporteret cõ
sequentiam valere, vt non sequitur,
tãtum duodecim sunt Apostoli dei:
ergo omnes Apostoli Dei sunt duo-
decim: capiendo, omnes, distributiue,
quia si caperetur collectiue, esset
bona consequentia, sed non virtute
illius regulæ. Debet etiam intelligi
regula, dummodo non varietur ali-
qua proprietas logicalis, quia si va-
rietur, non oporteret consequentiã
valere, vt non sequitur, tantum
animal fuit album: ergo omne albũ
fuit animal, cum ibi arguatur a mi-
nus amplo ad magis amplum, cum
distributione magis amplil. G

TERTIO sciendum, q̃ pro ma Art. 3.
iori declaratione ponuntur aliquæ Regulæ.
regulæ. ¶ Prima, quando dictio ex-
clusiua additur termino copulato
vel disiuncto, tunc est multiplex ex-
clusio: eo q̃ potest fieri exclusio circa
totum terminum copulatum vel di-
siunctum, vel circa vnam partẽ eius
.i. potest denotari, q̃ prædicatum re
moueatur ab omni illo, de quo non
potest verificari totum disiunctum,
vel copulatum, vel denotatur prędi-
catum remoueri ab illo, quod non
dicitur vna pars copulati vel disiun-
cti. ¶ Et secundum hoc soluitur Sophis-
istud sophisma, tantum verum & ma.
falsum opponuntur. Quod potest
sic probari: tantum verum opponi-
tur falso: ergo tantum verum, & fal-
sum opponuntur. Consequentia H
tenet, quia istæ duæ conuertuntur,
verum opponitur falso, & verum &
falsum opponuntur, ergo addita
dictione exclusiua ambabus, ad-
huc conuertuntur. ¶ In oppositum arguitur, quia bonum & ma-
lum opponuntur: ergo. ¶ Ad so-
phisma respondetur per distinctio-
nem, quia potest fieri exclusio cir-
ca totum copulatum, vel circa par-
tem eius: si fiat circa totum copula-
tum, sophisma est falsum, & signifi-
cat, quòd tantum verum & falsum
sunt opposita: si autem fiat exclusio
circa primam partem eius, tunc so-
phisma est verum, & est sensus, tan-
tum verum est aliquid, quod oppo-
nitur falso. ¶ Etiã possit solui istud Sophis-
sophisma: tantũ sortes vel Plato est ma.
albus, posito quòd solus Plato sit al-
bus:

A bus, si enim fiat exclusio circa totũ subiectum disiunctum, sophisma est verum, & exponitur sic, sortes vel Plato est albus, & nulla res, quæ nõ est sortes vel Plato, est alba. Si autem fiat exclusio circa primam partem disiuncti, tunc sophisma est falsum, & tunc sic exponitur, sortes est aliquid, quod vel Plato est album. ¶Secunda regula, quando duæ determinationes ponuntur in eadem oratione, oratio est multiplex, eo q̃ potest indicari per vnam, vel aliam determinationem, sicut hæc est distinguenda, sola necessaria necessario sunt vera, & nulla alia a necessarijs necessario sunt vera, si autem sit modalis tunc est falsa, & significat q̃ B hæc est necessaria, tantum necessaria sunt vera, quod falsum est, quia contingentia etiam sunt vera, sed si sit exclusiua, ipsa est vera, quia significat quod necessaria necessario sunt vera, & nulla alia a necessarijs necessario sunt vera. Similiter de ista, ad solum sortem currere, sequitur hominem currere, si sit exclusiua, est falsa, si conditionalis, est vera. ¶Tertia regula, quotienscunque in eadem oratione ponũtur duæ dictiones exclusiuæ, oratio est multiplex, eo quod potest exponi per vnã vel p aliam, vt ista, solum geniuum precedit solus nominatiuus, eo quod potest exponi per ly solum positum in obliquo, & tunc est sensus, genitiuum solus præcedit nominatiuus, & nullam rem, quæ non est genitiuus, precedit solus nominatiuus, si autem exponatur per ly solus, sic exponitur, nominatiuus solus præcedit genitiuum, & nulla C res, quæ non est nominatiuus casus præcedit solum genitiuum, modo prima exponentium est falsa, igitur. Per hoc potest solui hoc sophisma, solis tribus sola duo sunt pauciora. Probatur sic, tribus sola duo sunt pauciora, & nullis alijs a tribus sola duo sunt pauciora. Improbat sic solis trib. sola duo sunt pauciora, ergo solis tribus duo sunt pauciora, consequens est falsum, consequentia tenet ab exclusiua ad suam præiacentem, falsitas consequentis patet, quia non solum tribus duo sunt pauciora, sed etiam alijs tribus, puta quatuor. Respondetur distinguẽdo, quia exponitur secundum prima exclusionem, & sic est falsum. Posset etiam solui tale sophisma, pos D sibile est sortem videre tantum omnem hominem, non videntem se, posito casu, quod tantum sint tres homines non videntes se, & quod sortes videat tantum illos tres. Breuiter dicitur ad sophisma, quod est simpliciter impossibile includens duo contradictoria, scilicet ista sortes videt se, & sortes non videt se, vt patet exponendo. ¶ Aduerte finaliter, quod sicut est aliqua exclusiua de subiecto exclusо, sic etiam de copula exclusa, vt homo tantum est animal, & est sensus, homo est aĩal, & homo non est non aĩal.

RGVITVR primo sic, Dictio exclusiua includit negationem, ergo subiectum exclusiuæ non supponit confusè tantum, sed confuse, & distributiue. ¶Secundo. Subiectum exclusiuæ, debet supponere sicut in expo-

E exponẽtibus, sed in exponẽtibus nõ supponit cõfuse tm̃, igitur. ¶ Tertio, Conuersiones, quæ fiunt in exclusiuis, non videntur fm̃ aliquam regulam conuersionẽ igit̃. ¶ Ad primum dr̃ꝙ signum exclusiuum non includit negationem, sed est signum specialiter, habẽs vim oppositam signo vniuersali affirmatiuo. ¶ Ad fm̃ negatur minor, nec oportet, ꝙ termini supponant eodẽ modo in exponẽtibus, sicut in exposita. cum tales non equiualeant in significando, sed solũ in veritate & consequendo. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ proprie tales conuersiones debent magis dici consequentiæ, seu consecutiones propositionũ, quam conuersiones.

F Dedictionibus exceptiuis.

¶ *Sequitur de dictionibus exceptiuis. Dicunt autem dictiones exceptiue, quæ significant exceptionem alicuius, contenti sub aliquo distributo, cuiusmodi sunt, præter, præterquam, & sit de alijs de quibus tales dant̃ regulæ.* ¶ *Prima est, ꝙ omnis exceptio fit a toto in quantitate, seu a termino sũpto sub signo vniuersali. Est autem totum in quantitate terminꝰ communiter sumptus cum signo vniuersali, vt omni homo præter sortem currit.* ¶ *Secunda regula est, ꝙ dictio exceptiua non impedita facit terminum communem super quem cadit immediate supponere simpliciter, vt omne animal præter hominem est irrationale, ibi, hominem, supponit simpliciter.* ¶ *Tertia regula est, quod vniuersalis affirmatiua* G *exceptiua exponitur copulatiue per tres cathegoricas exponẽtes, quarum prima affirmat prædicatum de subiecto sumpto cũ aliud ab, secunda affirmat prædicatũ de termino excepto, tertia est negatiua, in qua prædicatum negat̃ de termino excepto, vt omne animal præter homine est irrationale, ista exponit̃ sic omne animal aliud ab homine, est irralionale, homo est animal, & homo nõ est irrationalis.* ¶ *Quarta regula est quod vniuersalis negatiua exceptiua exponit̃ copulatiue per tres propositiones, in quarum prima predicatum negatur de subiecto, sumpto cum aliud & ab, in secũ-* H *da affirmatur subiectum de termino excepto in tertia affirmat̃ vniuersaliter prædicatum de termino excepto, vt hic nullum animal præterquam homo est risibile, exponitur sic nullum animal aliud ab homine, est risibile, homo est animal, & omnis homo est risibilis. Ex his patet, qualiter sux contradictoriæ sunt exponendæ, & qualiter valet consequẽtia in ipsis.*

Art. 1. PRIMO sciendũ ꝙ postq̃ visum est de propõnibus exclusiuis vidẽdũ est de propõnibus exceptiuis. ¶ Vñ propõ exceptiua est propõ exponibilis ratione signi exceptiui. Vñ signa exceptiua sũt ista, pter, pterq̃, nisi, & differũt inter se, qa ly pter addit accusa-

Propõnis exceptiuę condi ctiones.

A cusatiuo, & potest poni tam in propositione affirmatiua, quàm negatiua, sed ly præter quàm additur nominatimo, & similiter potest poni tam in propositione affirmatiua, quam negatiua, sed ly nisi additur nominatiuo, & non ponitur communiter, nisi in propositione in qua ponitur negatio, & dicuntur ista exceptiua, quia excipiunt illum terminum, cui adduntur a principali prædicato. ¶ Aduerte quod dictio, præter, capitur multipliciter. Vno modo negatiue, vt idem est, quod sine vt sortes currit præter Platonem, idest sine Platone. Alimodo capitur abstractiuè. vt octo præter tria, sunt quinq;. Tertio modo capit adiectiue, vt sortes soluit hospiti pter expẽ B sas. i. cum expensis. Quarto modo capit pure excceptiue, & sic constituit propositionem exceptiuam, & habet virtutem distribuendi terminum cõmunem immediate sequentẽ, supra quẽ cadit, vt visum est in suppositionibus. Sitr, nisi potest teneri dupliciter. Vno modo illatiue, alio modo exceptiuè. ¶ Vnde qñ tenetur illatiue, includit istã coniunctionẽ, si, & istã negationem, non, & facit propõnem conditionalem, vt nisi homo moueretur, homo non curreret, nullus legit Parisijs, nisi sit magister, sensus est, si nullus hõ sit magister, nullus legit Parisijs. Et nota ꝙ dictio exceptiua non potest addi proprie alicui termino, nisi illud, ad ꝙ fit exceptio sumaturcum signo vniuersali. Vnde ad hoc ꝙ propõ exceptiua sit ꝓpria, quatuor requirũtur. ¶ Primo, quòd illud, ad quod fit exceptio, sit terminus cõis sumptus cum signo vniuersali, vel ꝙ sit terminus distributus. Ex quo sequitur, ꝙ ista propõ nõ est ꝓpria, nec vera, nec falsa, aliquis hõ præter sortem currit, capiendo ly pter exceptiuè, quia illa dictio pter, ex suo modo significandi non potest addi alicui, nisi illud, ad ꝙ fit exceptio, sit terminus cõis, sumptus cum signo vñis. ¶ Sequitur secũdo, ꝙ istę non æquiualent, non oĩs homo pter sortẽ currit, & aliquis homo præter sortem non currit, quia ista secunda non est vera neq; congrua. ¶ Tertio sequitur, ꝙ ly oĩs, & ly quidam nõ, non semper faciunt propõnes æquipollere ex toto. ¶ Secundo requiritur, ꝙ terminus, à quo fit exceptio, habeat plura suppositа. ¶ Tertio req C rit, ꝙ verificetur de termino excepto, ideo ista non est propria, oĩs asinus pter æquũ currit. ¶ Quarto req D rit, ꝙ verificet de alio, q̃ de excepto, ideo ista non est propria, oĩs hõ pter rõnale. currit. Vnde propõnũ exceptiuarũ q̃dã sunt ĩ q̃bus nulla ponit negatio, aliq̃ sunt, in q̃bus negatio cadit supra signũ exceptiuũ, & tales exponũt disiũctiuè, & aliq̃ copulatiuè. Vñ ꝓpõnũ exceptiuarũ q̃dã sunt, in q̃busnulla ponit negatio, q̃dã in q̃b. ꝓponit negatio, totꝫ ꝓpõni, q̃dã in q̃bus dictio exceptiua nõ negat, licet ponat negatio, vt nullus hõ pter sortẽ currit, q̃dã ẽ ĩ qua ponũt duę negationes, quarũ vna cadit supra signũ exceptiuũ, & alia nõ, vt nullus hõ nõ pter sortem currit. ¶ Aliæ sunt in quibus negatio immediatè ponitur ante dictionem exceptiuam, vt oẽ animal non præter hominẽ currit

Art. 1.

Propõnis exceptiuę condi ctiones.

Dioĩsi exceptiuarũ ꝓponum.

E rit quædam in quibus negatio vna præponitur toti propoſitioni, & alia immediate præponitur ſigno exceptiuo, vt non omne animal non præter hominem currit, quædam in quibus ponuntur duę negationes, vna immediate ante dictionem exceptiuã, & alia ĩmediate ante copulã, vt hõ nõ p̃ter ſortẽ nõ currit, q̃dã ĩ qb. ponunt̃ tres negationes, quarũ vna p̃ponit̃ toti propõni, & alia ĩmediate p̃ponit̃ dictioni exceptiuæ, & alia ĩmediate p̃ponit̃ copulæ, vt non oĩs hõ non p̃ter ſortẽ nõ currit, & in qualibet iſtarũ p̃ter copulã & ſignũ vniuerſale, ſunt quatuor. ſ. terminus à quo fit exceptio, & ẽ principale ſubiectũ, & dictio exceptiua, & dictio, ſupra q̃ cadit dictio exceptiua q̃ vocat̃ dictio excepta, q̃rto ẽ ibi p̃dicatũ principale, vt oẽ aĩal p̃ter ſortẽ currit, ibi ly aĩal ẽ terminus à quo fit exceptio & p̃ter, ẽ dictio exceptiua, & ſortẽ ẽ dictio excepta, & currit principale p̃dicatũ. ¶ Et aduerte, q̃ iſtæ dictiões exceptiuæ qñq; faciũt ꝓpõnẽ exceptiuam, quãdoq; propoſitionem de excepto ſubiecto, quãdoq; de excepto predicato, vt ſortes verberat omnem hominem preter ſortem.

H


Arti. 2.

Regula.

Amate	Peccata
Omnis homo pręter ſortẽ currit.	Omnis homo, præter ſortẽ non currit.
Omnis homo, qui non eſt ſortes, currit. & ſortes eſt homo, & ſortes non currit.	Omnis homo, qui non eſt ſortes non currit, & ſortes eſt homo, & ſortes currit.

F

G



Non omnis homo, prætet ſortem, non currit.	Non omni homo, præter ſortem currit.
Aliquis homo, qui non eſt ſortes, currit, vel ſortes non eſt homo, vel ſortes non currit.	Quidam homo, qui non eſt ſortes, non currit, vel ſortes non eſt homo, vel ſortes currit.

Idolos

Comodi.

SECVN-

Arti.2. A SECVNDO sciendum, ꝙ pro ex positione propositionum exceptiua rum ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Pri

Regula. ma omnis propositio exceptiua affir matiua, in qua nulla ponitur negatio, exponitur per vnam copulatiuã affirmatiuam, cuius prima pars est propositio vniuersalis in qua princi pale prædicatum affirmatur de termino, a quo fit exceptio, sumpto cũ ly quod nõ est, & termino excepto, in secunda parte affirmatur terminus, a quo fit exceptio de termino excepto vniuersaliter sumpto, & in tertia, si sit terminus communis, prę dicatum principale remouetur de termino excepto, vniuersaliter sum

B pto, vt omne animal præter homi-nem est irrationale, sic exponitur, omne animal, quod non est homo, est irrationale, & omnis homo est animal, & nullus homo est irrationalis, & talis expositio potest significari per istam dictionem, Amate. ¶ Sed contradictoria eius debet exponi per vnam disiunctiuam, cõposi tam ex partibus contradicentibus vt non omne animal præter hominem est irrationale, exponitur sic, aliquod animal, quod nõ est homo, non est irrationale, vel aliquis homo non est animal, vel aliquis homo est irrationalis, & talis expositio potest significari per istam dictionẽ, Commodi. ¶ Sed propositio exceptiua, in qua negatio non cadit supra signum exceptiuum, sed supra copulam principalem, exponitur ꝑ vnam copulatiuam affirmatiuam, compositam ex tribus cathegoricis, in quarum prima prædicatum prin cipale remouetur de subiecto vniuersaliter sumpto, compositio, ex ter mino, a quo fit exceptio, & termino excepto, & ly quod nõ est, & in secũda affirmatur terminus a quo fit exceptio de termino excepto, viuersali ter sumpto, si sit terminus communis, & in tertia affirmatur prædicatum principale de termino excepto vniuersaliter sumpto, si sit terminus communis, vt omne animal præter hominem non est irrationale, sic ex ponitur, omne animal, quod nõ est homo, non est irrationale, & omnis nõ est animal, & omnis homo est irrationalis, & talis expositio potest significari per istam dictionem, Pec cata. ¶ Sed eius contradictoria debet exponi per vnam disiunctiuam affirmatiuam, compositam ex parti bus contradicentibus partibus copu latiuæ, per quam exponitur talis pri ma propositio, vt non omne animal præter hominem non est irrationa-le, exponitur sic, aliquod animal, quod non est homo, est irrationale, vel aliquis homo non est animal, vel aliquis homo non est irrationalis, & talis expositio potest significari per illam dictionem, Idolos.

D

E

E


Meroris

Omnis homo non pręter ſortem currit, omnis homo, qui non eſt ſortes, nõ currit, vel ſortes nõ eſt homo, vel ſortes currit.

Amodo

G

Omnis homo, non præter ſortẽ non currit. Omnis homo, qui non eſt ſortes currit, vel ſortes nõ eſt homo, vel ſortes non currit.



F

H

Non omnis homo, nõ præter ſortem, non currit.
Quidam homo, qui non eſt ſortes, non currit, & ſortes eſt homo, & ſortes currit.

Non omnis homo, non preter ſortem currit.
Quidam homo, qui non eſt ſortes, currit, & ſortes eſt homo, & ſortes non currit.

Dogmata

Vitare.

¶Sed omnis propoſitio exceptiua negatiua, in qua negatio immediate præponitur ſigno exceptiuo, exponitur per propoſitionem diſiunctiuam affirmatiuam, cõpoſitã ex tribus cathegoricis, cuius prima pars eſt propoſitio vniuerſalis, in qua prædicatum principale negatur de termino, a quo fit exceptio, ſumpto cum ly quod non eſt, & terminо excepto, & ſecunda pars eſt propoſitio particularis, in qua terminus, a quo fit exceptio, negatur de termino excepto, & tertia pars eſt particularis affirmatiua, in qua prædicatũ principale affirmatur de termino excepto, vt omne animal non præter hominẽ eſt irrationale, ſic exponitur, oẽ animal, qđ nõ eſt hõ, nõ eſt irrõnale, vel aliquis hõ, non eſt aĩal, vel aliquis hõ eſt irrationalis, & talis propõ ſignificaſ per iſtã dictionem, meroris. ¶Sed propõ exceptiua ſibi contradictoria exponitur per copulatiuam affirmatiuam, compoſitam ex partibus contradicentibus diſiunctiuè, per quam exponitur talis exceptiua, vt non omne animal

non

A non præter hominem est irrationale, exponitur sic, aliquod animal, quod non est homo, est irrationale, & omnis homo est animal, & nullus homo est irrationalis, & talis expositio significatur per istam dictionem, vitare. ¶ Sed propositio exceptiua affirmatiua, in qua vna negatio immediate præponitur signo exceptiuo, & aliæ copulæ, exponitur p disiunctiuam affirmatiuã, compositam ex tribus cathegoricis. quarum prima est vniuersalis affirmatiua, in qua principale prædicatum affirmatur de subiecto, composito ex termino, a quo fit exceptio, & termino excepto & ly quod non est, & secunda est particularis negatiua, in qua terminus a quo fit exceptio negatur de termino excepto, & tertia pars est
B particularis negatiua, in qua principale prædicatum negatur de termino excepto, vt omne animal nõ præter hominem non est irrationale, sic exponitur, omne animal, quod non est homo, est irrationale, vel aliquis homo non est animal, vel aliquis homo non est irrationalis, & talis expositio significatur per istam dictionem a modo. ¶ Sed eius contradictoria, exponitur per copulatiuam affirmatiuam, compositam ex partibus contradicentibus illius disiunctiuæ, vt non omne animal non præter hominem non est irrationale, exponitur sic, aliquod animal, qđ non est homo, non est irrationale, & omnis homo est animal, & omnis homo est irrationalis, & talis expositio significatur per istam dictionem, dogmata.

C Tertio sciendum, quòd pro maiori declaratione ponuntur aliquæ regulæ, quarum prima est. ¶ Dictio exceptiua nunquã negatur, nisi negatio immediatè cadat supra eã, vel supra signum vniuersale, ideo in ista, nullus homo præter sortem currit, ibi dictio exceptiua non negatur, licet negatio præcedat eam, ista enim æquialet isti, omnis homo præter sortẽ non currit, in qua dictio exceptiua non negat. ¶ Et si quæratur causa istius regulæ. Dico, ꝙ non est aliud, quã modus intelligendi, in ista tamen propositione, non nullus hõ præter sortẽ currit, ibi dictio exceptiua negat. ¶ Ex ista regula sequit, quod omnis propõ exceptiua negatiua, est in qua dictio exceptiua negat per negationẽ negantẽ. D dũmodo talis negatio cadat super signũ, vt non nullus hõ præter sortem currit, præiacẽs est ista, non nullus hõ currit, non omnis hõ præter sortẽ currit, præiacẽs est ista particularis, non omnis hõ currit, vnde propõ præiacẽs est ꝓpositio, quæ remanet dempto signo exceptiuo. Ex isto etiam sequitur, quòd non semper propositio exceptiua est vniuersalis, immo quandoque est infidefinita, vel particularis. Ex isto ẽt patet quãtitas omniũ propositionũ exceptiuarum, nam propositiones exceptiuæ sunt talis quantitatis, cuius sunt prę iacẽtes ipsarũ. ¶ Secunda regula, aliquæ sunt propões vniuersales, quę sunt contrariæ, & tñ non habẽt aliquas subcontrarias, quę sint indefinitæ vel particulares ſm totale subiectum, licet bene habeant particu

Regula.

E larẽ, ſm partẽ principalẽ ſubiecti, vt iſte, oĩs hõ præter ſortẽ currit, nullus hõ præter ſortẽ currit, nõ habẽt aliquas indefinitas vel particulares, ſecundum totale ſubiectũ, quia eſſent iſtæ, aliquis homo præter ſortẽ currit, vel aliquis homo præter ſortẽ non currit, qđ eſt falſum, nã iſtæ non ſunt propriè neque verè, neque falſe, ſed particulares iſtarum ſunt iſtæ, aliquis homo alius à ſorte currit, vel aliquis homo alius à ſorte non currit. ¶ Et ſiquis dicat vniuerſalis, & particularis debent eſſe eiuſdem ſubiecti. Reſpondetur, q̃ non oportet, quòd ſint eiuſdem ſubiecti totalis, ſed ſufficit quòd ſint eiuſdẽ ſubiecti ſecundum partem principa
F lem eius ſubiecti, vnde totale ſubiectũ huius propoſitionis, omnis homo præter ſortem currit, eſt totum hoc homo præter ſortem, ſed principalis pars eſt homo. Et ſic patet, q̃ dẽ ſcendendo ſub termino diſtributo propoſitionis exceptiuæ, non oportet ponere in ſingularibus dictionẽ exceptiuam, ſed loco eius ponetur, alius, vel aliud, vt deſcendendo ſub termino diſtributo huius propoſitionis, omnis homo præter ſortẽ currit, ſic deſcenditur, ergo iſte homo, alius à ſorte, currit. Sed circa iſta mouendæ ſunt aliquæ paruæ dubitationes. ¶ Prima, quomodo ſupponunt termini in propoſitione exceptiua. Reſpondetur primo, quòd terminus ſequens dictionem exceptiuam, ſupponit confuſè diſtributiuè, ſi ſit terminus communiter ſumptus, ſub quo debet fieri deſcenſus, ſicut viſum eſt in ſuppoſitionibus, vel (vt dicunt aliqui) non poteſt fieri deſcenſus ſub eo, quin prius fiat deſcenſus ſub termino principali ſubiecti, vt omne animal præter hominem currit, ſub ly hominem non debet fieri deſcenſus, niſi prius fiat ſub animali, vt ſic dicendo, ergo hoc animal, aliud ab hoc homine, currit, & hoc animal aliud ab homine currit, ſemper demõſtrando per ly hoc aliud animal ab animali rationali, ſed alij termini ſupponunt, ſicut in ſua præiacente ſecundum exigentiam regularum ſuppoſitionũ. Sed pro conuerſione talium propoſi tionum exceptiuarum eſt aduertendum, q̃ nulla exceptiua formaliter conuertitur in aliam exceptiuam, non enim ſequitur, omnis homo præter ſortem currit, ergo aliquod currens præter ſortem eſt homo, eũ talis conuertens non ſit propria, ſed ad debitè conuertendum, oportet mutare dictionem exceptiuam in ly aliud ab, vt omne animal præter hominem eſt irrationale, debet fic conuerti, ergo aliquod irrationale, aliud ab homine, eſt animal, ſimiliter nullus homo pręter ſortem currit, ergo nullum currens aliud à ſorte eſt homo.

¶ Argvitvr primo ſic: Ad vłem ſequit particularis, ergo bene ſequitur omnis hõ præter ſortẽ currit, ergo quidã homo præter ſortem currit. ¶ Secũdo ſic: In hac propoſitione, nullus, hõ pter ſortẽ currit, dictio exceptiua negat, ergo male dictũ eſt, q̃ talis debet exponi copulatiuè. Antecedẽs patet, qa negatio p̃cedit dictionẽ exceptiuã. ¶ Tertio ſic,

Obiectio

Dubitationes.

H Sup. cut. 133. E. 136. B.

Regula.

G

A sic, si exceptio semper fieret a termino, sumpto cum signo vniuersali. sequeretur q̃ exceptiua non haberet contradictoriam, hoc est falsum, igitur. Consequentia patet, quia contradictoria vniuersalis semper est particularis, ergo cũ in tali non possit poni exceptio, sequitur q̃ nõ poterit esse contradictoria alterius. ¶ Ad primum, dr concedendo, antecedens, & negando consequentiã, quia illa, quæ infertur nõ est sua particularis, sed est ista, quidam homo alius a sorte currit. Ex quo sequit, q̃ particularis alicuius exceptiue nõ est exceptiua, nec etiam sua contradictoria est exceptiua, si sumatur cũ signo particulari. ¶ Ad secundũ patet solutio, quia licet negatio præce-
B dat dictionem exceptiuã, non tamẽ cadit supra eam. ¶ Ad tertium dicitur, q̃ exceptiua vniuersalis non habet contradictoriam in qua ponitur dictio exceptiua, nisi præponat negatio toti proponi, vnde contradictoria huius, omnis hõ præter sortem currit, est aliqua istarum, aliquis hõ alius a sorte non currit, vel non omnis hõ præter sortem currit, nec ista, non omnis homo præter sortẽ currit, equipollet huic aliquis homo præter sortem non currit, sed magis ista, aliquis hõ alius a sorte non currit, & ad regulam æquipollentiarũ dicitur, q̃ intelligenda est, seruata proprietate sermonis.

De reduplicatiuis. ¶ *Sequitur de dictionibus reduplicatiuis. Dicuntur autem dictiones reduplicatiuæ, quæ important rationem, secundũ quã aliquid alteri attribuitur, vt, in* D *quantum, secundum quod, ea ratione qua, & sic de alijs de quibus dantur tales regulæ.* ¶ *Prima est, q̃ dictio reduplicatiua p̃ supponit aliquod prædicatum in esse alicui subiecto, & denotat illud super quod cadit, immediate esse causam in hærentia illius.* ¶ *Secunda est, q̃ dictio reduplicatiua semper fertur ad prædicatum, & nunquam reduplicat ipsum.* ¶ *Tertia est, q̃ propõ reduplicatiua affirmatiua exponitur per quatuor exponentes affirmatiuas, quarũ prima affirmat prædicatũ principale de subiecto, secunda aũt affirmat reduplicatũ de subiecto, tertia vero affirmat* C *prædicatũ principale de reduplicato, quarta est vna causalis, in cuius antecedente ponit dictio, super quã cadit reduplicatio de aliquo transcendente, & in consequente prædicatum principale affirmat de relatiuo illius transcendẽtis, vt hic, hõ inquantum rationalis est flebilis. i. homo est flebilis, & homo est rationalis, & omne rationale est flebile, & quia aliquid est rationale, ipsum est flebile.* ¶ *Quarta regula est, quòd propositio reduplicatiua, in qua ponitur negatio post dictionem reduplicatiuam, exponitur copulatiuè per quatuor exponentes, quarum prima negat prædicatum de subiecto, secun-*

E *da affirmat reduplicatum de subiecto, tertia negat vniuersaliter prædicatum principale de reduplicato, quarta est vna causalis, in cuius antecedente affirmatur reduplicatio de suo transcendente, & in consequente negatur prædicatum de relatiuo illius transcendentis, vt hic, nullus homo inquantum rationalis, est rudibilis, id est nullus homo est rudibilis, omnis homo est rationalis, & nullum rationale est rudibile, & quia aliquid est rationale, ipsum non est rudibile. Ex quo patet per legem contradictoriarum, qualiter exponendæ sunt cõtradictoriæ ista* F *rum, & qualiter valeat consequẽtia in ipsis.*

PRIMO sciendum, quòd propositio reduplicatiua est propositio exponibilis ratione signi reduplicatiui vnde signa reduplicatiua sunt ista, inquantum, secundum, quod, & sic de alijs. Vnde ista signa potest capi dupliciter. Vno modo aduerbialiter, vt cum dicitur, sortes currit, inquantum potest, & sic non faciunt propositionem reduplicatiuam. Alio modo tenentur coniunctionaliter & hoc dupliciter. Vno modo specificatiuè, quando specificant & determinant rationem, sub qua prædicatũ in est subiecto, vt cũ dr, diligo sortem inquantũ scholaris, ens inquantum ens est subiectũ metaphysicæ, homo in quãtum species prædicatur de pluribus differẽtibus numero. ¶ Et aduerte q̃ aliq̃ G dicũt, q̃ qñ tales dictiones tenentur sic specificatiuè, nõ possunt addi nisi termino, q̃ sequitur verbũ vel participiũ, significans actum animæ ideo dicunt q̃ ibi inquantũ, in ista propõens inquantũ ens est subiectũ metaphysicæ, de rigore sermonis non tenetur specificatiuè. Alio modo tenetur reduplicatiuè, & hoc tripliciter. Primo, vt faciunt propõnem de subiecto reduplicato. Secundo, vt faciunt propositionẽ de prædicato reduplicato. Tertio, vt faciunt propositionẽ reduplicatiuam. Exemplũ primi, vt aliquid, quod est homo, inquantũ rationale est risibile. Exemplum secundi, vt risibile est homo in quantum rationale. Exemplum tertij, vt omnis homo inquantum ra- H tionalis est risibilis. ¶ Et aduerte, q̃ qñ faciunt propositiones de extremis reduplicatur, tũc propriè sunt partes illorum extremorum, sed qñ faciunt propositionẽ reduplicatiuã, tunc proprie, non sunt partes extremorum. ¶ Aduerte etiam q̃ quando faciunt propositiones reduplicatiuas, capiuntur adhuc multis modis. Vno mõ conditionaliter, seu cõcomitanter, & tunc vltima exponẽs debet esse conditionalis. Aliomodo capiuntur causaliter, & tunc vltima exponẽs debet esse vna causalis. Alio modo capiuntur, vt denotant imediationẽ prædicati principalis cum termino reduplicato, ita quòd tunc denotatur, prædicatum principale prædicati immediate de termino, cui additur signum reduplicatiuũ, & tunc exponendo talem propo-

sitionem,

Sco. 3. q. quotl. & in 3. dist. 11. q. 2.

A sitionem, debet vltra alias propoſi-
Sco. 3. q. quoli. tiones addi vna propoſitio: puta iſta, & iſta ſunt immediatè ſe habentia, vt homo inquantum rationalis eſt homo. Alio modo capiuntur, vt important conuertibilitatem prædicati principalis cum termino reduplicatiuo, & tunc iſta eſt falſa, ſortes in quãtum homo eſt animal, & tũc debet addi iſta propoſitio iſta ſunt conuertibilia, & hoc in exponendo tales propoſitiones. Alio modo capiuntur, vt denotant alietatem rationis prędicati principalis à ratione termini reduplicati, & tunc in exponẽdo, debet addi iſta propoſitio: terminus reduplicatus & prædicatum principale habent diuerſas rationes. Et illo modo videtur cœpiſſe philoſophus
B in. j. Priorum, vbi dicit ꝙ omnis pro
Cap. 22. poſitio eſt intelligibilis, in qua ſignũ reduplicatiuum additur prædicato, reduplicans ipſum, & iſto modo iſta eſt falſa, homo eſt animal inquantũ animal. Ex omnibus iſtis patet, ꝙ propoſitio, in qua ponitur ſignũ reduplicatiuum, eſt diſtinguenda ſecundum illas diuerſas acceptiones.

Art. 2. SECVNDO ſciẽdum, ꝙ in qua libet propoſitione reduplicatiua quatuor inueniuntur. ſ. principale ſubiectum, principale prædicatum, reduplicatio, & terminus, ſupra quem cadit reduplicatio. ¶ Et aduerte, ꝙ omnis propoſitio reduplicatiua, in qua ſignum reduplicatiuum non negatur, debet exponi per vnam copulatiuam, ſed illa in qua ſignum reduplicatiuum negatur, debet exponi per vnam diſiunctiuam. Et pro expoſitione talium ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima, omnis propoſitio C reduplicatiua, in qua nulla ponitur Regula. negatio, exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuam, compoſitam ex tribus cathegoricis & vnam hypotheticam, in quarum prima affirmatur prædicatum principale de principaliori parte ſubiecti, & in ſecunda affirmatur terminus, cui præponitur ſignum reduplicatiuum de principaliori ſubiecto, & in tertia affirmatur principale prædicatum de termino cui additur ſignum reduplicatiuum vniuerſaliter accepto, & quarta eſt vna conditionalis, in cuius prima parte terminus, cui præponitur ſignum reduplicatiuum, affirmatur de ſubiecto tranſcendente, & in ſecunda parte affirmatur prędicatum principale de relatiuo iden D titatis ſubſtantiç, habente pro ſuo antecedente illud tranſcendens, & hoc ſi talis propoſitio exponatur gratia concomitantiæ. Sed ſi exponeretur gratia cauſalitatis, quarta propoſitio deberet eſſe vna cauſalis, compoſita ex conſimilibus partibus conditionalis. Sed reduplicatiua contradictoria debet exponi per diſiunctiuam compoſitam ex partibus contradicentibus talis copulatiuè. Exemplum primi, vt omnis homo inquantum rationalis eſt riſibilis: exponitur ſic: omnis homo eſt riſibilis, & omnis homo eſt rationalis, & omne rationale eſt riſibile, & ſi aliquid eſt rationale illud eſt riſibile, & hoc ſi exponatur gratia concomitantiç. Et ſi exponeretur gratia cauſæ, tunc quarta eſſet iſta, & quia aliquid eſt rationale, ió illud

E est risibile ⌣. ¶ Et aduerte, quòd si propositio reduplicatiua sit vniuersalis, tunc duæ primæ exponentes erunt vniuersales, & si particularis, particulares: tertia tamen semper debet esse vniuersalis, & quarta est semper vna conditionalis vel causalis, & talis expositio significatur per istam dictionem, adamasci, si reduplicatiua sit vniuersalis, sed si sit particularis, significatur per hanc dictionem, vitiasti. Et oppositæ dictiones debent poni ad exponendum contradictorias. ¶ Secunda regula talis est, propositio reduplicatiua negatiua, in qua signum reduplicatiuum non negatur, exponitur per vnam copulatiuam affirmatiuam, in cuius prima parte prædicatum principale negatur de subiecto principali,
F & in secũda parte terminus, qui additur signum reduplicatiuum, affirmatur de subiecto principali, & in tertia negatur principale prędicatũ de termino reduplicato vniuersaliter accepto, & quarta est vna conditionalis vel causalis, in qua terminus reduplicatiuus affirmatur de ⌣ termino transcendẽte in prima parte illius propositionis, & in secunda parte negatur prędicatum principale de relatiuo substantię illius transcendentis, vt omnis homo inquantum rationalis non est risibilis sic exponitur, omnis homo non est risibilis, & omnis homo est rationalis, & nullum rationale est risibile, & si aliquid est rationale, ipsum non est risibile, & hoc si sit reduplicatio concomitantię, vel quia aliquid est rationale, ipsum non est risibile ⌣, & hoc si fiat reduplicatio gratia causæ, G
& expositio talium propositionum significatur per istam dictionem, detrahendo. ¶ Sed contradictoria talis propositionis debet exponi per vnam disiunctiuam, de partibus cõtradicentibus copulatiuæ, per quas exponitur talis propositio, vt non omnis homo inquantum rationalis non est risibilis, & talis expositio potest significari per istam dictionem, symonia. ¶ Tertia regula propositio reduplicatiua negatiua, in qua vna sola negatio immediatè præponitur signo reduplicatiuo, exponitur per disiunctiuam affirmatiuam ex quatuor propositionibus compositam, in quarum prima prædicatum principale negatur de subiecto, & in secunda terminus reduplicatus negatur de subiecto, & in tertia prędicatum principale negatur de reduplicato, particulariter sumpto, & quarta est vna conditionalis vel causalis negatiua, in cuius prima parte reduplicatum affirmatur de subiecto trã scendente, & in secunda parte prædicatum principale affirmatur de ⌣ relatiuo substantiæ illius transcendentis, vt omnis homo non inquantum rationalis est risibilis, exponitur sic omnis, homo nõ est risibilis, vel omnis homo non est rationalis, vel aliquod rationale non est risibile, vel non si aliquod est rationale, ipsum est risibile, & hoc si sit reduplicatio gratia causæ, & expositio talis propositionis significatur per istã dictionem, Pentecoste. Et contradictoria eius exponit p vnã copulatiuã affirmatiuã, cõpositã ex partibus H

con-

A contradicentibus partibus illius disiunctiuæ, & potest significari per istã dictionem, vitiasti. ¶ Quarta regula, omnis propositio reduplicatiua affirmatiua in qua ponuntur duę negationes, vna immediatè ante signũ reduplicatiuum, & alia immediatè ante copulam, exponitur per disiunctiuam affirmatiuam, compositam ex quatuor propositionibus, in qua B rum prima prædicatum principale affirmatur de subiecto principali, & in secunda terminus reduplicatus negatur de subiecto principali, & in tertia prædicatum principale affirmatur de termino reduplicato, & quarta est vna conditionalis vel causalis negatiua, in cuius prima parte reduplicatum affirmatur de subiecto transcendente, & in secunda parte prædicatum principale negatur de relatiuo substantię illius transcendentis, vt omnis homo non inquantum rationalis non est risibilis: exponitur sic, omnis homo est risibilis, vel omnis homo non est rationalis, vel aliquod rationale est risibile, vel non si aliquod est rationale, ipsum non est risibile, vel non quia aliquod est rationale, ipsum non est risibile, & talis expositio potest significari per illam dictionem, rarefio. Sed contradictoria eius debet exponi per copulatiuam affirmatiuam, compositam ex partibus contradicentibus partibus dictæ disiunctiue, vt ista, non omnis homo non inquantum rationalis non est risibilis, & expositio eius potest significari per istam dictionem, romipeta. C D

Adamasci

E


Adamaſci

Omnis homo inquantum rationalis eſt riſibilis.
Omnis homo eſt riſibilis, & omnis homo eſt rationalis, & omne rationale eſt riſibile, & quia aliquid eſt rationale ipſum eſt riſibile.

Detrahendo

Omnis homo inquãtum rationalis non eſt riſibilis nullus homo eſt riſibilis, & omnis homo eſt rationalis, & nullum rationale eſt riſibile, & quia aliquid eſt rationale, ipſum nõ eſt riſibile.

G



F

Non omnis homo inquantum rationalis non eſt riſibilis: aliquis hõ eſt riſibilis, vel aliquis homo non eſt rationalis, vel aliquod rationale eſt riſibile, vel quia omne rationale eſt, ipſum eſt riſibile.

Non omnis homo inquãtũ rationalis eſt riſibilis, aliquis homo non eſt riſibilis, vel aliquis homo non eſt rationalis, vel aliquod rationale nõ eſt riſibile, vel ſi aliquid eſt rationale, ipſum non eſt riſibile.

H

Simonia

Art. 3. TERTIO ſciendum, q̃ pro maiori declaratione propõnũ reduplicatiuarum ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima, à reduplicatiua ad ſuã præiacentem eſt bona conſequentia, vt bene ſequitur, nullus homo inquantũ rõnalis eſt aſinus, ergo nullus homo eſt aſinus. Probatur, quia ab poſita ad quãlibet exponẽtiũ eſt bona cõſequentia, & hoc qñ exponitur copulatiuè, ſed præiacens reduplicatiuè ſemper eſt altera exponentium,

Tonodore

igitur & hoc quãdo reduplicatio nõ negatur, quia ſi negaretur, exponeretur diſiunctiuè. Et iſta regula ſequitur quòd iſta propoſitio eſt falſa, logicus inquantum logicus non eſt grammaticus: etiam iſta, nullus pater inquantum pater eſt filius, nullum ſimile inquãtum ſimile eſt diſmile: nullum agens inquantũ agens eſt patiens. Ex iſta regula poteſt videri quòd multæ propoſitiones tam in philoſophia, quàm in theologia

conce-

A cõcedunt, q̃ tñ de virtute sermonis nõ sũt veræ, sed solũ ad intellectũ dicẽtiũ: sicut tales, ois creatura inquãtũ est ī mẽte diuina, est vita æterna, & est ꝑpetua: similiter talis, actus malus inquãtum malus non est à Deo, sed à sola creatura. ¶ Secunda regula, omnis reduplicatiua siue affirmatiua, siue negatiua in qua dictio reduplicatiua negatur, debet exponi per vnam disiunctiuam affirmatiuã, sed in qua dictio reduplicatiua non negatur, debet exponi per vnam copulatiuã. Vnde multæ regulæ possent adhuc poni. s. qualiter arguitur in istis reduplicatiuis ab iferiori ad superius, vel econtra, sed quia tales sunt faciles: ideo omittuntur. Sed de

H

suppositione terminorum propositionum reduplicatiuarum ponitur
B talis regula. ¶ Subiectũ, & prædicatũ propositionis reduplicatiuè supponunt eodem modo, sicut in præiacẽtes vt in ista, omnis homo inquantũ rationalis est risibilis: subiectum & prædicatum supponunt eodem modo, sicut in ista, omnis homo est risibilis, sed terminus, super quem cadit dictio reduplicatiua, supponit confusæ & distributiuæ, nisi impediatur. Dicunt tamen aliqui, ꝙ talis terminus respectu subiecti supponit confusè tantum, sed respectu prædicati confuse & distributiue, sed hoc nõ est multũ probabile, qa nõ oportet terminos eodem mõ supponere in exposita, sicut in exponẽtibus, cũ tales propõnes non æquiualeant in significando, sed solũ in inferendo.

Conuer. sio dupli catiuarũ.

¶ Sed pro conuersione taliũ propõnũ ponuntur duæ paruæ regulæ, quarũ prima est. ¶ Nulla reduplicatiua C
siue affirmatiua, siue negatiua conuertitur formaliter in reduplicatiuam, vt ista, omnis homo inquantũ rationabilis est risibilis, non conuertitur in istã: ergo risibile inquantum rationale est hõ. ¶ Secunda regula: omnis reduplicatiua, siue affirmatiua, siue negatiua conuertitur formaliter in vnã non reduplicatiuã, capiẽdo subiectum reduplicatiuè pro prędicato conuertentis, & capiendo ꝑ subiectũ aggregatum ex prædicato propositionis reduplicatiuæ, & termino reduplicatiuo, mediante hoc pronomine, quod, vel cum hoc toto, aliquid quod inquantum, quæ ꝑpositio potest dici de reduplicato subiecto vt ista, omnis homo inquantum rõnalis est risibilis: ergo aliqd, D
quod inquantum rationale est risibile, est homo, similiter ista, nullus homo inquantum rationalis est asinus: sic conuertitur, nihil, quod inquantum rõnale est asinus, est hõ, & proportionabiliter dicatur de alijs.

¶ Argvitvr primo sic: Hęc nõ est reduplicatiua, fortes bibit inquãtũ ꝓt, & tñ in ea ponit dictio reduplicatiua: igitur. ¶ Secũdo sic. Iste duę eã pollẽt, ois hõ inquãtũ rõnalis nõ est asinus, & ois hõ nõ est asinus ī quãtũ est rõnalis, & tñ in vna reduplicatio negat, & in alia nõ: ergo negatio reduplicatiõis nihil facit, quo ad affirmationẽ vel negationẽ ꝓpõnis. ¶ Tertio sic: Si ad dandum contradictoriam sufficeret ferre negationem ad reduplicationem, sequeretur ꝙ istæ duæ contradicerent, animal inquãtum est homo, est risibile,

& ꝙ

B & animal non inquātum eſt homo, eſt riſibile, ſed hoc eſt falſum, quia ambe ſunt, ſimul verè. ¶ Ad primū patet ſolutio in primo notabili.

¶ Ad ſecundum diſtinguitur iſta, omnis homo non eſt aſinus inquantum rationalis, eo quòd hęc negatio non, poteſt ſolum negare verbū, & hoc modo ille duæ æquipollent vel negat verbum & reduplicationem, & tunc non æquipollent. C

¶ Ad tertium dicitur, quòd ad hoc quòd aliquę propoſitiones reduplicatiuę contradicant, non ſufficit ꝙ reduplicatio negetur in vna & non in alia, ſed cum hoc requiritur, ꝙ termini econtrario ſupponāt in vna, & in alia.


Pentecoſte

Omnis homo non inquantum rationalis eſt riſibilis,
Nullus homo eſt riſibilis,
vel nullus homo eſt rationalis, vel aliquod rationale non eſt riſibile, vel quia nullum eſt rationale, ipſum non eſt riſibile.

Rarefio

Omnis homo non inquātū rationalis non eſt riſibilis,
Omnis homo eſt riſibilis,
vel nullus homo eſt rationalis, vel aliquod rationale eſt riſibile, vel quia aliquid non eſt rationale, ipſum nō eſt riſibile.

B



D

Romipeta

Nō omnis hō non inquātū rōnalis non eſt riſibilis, quidam homo non eſt riſibilis, & quidam hō eſt rationalis, & nullum rationale eſt riſibile, & quia omne rationale eſt, ipſum eſt riſibile.

Vigilaſti

Non omnis hō nō inquātū rōnalis eſt riſibilis, aliquis homo eſt riſibilis, & aliquis homo eſt rationalis, & omne rōnale eſt riſibile, & quia aliquid eſt rationale ipſum eſt riſibile.

¶ Sequitur

A ¶ Sequitur de Incipit, & de finit. ¶ Pro quorũ expositione notãdum est, quod rerum quædam sunt, quarum totum esse in instanti & simul acquiritur, vt homo, vel binarius, siue sit mediãte aliqua mutatione successiua precedente, vt in productione naturali, siue nulla mutatione præcedente vt in creatione angeli. ¶ Aliæ vero sunt quarũ esse acquiritur successiue, & pars post partẽ, vt sunt res naturæ permanentis, vt album, nigrum, quare denominatio dependet a domino supra contrarium, sicut album & nigrum, & calidum, & etiam res naturæ successiue, vt motus B & tempus, & similiter aliquarũ rerum quarum esse deperditur totum simul, & in instanti. Aliarum autem, quarum totum esse deperditur successiue, & secundũ has dictiones ponuntur quatuor regulæ, ¶ Prima est, q̃ propositiones de incipit rerum, quarum esse totum simul acquiritur, exponuntur per vnam cupulatiuam, cuius prima pars est affirmatiua de præsenti, secunda negatiua de præterito, vt homo incipit esse, id est homo nunc est, & immediate ante non fuit. ¶ Secunda regula est, q̃ propositiones de incipit rerum, quarum esse acquiritur successiue, exponuntur per vnam copulatiuam, cuius prima pars est negatiua de præsenti, & secunda affirmatiua de futuro, vt hic, sortes C incipit esse albus, idest sortes nunc non est albus, & immediate post hoc erit albus vel sit, motus incipit esse, idest motus nunc non est, & immediate post erit. ¶ Tertia regula est q̃ propositiones de desinit rerum, quarum esse acquiritur totum simul exponũtur per vnam copulatiuam, cuius prima pars affirmatiua de præsenti, secunda negatiua de futuro, vt sortes desinit esse homo, idest sortes est hõ, & imediate post nõ erit hõ. ¶ Quarta regula est, q̃ propositiones de desinit rerum, quarum esse deperditur successiue, exponũtur copulatiue per vnam negatiuam de præsenti & aliam affirmatiuam de præterito, vt hic, sortes D desinit esse albus, idest sortes Art. 1. nunc non est albus, & immediate ante hoc fuit albus. Ex prædictus patet, qualiter contradictoriæ istarum sunt exponendæ, & qualiter valeat cõsequntia in istis.

Primo sciendum q̃ propositionum de incipit & de desinit. ¶ Quædam sunt, in quibus hoc verbum esse, seu verbum infinitiui modi, sequens hoc verbum incipit, vel desinit, manet affirmatum, vt sortes incipit esse, sortes ĩcipit currere, sortes desinit bibere. Et in istis propositionibus intelligenda sunt, quæ consequenter dicentur. ¶ Alię vero sunt, in quibus hoc verum, esse, seu verbũ infinitiui modi negatur, vt sortes incipit non esse, sortes desinit non currere,


E rere, vnde ista, sortes incipit nõ esse, æquiualet isti, sortes desinit esse, & eodem modo debet exponi, & hoc secundum cõmuniter loquẽtes. ¶ Et aduerte quod pro expositione taliũ propositionum videndum est, quod duplices sunt res, quædam sunt permanentes, quæ secundum naturam earum determinant sibi omnes partes esse simul, & adæquate pro eodẽ tempore vt homo, lapis, equus, aliæ sunt successiue, quibus ẽm natura repugnat habere, oẽs partes simul pro eodẽ tẽpore, vttẽpus, motus, cursus. ¶ Aduerte tñ, quod res pót dici successiua dupliciter. Vno modo quo ad esse, vt motus, tempus, cui repugnat simul habere oẽs suas partes. ¶ Alio modo dicitur successiua quo ad productionem, quæ successiue potest ac
F quiri, sicut qualitates sensibiles, vt albedo, nigredo, caliditas, frigiditas quæ naturaliter successiue acquirũtur, & tamen cum hoc habent omnes suas partes simul, & tales propositiones de rebus permanentibus, prie debent exponi, sicut res, quæ nó possunt habére suas partes nisi tales res per aliquam potentiam in instanti producerentur, quia tunc deberẽt exponi tales propositiones, sicut propositiones de rebus permanentibus.

Instant quapru-- tiex

¶ Aduerte vlterius pro expositione talium ꝓpositionum, quod quadruplex est instans, scilicet primum instans esse rei, primum instans nó esse rei, vltimum instans esse rei, vltimũ instans non esse rei. ¶ Vnde primum istans esse rei, est instans, in quo verum est dicere, hæc res est, & immediate ante hoc non fuit. ¶ Sed primũ instãs non esse rei, est instans in quo verum est dicere hæc res nũc nó est, & ante hoc immediate fuit. ¶ Sed vltimum instans esse rei, est illud instans, in quo verum est dicere hæc res est, & immediate post hoc non erit. ¶ Sed vltimum instans nó esse rei, est illud instans, in quo verũ est dicere, hec res nunc non est, & immediate post hoc erit. vnde res permanentes habent duo instantia, scilicet primũ istans esse rei, & primũ instans non esse rei, sed res successiuè etiam habent duplex instans, sci- G licet vltimum instans non esse rei, & primum instans non esse rei. ¶ Aduerte vlterius, ꝙ præter res, quæ dictæ sunt, quædam sunt res, quæ solũ durant per instans, cuiusmodi sunt mutata esse in motu, & instantia in ipso tempore, & talia etiam habent duo instantia, scilicet primũ instãs esse rei, & vltimum instans esse rei. licet tamen multi negent tales res, solum durantes per instans.

Res durans per instans

SE-



Art. 2. SECVNDO sciendum, quod ꝑ expositione propositionum de incipit, &, de desinit ponuntur aliquæ regulę quarum prima est. ¶ Propositio de incipit in rebus permanentibus, in qua nulla ponitur negatio, exponitur per vnam copulatiuam, cuius prima pars est affirmatiua, & secunda negatiua de præterito, vt sortes incipit esse, sic exponitur, sortes nunc est, & immediate ante hoc nō fuit, homo incipit esse, sic exponitur, homo nunc est, & idem immediate ante hoc nō fuit. Sed propō, in qua

E qua negatio ponitur ante, incipit, exponitur per vnam disiunctiuam de partibus contradicentibus partibus copulatiue, vt sortes non incipit esse sic exponitur, sortes nunc nō est, vel immediate ante hoc fuit. ¶Secunda regula, propositiones, &c, incipit, in rebus successiuis, in quibus negatio non ponitur, exponuntur per vnam copulatiuam, cuius prima pars est negatiua de præsenti, & secūda affirmatiua de futuro, vt sortes incipit currere, sic exponitur, sortes nūc non currit, & immediate post hoc curret motus incipit esse, sic exponitur motus nunc non est, & idem immediate post hoc erit. Et illa, in qua negatio ponitur ante incipit, exponitur per disiunctiuam de partibus cō tradicentibus, vt sortes non incipit currere, sic exponitur, sortes nunc currit, vel immediate post hoc non curret. ¶Sed quæreret aliquis, quomodo exponuntur propositiones de incipit & de desinit, in quibus negatio ponitur ante infinitiuū? Respondetur quod propositio de desinit, in qua negatio ponit ante infinitiuū, exponitur per vnam de icipit, in qua nulla ponitur negatio, vt ista sortes desinit non esse, exponitur sicut ista, sortes incipit esse, & illa de incipit, in qua negatio ponitur ante infiniti uum exponitur sicut vna de desinit, in qua nulla ponitur negatio, vt sortes incipit non esse, exponitur sicut ista, sortes desinit esse. ¶ Ex quo sequitur quod a propositione de, incipit, in qua negatio ponitur ante infinitiuum, ad vnam de desinit, in qua nulla ponitur negatio, valet cō-

Huiusmodi propones aliter quq; exponuntur, a Sco. 12 q. quol. Quæsitū.

sequentia, & etiam ab vna de desinit in qua negatio ponitur ante infinitiuū, ad vnam de incipit, in qua nō ponitur negatio, est bona consequentia, vt bene sequitur, sortes desinit non esse, ergo sortes incipit esse. ¶Tertia regula, propositio de desinit, in qua nulla ponitur negatio, siue in rebus successiuis, siue in rebus permanentibus, ex ponitur per vnam cupulatiuam affirmatiuam, cuius prima pars est affirmatiua de præterito, & secunda negatiua de p̄senti sumpta cum relatiuo identitatis, vt homo desinit esse, sic exponitur homo immediate ante hoc fuit, & idem nunc non est, motus desinit esse, sic exponitur, motus immediate ante hoc fuit, & idem nunc non est. ¶Et si quis dicat nonne bene sic exponitur homo nunc non est, & immediate ante hoc fuit. Respondetur quod non, quia staret expositam esse veram & exponentem falsam: nā ista semper est falsa, homo non est cum sua contradictoria sit vera, scilicet omnis homo est. Et similiter dicunt aliqui, quod propositio de incipit, in reb. successiuis de subiecto communi debet exponi per copulatiuam, cuius prima pars erit affirmatiua de futuro. secunda negatiua de p̄senti, vt motus incipit esse, sic exponitur, motus immediate post hoc erit, & idem nunc non est, quia dicunt, quod ista est falsa, motus nunc non est, & sua contradictoria est vera, scilicet omnis motus nunc est. ¶Quarta regula, a propositione de incipit, vel de desinit, ad totam exponentem, est bona consequentia, &

Instātia.

econ-

A econtra, sed si exponatur copulatiuè ad alterã partè exponentiũ valet consequẽtia, sed non econtra, sed si exponat disiunctiue, tunc ad alterã partè non valet consequentia, licet bene econtra, & eodẽ mõ põt dici in oibus exponibilibus. ¶ Quinta regula, arguendo ab inferiori ad superius, mediante hoc verbo, incipit, & desinit, dũmodo inferius, & superius ponant̃ a parte prædicati, nõ valet consequẽtia, vt nõ sequit̃, sortes incipit esse albus, ergo sortes incipit essa coloratus, cũ antecedens possit esse verũ, consequẽte existẽte falso, posito q̃ sortes prius fuerit niger. Dicitur notãter in regula, dũmodo arguat̃ a parte prædicatum, quia si superius & inferius ponant̃ a parte subiecti, tũc bene valet cõsequẽtia, vt B bene sequit̃, sortes incipit esse, ergo hõ incipit esse. Similiter albũ incipit esse, ergo coloratũ incipit esse. ¶ Sexta regula, arguẽdo ab hoc verbo, incipit, vel desinit cũ aliqua determinatione ad propõnẽ, in qua ponitur hoc verbum, incipit, cum aliqua determinatione verbi infinitiui modi, vel in qua dimittitur illa determinatio, non valet consequentia, vt non sequitur, sortes incipit esse, albis, ergo sortes incipit esse, nec sequitur, sortes desinit esse albus, ergo desinit esse. ¶ Septima regula, a propositione de incipit, vel de desinit, in qua post illud verbũ incipit, vel desinit ponitur dictio, sumpta cũ signo vniuersali, ad propositionem in qua dimittitur tale signum, non oportet consequentiam valere, vt non sequitur, sortes incipit scire omnem propõnẽ, ergo sortes incipit scire q̃ D positionẽ, nam potest stare, q̃ sortes incipiat scire omnẽ propositionẽ, & nihil incipiat scire, posito casu, q̃ sint tãtum tres propositiones, inter quas sortes tantum vnam sciat, & aliæ duæ desinant esse, tunc sortes incipit scire oẽm propositionem, & tamen nihil incipit scire. Etiam sortes potest incipere esse, omnis homo, & non incipere esse homo, vt posito, q̃ alij homines a sortes corrumpantur, tunc illa esset vera, sortes incipit esse omnis homo, similiter sortes põt desinere scire omnẽ propositionem, & nihil desinere scire.

TERTIO sciendum, q̃ adhuc Arti. 3. ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima, q̃n subiectũ propõnis de incipit, vel desinit, est quodammodo copulatũ, E tunc debet resolui in vnam hypotheticã, & tunc qualibet pars illius hypotheticæ debet exponi, vt sortes & plato incipiunt currere, si illa coniũctio, &, capitur diuisiue, tũc illa debet resolui in istã, sortes incipit currere, & plato incipit currere, & tũc quælibet illarũ debet seorsum exponi, sed si illud coniunctũ caperet cõplexiue, talis debet exponi sine resolutione. Similiter si sint de subiectis pluralis numeri, tunc debent resolui in propositiones singularis numeri, & tunc quælibet illarum debet exponi. ¶ Et per hoc soluitur illud sophisma, in istis scholis incipiunt esse vigintim scholares, posito casu, q̃ p totã diẽ fuerint decẽ & nouẽ, & tũ primo intrat vnus, & q̃ sit vigesimus. Tũc probat̃. ¶ In istis scholis sunt viginti scholares, & immedia- Sophisma.

E te añ hoc non fuerũt viginti ſcholares in iſtis ſcholis, ergo in iſtis ſcholis incipiũt eſſe viginti ſcholares. Tñ improbatur, tñ vnus ſcholaris incipit eſſe in iſtis ſcholis, ergo nõ viginti. ¶ Item in iſtis ſcholis incipiunt eſſe viginti ſcholares, ergo in iſtis ſcholis incipiũt eſſe plures, ſcholares, ab inferiori ad ſuperius. ¶ Item in iſtis ſcholis incipiunt eſſe viginti ſcholares, ergo in iſtis ſcholis incipit eſſe numerus ſcholariũ. Rñdet ꝙ ſophiſma eſt verũ caſu poſito, & ad primã improbationẽ dr̃, ꝙ nõ ſequit, ſed bene ſequeret, ergo non viginti ſcholares incipiũt eſſe. Ad ſecũdã & tertiã dr̃, negando conſequentiã, quia tales conſequentiæ in iſtis verbis incipit, & deſinit, non valẽt,
F vt viſum eſt. Similiter propõnes vniuerſales debẽt reſolui in ſuas ſingulares, & tunc qualibet ſingularis debet exponi ſeorſum. ¶ Secunda regula, a propoſitione de incipit, & de deſinit in qua aliqua determinatio poſt ponitur illi verbo, incipit, vel deſinit, & verbo infinitiui modi ad propõnẽ, in qua talis determinatio ppoñit, nõ valet cõſequẽtia, vt nõ ſequit ſortes incipit eſſe albus, ergo albũ incit eſſe ſortes. ¶ Et ſi qs dicat, bñ ſequit, hoc incipit eſſe ſortes, demonſtrãdo illud, pquo albũ ſupponebat, ergo ẽt bñ ſequit, albũ incipit eſſe ſortes, plocũ a cõuertibilibus. Rñdet ꝙ tribus caſibus a cõuertibilibus nõ valet cõſequẽtia. ¶ Primo in ſuppoſitione ſimplici, vt non ſequit, hõ eſt ſpecies, ergo riſibile eſt ſpecies. ¶ Secundo, quando verbo additur aliquod ſyncathegorema, ideo non ſequitur, hõ eſt per ſe ſecundo riſibilis, ergo homo eſt per ſe, & ſecundo rationalis. ¶ Tertio non valet in multis propõnibus de præterito, & de futuro, vel de terminis connotatiuis præteritum, vel futurũ, cuiuſmodi ſunt iſta verba, incipit & deſinit. Sed de ſuppoſitione ponitur talis regula. ¶ Termini talium propoſitionũ ſupponunt ſicut in præiacẽte, nã ſi ſit vniuerſalis affirmatiua, terminus ſequẽs infinitiuũ, ſupponit confuſe tm̃, ſi negatiua, ſupponit cõfuſe & diſtributiue, ſi non ſit vniuerſalis, neq; negatiua, ſupponit determinate, non tñ eſt intelligendũ, ꝙ talis terminus ſupponat determinate, vel cõfuſe pro præſentibus tm̃, ſed pro præſentibus, præteritis & futuris. Ex quo ſequit, ꝙ ſi ſortes incipiat eſſe albus, & primo fuerit H niger, hæc eſt falſa, ſortes incipit habere colorẽ, ſi tñ acciperetur pro colore, qui eſt præſentialiter, tunc eſſet vera, qa hæc eſt vera, ſortes incipit habere colorẽ, qui eſt. Ex quo patet, ꝙ nõ ſequitur, ſortes eſt coloratus, & prius non fuit coloratus colore, qui eſt, ergo incipit eſſe coloratus, quia colorarum nõ ſolum ampliatur ad colorẽ, qui eſt, ſed ẽt ad colorem q fuit, ió ad hoc, ꝙ hæc ſit vera, ſortes incipit eſſe coloratus, oportet ꝙ immediate ante hoc nõ fuerit coloratus, neq; colore, qui eſt, neq; colore, q fuit. ¶ Dicũt tñ aliqui ꝙ terminus poſitus poſt infinitiuũ, nõ ſupponit vnica ſuppoſitione, quia in vna exponentium ſupponit determinate, & in alia ſupponit confuſe & diſtributiue, alias argueretur a non diſtributo

A conuertibilibus qñ valet conſequẽtia.

A stributo ad distributũ, quia dicẽdo, sortes incipit esse albus, ly albus supponit determinate, & in vna exponẽtiũ confuse & distributiue. ¶ Sed pro conuersione taliũ propõnum est aduertendũ, q̃ propõnes de Incipit, & desinit, nõ conuertunt in similes, sicut ista, sortes incipit esse albus, nõ cõuertit sic, ergo albũ incipit esse sortes, quia posito casu q̃ sortes nũc sit albus & prius nõ fuerit albus, antecedẽs est verũ, & consequẽs falsum, quia ad hanc propõnẽ, albũ incipit esse sortes, sequit ista, ergo albũ incipit esse, demonstrando sortẽ. Et ad hoc q̃ huiusmodi propõnes debite conuertantur, oportet addere toti p̃dicato hoc totũ, aliquid quod est, vel nihil quod est in negatiuis. Exẽ-
B plum sortes incipit esse albus, cõuertit sic, aliquid qđ est incipiens esse album, est sortes. ¶ Vlterius aduerte quòd propositiones de incipit, in rebus successiuis debent conuerti in propositionem de futuro, sicut ista, motus incipit esse, debet sit conuerti, aliq̃d qđ incipit esse, erit motus, & propõnes de desinit, in eisdẽ rebus debent cõuerti p̃ propõnes de p̃terito, sicut illas motus desinit esse, ergo aliq̃d qđ desinit eẽ, fuit motus. Et ẽt propõnes de desinit, in rebus p̃manẽtibus, sicut sortes desinit esse, ergo aliq̃d, qđ desinit esse, fuit sortes. ¶ Aduertẽ finaliter, q̃ propõnes de generaẽ, & de ly fit, in p̃manẽtibus exponunt eodẽ mõ, sic propõnes de incipit, vt sortes fit, sic exponitur, sortes nũc est, & imediate ante hoc non fuit, sed in successiuis, vbi idem est totaliter esse, & fieri, sufficienter exponitur per vna propositionem de præsenti, vt ista, motus fit, sic exponitur, motus est. ¶ Sed propositiones de moritur, corrumpitur exponuntur sicut propositiones de desinit, vt homo moritur, sic exponitur, homo ante hoc fuit, & idem nunc non est. ¶ Sed propõ de isto cõplexo, factum est, exponitur per duas de ptõ, vnam affirmatiuam, & aliã negatiuã, vt ista, cęlum factum est, sic exponitur, cęlũ fuit, & cęlum non semper fuit, & hoc capiendo ly semper large, vt se extendit ad. p̃petuum, & non stricte, vt se extendit ad tempus, quia tunc esset impossibilis, cum tempus non posset esse sine cęlo, similiter ista, sortes factus est albus, sic exponitur, sortes fuit albus, & sortes non semper fuit albus. ¶ Sed propositiones de hoc ver C bo fiet, exponuntur per duas de futuro, per vnam negatiuam & aliam affirmatiuam, vt Antichristus fiet, sic exponitur, Antichristus erit, & non semper erit, sortes fiet albus, sortes erit albus, & sortes non semper erit albus. ¶ Sed propositio, in qua ponitur ly immediate, exponitur per vnam copulatiuam, cuius prima pars est præiacens, & in secunda apponitur illi præiacenti hoc totum, nullum erit instans inter ipsum, vt ista, immediate post diẽ iudicij erit nox, sic exponitur, post die iudicij erit nox, & nullum erit instans post diem, quin inter ipsum & diem sit nox. D

¶ Arguitur primo sic: Incipit, & desinit sunt verba p̃sentis tẽporis, ergo nõ includũt p̃teritũ, & futurum,

E turũ, ꝫ per cõsequẽs nõ debent exponi p̃ propõnẽ de præterito, & futuro. ¶ Secundo sic, Ista propositio sortes incepit esse, nõ põt expni ſm aliquam prædictarũ regularũ, ergo illę regulæ insufficienter ponunt. ¶ Tertio sic, Incipit, & desinit includunt negationẽ, ergo distribuunt terminos sequentes. Ad primũ dr, q̃ licet incipit, & desinit ex consignificatione nõ includãt tp̃s præteritũ, & futurũ, sed solũ consignficant præsens tẽpus, tñ bene ratione principalis significationis. Incipit enim significãt inceptionẽ rei, cuius duo sunt termini, scilicet præsens, & præteritum in p̃manentibus, & præsens, & futurũ in successiuis: Desinit vero significat desitionẽ rei, cuius ẽt sunt duo ter-
F mini. s. p̃sens. & p̃teritũ. Ad ſm dr, q̃ p̃dicte regulæ solũ intelligunt, de p̃ põnibus de p̃senti, põt tñ ex eis sufficienter haberi modus exponendi illas de p̃terito, aut futuro, ista enim sortes incepit esse, sic exponitur, sortes in aliquo instanti præterito fuit, & ĩmediate ante illud nõ fuerat, ẽt ista, Antichristus incipiet esse, sic exponit, in aliquo instanti futuro erit, & immediate ante hoc non erat. Ad tertium negatur consequentia, quia hæc verba solũ distribuũt terminos cũ quibus cõstruunt, mõ tales termini sequentes infinitiuũ, non cõstruũtur cũ illis, sicut in ista, sortes incipit esse albus, ly albus non construitur cũ ly incipit, sed cũ hoc verbo esse.

Differt, aliud ab. *Sequitur de differt, aliud ab, de quibus dantur tales regulæ. ¶ Prima est, q̃ differt, aliud ab, & diuersum, conuenit tantum entibus, nam, vt dicitur quarto metaphysicæ, nec non ens enti, nec ens non enti, est idem, vel diuersum.* G Tex. cõ. 27. *¶ Secunda regula est, q̃ ablatiuus rectus ab istis dictionibus mediante, vel ab, distribuitur, si sit distribuibilis, nisi habeat aliud impedimẽtum. ¶ Tertia regula est, q̃ propositio de differt affirmatiua, exponitur per tres exponentes affirmatiuas in quarum prima affirmat hoc verbum est, de eo quod differt, in secunda affirmatur idem de eodẽ, a quo differt, tertia negat vnũ illorũ de alio, vt homo differt ab asino. i. hõ est, & asinus est, & homo non est asinus.* H *¶ Quarta regula, q̃ propõ negatiua de differt debet exponi per vnam disiunctiuam de partibus contradictionis, vt sortes non differt ab asino. i. sortes non est, vel asinus nõ est, vel sortes est asinus, & valent consequentiæ in istis, sicut in præcedentibus. ¶ Sequitur de nomine infinito, cuius solent assignari quædam distincti ones. ¶ Prima est, quòd infinitum quandoque tenetur negatiue, & est illud quod non est finitum neque aptum natum finitari, vt Deus. Alio modo potest priuatiue capi, & est illud, quod non est finitum, tamen est aptum natum finitari, vt motus nondum perfectus, & infinitus, & illud est triplex.*

Infinitũ variæ capitur.

plex. ſ. infinitum per appoſitionẽ, vt in numeris. Aliud per diſtinctionem tantum, vt in cõtinuis. Aliud per vtrũque, vt tempus. ¶ Secunda diſtinctio eſt de infinito, qua põt diſtingui quilibet modorum præcedentium, quia aliud dicitur infinitũ in actu, quod eſt quantũ non terminatum, aliud eſt infinitũ in potẽtia, vt ſunt cõtinua, aliud eſt infinitum quoad nos, & non ſecundum rẽ. ¶ Tertia diſtinctio eſt, q infinitũ vno mõ capitur cathegorematicæ, ꝓut eſt quantitas rei ſubiectæ vel prædicatæ, vt cũ dr mundus eſt infinitus. Alio mõ ſyncathegorematicæ, non prout dicit qualitatem rei, ſed æqualiter ſe habet ad ſubiectũ in ordine ad prædicatum, & ſic eſt diſtributio ſubiecti, & ſignum diſtributiuum, & de his dantur quædam regulæ. ¶ Prima eſt, quòd infinitum ſyncathegorematice captum, poſitũ in ſubiecto, facit terminum communem ſequentem ſtare confuſè tantũ, vt infiniti homines currunt ibi, homines, ſupponit confuſe, nõ tamẽ mobiliter. ¶ Secunda regula eſt, quòd propoſitio de infinito, ſyncathegorematice capto, exponitur per vnam copulatiuam, cuius prima pars affirmat prædicatũ de ſubiecto ſumpto, ſub aliqua quantitate continua vel diſcreta, & ſecunda negat prædicatum ineſſe tali ſubiecto ſecundum debitam quantitatẽ, vt iſta, infiniti homines currunt, quæ ſic exponitur, aliqui homines currunt, & non tot, quin plures duobus vel tribus, vel ſic, homines aliqui currunt, & non quilibet plures. ¶ Tertia regula eſt, quòd propoſitio de infinito, capto cathegorematicè, exponitur per vnam copulatiuam, cuius prima affirmat quantitatẽ de ſubiecto, & ſecunda negat terminũ illius quãtitatis, vt hic, linea eſt infinita. i. linea eſt quanta, & non habet tertiũ ſuæ quantitatis, et hoc eſt ſi infinitũ ſit in prædicato, ſed ſi in ſubiecto, prima affirmat prædicatum de ſubiecto quantũ, & ſecunda negat tertiũ illius quantitatis, vt hæc, aliquod corpus infinitũ eſt albũ. i. aliquod corpus quantũ eſt album, et idẽ corpus non habet terminũ ſuę quantitatis. Et nota q oportet negare terminũ illi⁹ quãtitatis. Ẽm quẽ dr infinitum, ita quod ſi ſit infinitũ in actu, negandus, eſt terminus illius quantitatis et ſi ſit in potentia, ita q ſit infinitum ſecundum quantitatem potentialem, et non ſecundum actualem, negãdus eſt terminus quantitatis potentialis, et nõ quãtitatis actualis, ſiue ſit infinitum ſecundum appoſitionem, vel diſtionem. ¶ Sequitur de hoc ſigno totus. ¶ Pro quo ſciendũ eſt, quòd hoc ſyncathegorema totus, pot capi

Tex. cõ. 27.

Infinitũ variæ capitur.

Totus.

E pi communiter pro omni illo, qđ habet partes, vnde componitur. Alio modo capitur magis proprie pro omni illo, quod ex omnibus suis partibus est perfectum, sicut domus dicitur tota, quando est completa, & his duobus modis, totus, tenetur significatiue. Tertio modo capitur syncathegorematice, prout includit signum distributiuum, vt hic, totus sortes est albus, & sic non dicit quale sit subiectum, sed qualiter se habet ad prædicatum, & hoc modo reddit propositionem exponibilem, de quo dantur duæ regulæ. ¶ Prima est, quòd totus distribuit terminum, F cui adiungitur pro qualibet parte integrali eius, vt totus sortes est albus i. quælibet pars sortis est alba. ¶ Secunda regula, quod propositio affirmatiua de toto, exponitur per vnam cathegoricam, transumendo ly totus in hoc, quod est secundum quamlibet sui partem, vt totus sortes est minor sorte. i. sortes secundum quamlibet sui partem est minor sorte. ¶ Præterea notandum est, quòd hæc signa qualibet, quantumlibet, non proprie faciunt propositiones exponibiles, sed faciunt distributionem absolutam secundum modũ reliquorum signorum sicut sunt ista, omnis, quilibet, sed contrahunt ad determinatũ genus prædicamẽtale, vt quatũlibet, distinguit pro G quantitate continua, & tm̃ valet, sicut habens omnem quantitatem continuam, & qualelibet pro omni qualitate, & tm̃ valet, sicut habens omnem qualitatẽ, & sic dicunt̃ mentaliter complexa, quorũ propositiones fiũt per componem. ¶ Sequitur de comparatiuis & superlatiuis, de quibus dant̃ tales regulę. ¶ Prima est, ꝙ propositio, habens comparatiuũ proprie captum, & non abusiue exponit̃ copulatiuæ per tres exponentes, quarum prima affirmat positiuum de re excedente, secunda affirmat eundem de re excessa, & tertia affirmat excessum de re excedente respectu rei ex- H cesse, vt hic, sortes est albior asino, exponitur sic. sortes est albus, asinus est albus, & sortes est magis albus, quàm asinus, vel negãdo æqualitatem formæ inesse excesso respectu rei excedentis, vt hic sortes est albus, asinus est albus. sed asinus non est æque albus sicut sortes. ¶ Secunda regula est, quòd superlatiuus distribuit terminum cõem sequẽtem, qui significat rem excessiuã, vt leo est fortissimus aĩaliũ, aĩaliũ, distribuit. ¶ Tertia regula est, ꝙ superlatiuus proprie tentus vult genitiuũ, significantẽ rem excessam, cõuenire rei excedẽti, patet ꝙ hæc est impropria locutio, leo est fortissimus lincum, quia linx

Cõparatiua & superlatiua.

de

A *de leone omnino nõ verificatur.* ¶ *Quarta regula est, & propositio de superlatiuo, proprie capto: exponitur copulatiuè per tres exponẽtes: quarum prima affirmat positiuũ de re excedente, & secunda affirmat eũdem de re excessa, & tertia negat vniuersaliter excessum de re excessa, per respectum ad rem excedẽtem, vt hic, rosa est pulcherrimus flos florũ .i. rosa est pulchra, & omnis flos est pulcher, & nullus flos est pulchrior rosa, si vero superlatiuus teneatur affirmatiue, tertia exponens debet esse affirmatiua, affirmans excessum de re excedente, per respectum ad rem excessam*

B *acceptum vniuersaliter, vt dicẽdo rosa est pulchrior omniflore, & omnes propositiones de, maximo, & minimo, & sic de alijs superlatiuis, his duobus modis possunt exponi, dummodo ponatur genitiuus importans rem excessam, & si non ponitur ille genitiuus, debet omitti secunda exponens, vt hic, sortes est fortissimus .i. sortes est fortis, et nullus est fortior ipso. Et contrariæ istarũ debent exponi per disiunctiuas de partibus contradicentibus.*

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd consequenter videndum est de expositionibus propositionum de differt, diuersũ, seu differẽs, & alter. ¶ Vnde propõ de differt est propõ exponibilis, rõne dictionis importãtis alietatem, tẽ, vt sũt istę dictiones differt, aliud, alterum, diuersum à vel ab. Vñ hoc signum, alter, qñq; capit relatiuè, vt vnus illorũ currit, & alter quiescit. Alio mõ capit indefinitè & sic est signũ particulare huius signi vlis, vter que. Alio mõ vt dicit diuersitatem, vel dria inter res, significatas p terminos positos a parte ante, & a parte post, vt sortes est alter ab asino, & sic capitur hic. Vñ propõnes de, differt, possunt diuersificari eodẽ mõ, sicut propõnes merè cathegoricę, nã q̃dã sunt de subiecto singulari: quædam de subiecto cõi, quædã affirmatiuæ, q̃dã negatiuæ. ¶ Vnde exponẽdo, p põnes de differt, dẽt in secũda exponẽte poni illud cõplexũ, simul tpe, etiã dẽt caueri, q̃ terminus distribuibilis, qui non distribuitur in exponibili, non distribuatur in exponente: sicut dicendo, leo ab homine differt, si ly homine non distribuitur, etiam non debet distribui in exponẽtibus suis. Vnde pro expositione propositionum de, differt, ponitur talis regula. ¶ Omnes propõnes de differt, in q̃bus nõ ponitur negõ, exponũntur copulatiuè per tres exponentes, quarũ prima affirmat hoc verbũ, est, ſm adiacens de eo, a quo differt, secũda affirmat idẽ verbum, est, de eo, a quo differt, & tertia est negatiua, i qua negatur illud, a quo differt de eo, quod differt, vt sortes differt ab homine, sic exponitur: sortes est, & simul tempore homo est, & sortes non est homo. ¶ Sed contradictoria talis propositionis debet exponi per disiunctiuam de partibus contradicentibus, vt sortes non differt ab ho

C Altermultipliciter capitur.

D Regula de differt

E mine, sic exponitur, sortes non est, vel simul tempore nullus hō est, vel sortes est homo. Et similiter possunt dari exēpla de præterito & futuro, exēplū vbi terminus rectus a ly differt non distribuitur, vt hō ab asino differt, exponitur sic, hō est, & simul tempore asinus est, & idē hō asinus non est. Sed peteret aliquis, quomō debet exponi ista, homo & hō differunt a seinuicem. Dicitur q̄ dēt exponi sicut ista, homo ab homine differt, & etiam ista sortes & plato differunt a seinuicem, vt sortes est, & simul tempore Plato est, & sortes Plato non est. ¶ Aduerte, q̄ si in propositionibus de præterito, vel futuro sit terminus communis, non distributus: tunc in tertia exponente a parte subiecti debet poni relatiuū substantiæ identitatis, vt ista homo differet à Platone, sic exponitur, homo erit, & simul tempore, & Plato erit, & idem hō non erit Plato, posito casu, q̄ cras nullus sit hō, nisi sortes, & post cras nullus sit homo, nisi plato, & nunquam post sit aliquis homo, tunc hæc est falsa, homo differet a platone, & tamen si in tertia exponēte non poneretur relatiuum substantiæ identitatis erit vera. ¶ Secunda regula, arguendo à propositione affirmatiua de differt, ad totam eius exponentem, & ad qualibet eius partem principalem, est bona consequētia. ¶ Tertia regula, a qualibet exponēte propositionis de differt, ad propositionem negatiuā de differt, est bona consequentia, sed non ecōtra. ¶ Quarta regula, arguendo ab inferiori ad superius, quando superius & inferius ponūtur post differt, mediante ista propositione a, vel ab, nō valet consequentia, vt non sequitur, sortes differt ab asino: ergo sortes differt ab animali. ¶ Et dicitur notāter, dūmodo ponatur post, quia si prępo neretur, posset esse bona consequentia, vt bene sequitur, sortes differt ab asino: ergo hō differt ab asino; Sed arguendo a superiori ad inferius, posita cōstātia inferioris, est bona consequentia, vt bene sequitur, lapis differt ab animali, & homo est, ergo lapis differt ab homine, quia ex opposito consequentis infertur oppositū antecedentis. Sed arguendo a toto in quantitate ad suā partem signo p̄cedente, non valet consequentia vt nō sequitur: sortes differt ab oi hoīe ergo sortes differt à sorte; Etiā à parte in mō ad suū totū, verbo etiā præcedente non valet consequentia, vt non sequitur, sortes differt ab hoīe albo: ergo sortes differt ab hoīe. ¶ Et aduerte, q̄ de suppōne terminorū talium propōnum satis dictum est in suppositionibus. Sed de conuerhone dicitur, q̄ hmōi propōnes debēt cōuerti sicut illę de ineſſe, dummodo fiat de p̄ciso prædicato, præcisum subiectū, quod faciliter potest fieri, facta expōne huius verbi in hoc verbū est, & suū participium, sicut ista sortes differt ab hoīe, debet sic exponi, sortes est differens ab homine, & sic cōuerti, differēs ab hoīe ē sortes.

Interrogatio.

F

G

H

Secvndo sciendum, q̄ de ex positione propositionū de infinito, & huius signi, totus, satis visum est in tractatu distributionū: ideo de eis nihil dicet: ideo videndū est de expo

Art. 2.

sitione

A sitione propositionum comparatiui, & superlatiui gradus. Vnde est aduertendū, q̄ comparatiuus aliquando tenetur positiue, vt sortes est hō doctior id est sortes est doctus. Similiter spēs prædicatur de pluribus id est de multis. Alio mō capit partitiue, vt sortes est doctior hominū, & tunc ly hominum supponit confusè & distributiuè, sicut supponeret, dicendo: sortes est doctior homine, & istis duobus modis nō capitur in proposito. Alio modo capitur comparatiuæ, & hoc multis modis. Vno modo improprijssime videlicet, quādo forma comparatiui non conuenit, neq; rei excessæ, neq; rei excedēti, vt fornicatio est melior adulte-

B rio, & debet exponi per formam oppositam formæ, importatę per comparatiuum, ideo talis sic exponitur, fornicatio est mala, & adulterium est malum, & fornicatio non est ita mala, sicut adulterium. Similiter de illis dicendum est: melius est perdere digitum, quàm caput, de duobus malis minus malum magis est eligēdum. Alio modo capitur improprie, quando forma importata per comparatiuum conuenit rei excedenti, & nō rei excessæ, vt Deus est melior diabolo, & sic exponitur, Deus est bonus, & diabolus non est bonus. Alio modo capitur proprie, quando ambo extrema scilicet res excedēs, & res excesta conueniunt in forma, secundum quam fit comparatio, vt sortes est melior Platone. Pro cuius expositione ponit talis regula, propō affirmatiua, in quæ terminus significās rē excessam sequitur cōparatiuū, exponitur per vnam copulatiuā cō- C positā ex tribus cathegoricis, in quarum prima denotatur positiuū comparatiui gradus affirmari de re excedēte, sumpta cum sua dispositione, in secunda denotatur idem positiuū dici affirmatiuæ de re excessa vniuersaliter sumpta, & tertia est negatiua, negans positiuum sumptū cū ista dictione, ita, de re excessa in ordine ad rem excedentē, vt sortes est fortior asino, sic exponitur, sortes est fortis, omnis asinus est fortis, & nullus asinus est ita fortis, sicut sortes, si autē propositio fuerit vniuersalis, debet dici in vltima & nullus asinus est ita fortis, sicut omnis hō, & in ista vltima iste terminus, hō, supponit eodē mō, sicut in exposita. s. distributiuæ, D & hoc virtute trium signorum distributiuorum. Sed contradictoria talis dēt exponi per vnam disiunctiuam de partibus cōtradicētibus & in ista expōne cauendum est ne terminus, qui non distribuitur in exponibili, nō etiā distribuatur, in exponēte, vt sortes est homine fortior, sic exponitur, sortes est fortis, homo est fortis, & homo non est ita fortis, sicut sortes. Et si propositio de comparatiuo sit negatiua, & negatio non cadat super comparatiuum, talis propositio debet exponi copulatiue, vt ista, fortior hoie sortes nō est, sic exponitur, fortis sortes non est, & omnis hō fortis non est. Sed si quæreret aliquis, Quæ sitū
qūo debet exponi ista, ego video melioré hominem, quā Plato. Respondet q̄ sic, hō, quem ego vidi, est bonus, & hō, qué Plato vidit, é bonus, & nullus homo, qué vidit Plato, est

ita

E ita bonus sicut ille, quem ego vidi.

Sed pro expositione de superlatiuo est aduertẽdum, ꝙ superlatiuus aliquãdo exponitur affirmatiue, & aliqñ negatiue, pro quo ponitur talis regula. ¶ Omnis propositio de superlatiuo, proprie capto, exponitur per vnam copulatiuam, cõpositã ex tribus cathegoricis, quarum prima affirmat positiuum de re excedente: Secunda de re excessa, & tertia affirmat excessum de re excedente in ordine ad rẽ excessam, vt rosa est pulcherrimus florũ, sic exponitur, rosa est pulchra, & oĩs flos ẽ pulcher, & rosa est omni flore pulchrior, & hoc si exponatur affirmatiue, sed si exponatur negatiue tertia negat excessũ de re excedente, & idem exemplum
F potest poni, sicut prius, & tunc tertia exponens dẽt esse ista, nullus flos est pulchrior rosa, & expositio est bona, si genitiuus sequens superlatiuũ ponatur sine signo vniuersali si autẽ poneretur cũ signo vniuersali & præcedat, adhuc expositio esset bona, sed si sequatur superlatiuum, debet poni in ablõ, sumpto cum signo vniuersali, & sequente comparatiuũ, vt ista rosa est pulcherrimus omnium florũ, sic exponitur, rosa est pulchra, aliquis flos est pulcher, & rosa est pulchrior omni flore. Sed si genitiuus præcedat superlatiuum, tunc debet fieri tertia exponens secundum exigentiam suppositionis illius termini. Sed contradictorie taliũ propositionum debet exponi per disiunctiuas de partibus contradicentibus.

Art. 3. Tertio sciendum, quòd superlatiuus aliquando ponitur sine genitiuo plurali, & tunc propositio
G est exponenda per duas propositiones, quarum vna est affirmatiua, & alia negatiua, vt ista fortes est fortissimus, sic exponitur, fortes est fortis, & nihil est ita forte, sicut fortes. De suppositione autem terminorũ propositionum de comparatiuo & superlatiuo, satis dictum est in tractatu suppositionum. Sed de conuersione talium propositionum ponitur hæc regula, ꝙ pro subiecto conuertẽtis debet capi comparatiuus, vel superlatiuus cum hoc complexo, aliquid quod est, & hoc in affirmatiuis, & nihil quod est, in negatiuis vt ista: fortes, est fortior omni animali: sic conuertitur, aliquid quod est fortius oĩ animali, est fortes, & ita dicatur de superlatiuo. Et si quis q̃rat de qualitate & quantitate talium propositio
H num. Respondetur, quòd sumenda est, sicut in alijs cathegoricis. ¶ Sed pro expositione propositionum de signis colluctiuis est aduertendum, quòd signorum quędam sunt vniuersalia quæ secundum vsum semper accipiuntur distributiue, & nunquam collectiue: sicut singulus, vterque, neuter, & quædam accipiuntur collectiue tantum, vt cunctus, vniuersus, vt patet in litteris notariorũ sic scribẽtium, vniuersis, & singulis mãdamus, sed illud signum, omnis, in plurali numero potest capi indifferenter collectiuè, & distributiuè, vt multotiẽs visum est, qñ tñ capit collectiuè, tunc capit multipliciter. Vno mõ vt tñ valet, sicut hoc cõplexum, tota collectio, & sic ista propõ: oẽs Apostoli Dei sunt duodecim, sic

Instantia

Signa collectiua.

expo-

A exponitur: tota collectio apostolorũ Dei est duodecim. Alio modo vt tantum valet sicut hoc complexum, maxima multitudo, vel maximus numerus, & sic ista propositio, omnes Apostoli Dei sunt duodecim, sic exponitur, maxima multitudo Apostolorum Dei est duodecima, vel maximus numerus Apostolorum Dei est numerus duodenarius. Tertio modo capitur vt tantum valet sicut hoc aggregatum, nulli, quin sit de numero istorum, & tunc exponitur per vnam copulatiuam bimembrẽ, sic Apostoli Dei sunt duodecim, & nulli sunt Apostoli Dei, quin sint de numero istorum, & negatiua opposita tali propositioni debet exponi per vnam disiunctiuam de partibus contradicentibus. Et de hoc ponun-

B tur aliquæ regulę. ¶ Prima: arguendo a propositione de signo collectiuo ad propositionem, eam sufficienter exponentẽ, est bona consequentia, & econtra. ¶ Secunda regula, arguendo a propositione de signo collectiuo ad eius præiacentem, cęteris paribus, est bona consequentia, sed non econtra, vt bene sequitur, omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ergo Apostoli Dei sunt duodecim, qa ad eã sequitur, ꝙ duo Apostoli Dei sunt duodecim. Sed de quantitate huius propositionis: omnes Apostoli Dei sunt duodecim, & de suppositione terminorum, satis visum est in suppõnibus. Finaliter videndũ est de expositione propõnũ de, ita, & de sicut. Pro cuius declaratiõe est aduertẽdum, ꝙ ista dictio, ita, aliqñ est aduerbiũ, affirmatiuũ, vt cũ dr, ita faciam, aliqñ est añs, vt cũ dr, ita, est sicut dicit Plato, aliquando est relatiuum, vt cum dicitur, sicut sortes currit, ita facit Plato. Alio mõ capitur, vt mediante ipsa comparantur aliq̃ res in aliqua proprietate simili, vt sortes est ita doctus, sicut Plato. Etiã, sic potest capi multipliciter: primo explicatiuè: Secũdo vt importat apparentiã, & de eo sic non est ad propositũ. Alio mõ vt est aduerbiũ, mediante quo cõparantur aliqua plura in aliqua proprietate. Vnde propositio de, ita, vel de sicut, non debet exponi per omnino similiter, vel æqualenter, quia posito casu, ꝙ sortes sit diues de cẽtum, sicut in pecunijs, & plato in mercantijs, tamen ista est vera, sortes est ita diues, sicut plato, & tamen hæc est falsa, sortes est diues omnino sicut plato, sed, si, ita, & sic, dicant omnimodam similitudinem, tunc talis propositio sic exponitur: sortes est diues, & plato est diues, & plato non est magis neq; minus diues, q̃ sortes, sed si non dñt omodam similitudinem, nec negant exceſſum rei, significatę per sequens extremũ, supra rẽ significatam per p̃cedens extremum in illa proprietate, in qua fit cõparatio: tunc illa propõ: sortes est ita fortis sicut plato, sic exponitur, sortes est fortis, & plato ẽ simul fortis, & plato nõ est fortior sorte. Vñ in propõnib. de pterito, & de futuro i secũda propõne dẽt addi ista particula, i eode tpe p̃cisè, vt ista sortes erit ita sapiẽs sicut plato, exponit sic: sortes erit sapiẽs & plato in eo dẽ tempore præcisè erit sapiens, & sortes non erit nec magis nec minus

Ita, & sicut.

C

D

E nus ſapiens, q̃ Plato, & hoc ſi dicat totalem ſimilitudinem, & de hoc po
Regulæ. nũtut aliquę regulæ. ¶ Prima, ab inferiori ad ſuperius p̃ponendo ly ita, vel ſicut, nõ valet cõſequẽtia, vt non ſequitur, ſortes eſt ita fortis ſicut plato: ergo eſt ita fortis ſicut aliquis homo, quia aliquis hõ diſtribuit, vt viſum eſt in ſuppoſitionibus. Sed à ſuperiori ad inferius, poſita cõſtãtia in inferioris, bene valet conſequentia, vt bñ ſequitur, ſortes eſt ita fortis ſicut aĩal: ergo eſt ita fortis ſicut hõ, quia arguitur à ſuperiori ad inferius cũ diſtributione ſuperioris. ¶ Secunda regula, à poſitione affirmatiua de ita, vel ſicut cęteris paribus, ad ꝑ poſitionem negatiuam de comparatiuo gradu, extremis conuerſis formaliter, valet conſequentia, vt bene
F ſequitur, ſortes eſt ita fortis ſicut plato: ergo plato non eſt fortior ſorte. ¶ Tertia à poſitione affirmatiua de comparatiuo ad affirmatiuam de ita, vel ſicut, reſpectu eorundem extremorum non conuerſorum (cæteris paribus) valet conſequentia, vt bene ſequitur, homo eſt fortior homine: ergo ſortes eſt ita fortis ſicut
Sophiſ- hõ. ¶ Circa hoc quæritur de hoc ſo-
ma. phiſmate: Deus eſt ita bonus, ſicut diabolus. Quod ſit verũ probatur, quia contradictoria eius eſt falſa. ſ. nullus Deus eſt ita bonus, ſicut diabolus, ſaltẽ prima facie non vr eſſe neganda. Improbatur, quia vna exponẽs eſt falſa. ſ. iſta: diabolus eſt bonus: ergo ſophiſma eſt falſum. Rñdetur, ꝙ ſi ly ſicut, capiat̃ propriè, tunc eſt falſa, & ſua contradictoria eſt vera, ſed non eſt aſſerenda corã vulgaribus, qui ignorant naturas terminorum: ſi vero ly ſicut, capiat̃ impropriè, ſicut vulgariter capitur, ſecunda eſt vera, & non eſt exponẽda, niſi ꝑ duas propones, ſicut propõ de cõparatiuo, abuſiue capto, vt Deus eſt ita bonus, ſicut diabolus: capiẽdo ly ſicut vulgariter, debet ſic exponi: Deus eſt bonus, & nullus diabolus eſt bonus, & in illo ſenſu notum eſt, quòd illa eſt vera.

G

¶ Argvitvr primo ſic: Iſtæ propones: Deus eſt melior diabolo, ꝑdigalitas eſt melior illiberalitate, ſunt de cõparatiuo, & tñ nõ exponũtur ſm p̃dictas regulas: igr̃. ¶ Secũdo ſic: A ſuperiori ad inferius cũ diſtributione ſuperioris eſt bona cõſequẽtia: ergo p̃cedente cõparatiuo, vel ſuperlatiuo erit bona conſequentia, &
H ſic bene ſequeretur, animal quod eſt debilius omni aĩali, eſt debilius muſca. ¶ Tertio ſic: Omnis indefinita põt eſſe vĩs, ſed iſta fortiſſimum aĩalium currit, non põt fieri vniuerſalis: non. n. põt dici: omne fortiſſimũ animaliũ: ergo non eſt indefinita, & per conſequẽs male dictũ eſt, ꝙ quãtitas talium propoſitionũ aſſumenda eſt ſm quantitatem propoſitionũ cathegoricarum. Ad primum patet ſolutio tam hic, q̃ in ſuppoſitionibus. Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſuperius ibi non diſtribuitur, vt viſum eſt. Ad tertium dicitur, quòd illa poteſt fieri vniuerſalis: licet fortiſſimũ non habeat, niſi vnum ſuppoſitum, & non ſupponat pro pluribus, tñ ex impoſitione termini, ſibi non repugnat ſupponere pro pluribus, & ſibi addi ſignum vniuerſale.

Sequun-

A *Sequuntur fragmenta quædam miscellanea ad idem.*

Art. 1. Termin⁹ duplex.

PRimo notandum est, quod duplex est terminus, scilicet significatiuus, & non significatiuus. Terminus significatiuus est, qui ex impositione, quam actu habet, vel naturali significatione significat aliqd vel aliqua, vel aliqualiter, supple aliud à se, vel à sibi simili, vel suo prolatore, & per oppositum dicatur de termino non significatiuo.

Art. 2. Termin⁹ significatiu⁹ mnl plex.

SECVNDO sciendum, q; terminus significatiuus est duplex, scilicet complexus, & incomplexus, & quilibet istorum est triblex, scilicet mentalis vocalis, & scriptus. ¶ Vnde terminus vocalis incomplexus, est qui subordinatur termino mentali

B incomplexo seu conceptui incomplexo, & similicer dicatur de scripto. ¶ Sed terminus mentalis incomplexus est conceptus simplex seu notitia simplex, vt notitia lapidis vocat cõceptus incõplexus, ita qđ cõceptus lapidis vel bouis, nõ ẽ nisi notitia simplex bouis, vel lapidis. Siꝛ terminus complexus est triples, scilicet mentalis, vocalis, & scriptus. ¶ Vnde terminus mentalis complexus est notitia complexa, seu notitia, quæ habetur de aliquo complexo, seu de aliquo habẽte per modum complexi. ¶ Sed terminus complexus vocalis, vel scriptus est, qui subordinatur cõceptui complexo mentali, ideſt quod significat suum significatum, mediante conceptu complexo.

Art. 3. TERTIO sciendum, quod adhuc duplex est terminus scilicet, adiectiualis, seu adiectiuus q; idẽ est, & C subſtãtiualis seu subſtãtiuus. Vñ terminus adiectiualis est, qui significat suum significatũ principale per modum alteri adiacentis, & de significatione minus principali significat illud pro quo supponit. ¶ Aduerte, quod terminus adiectiualis potest teneri duplicit er, scilicet subſtantiue, & adiectiuè. Substantiuè, quando accipitur pro suo significato minus principali, seu pro illo, pro quo supponit, siue pro illo, cui denotatur suum significatum principale adiacere & tunc dico, quod adiectiuum subſtantiuè captum supponit. Aliomodo accipitur pure adiectiuè, quã do accipitur pro suo significato principali, & nunquam de communi vsu, seu rigore logices fit in propoſitio D ne, sed solum extra propoſitionem, & tunc dico, quod adiectiuum adiectiuè tentum, nunquam supponit licet bene significet. Ex quo sequitur, quod omne adiectiuum adiectiue tentum, est purum syncathegorema ratione officij, licet non ratione significationis, & de hoc magis visum est in summulis. Notandum est vlterius, quod adhuc duplex est terminus, scilicet connotatiuus, & absolutus, seu non connotatiuus. Vnde terminus absolutus est, qui nihil connotat, vt sunt omnes termini in prædicamento subſtantię, sicut Petrus Ioannes, homo animal &c. Sed termini connotatiui sunt qui connotãt aliquid per modum habitudinis essentialis vel accidentalis, sicut albus niger. ¶ Aduerte, quod communiter dicitur, quod etiam verum est,

Dup'ex terminus

quod

¶ Aduerte finaliter, ꝙ tot modis dr̄ pertinens repugnans, & possunt mē F bra declarari oppositō modo. Vnde pertinens est propositio, quæ habet relationem pertinentię ad obligatio nem, vel obligatū. Et hoc vel sequendo, vel repugnando, & eius oppositū est impertinēs, & est propositio, quę habet negationem illius relationis. puta quæ nec sequitur ad obligatū, nec ei repugnat aliquo ꝑdictorum quatuor modorū, & sic patet, qd sit obligatio. ¶ Notandum secundo ꝙ pro modo respondendi in obligatorijs supponit primo, ꝙ propō dicit possibilis, eo ꝙ sicut per ipsam pro nūc significatur significatione totali & ꝓpositionali, ita possibile est esse. Exemplū, vt ista, hęc est vera, homo est asinus, quia ista tota oratio, hæc est vera, homo est asinus significat istam orationem esse veram, hominem esse asinum, & ita potest esse facta noua impositio. Item Deus est & G homo est asinus conuertunt, etiam est possibilis. Similiter hęc est vera, Deus est. ¶ Aduerte ꝙ ibi semper ꝓ pōnes accipiuntur materialiter, & non personaliter, quia prędicata cōi ter in tota propositione, vt est conuerti, & esse verum, respiciunt propōnem in se, & non earum significata. Et est duplex possibile, naturaliter, & supernaturaliter. Nam ꝙ supernaturaliter est possibile, naturaliter est impossibile. ¶ Supponitur se cundo ꝙ propositio dr̄ impossibilis quia sicut per eam pro nunc significatur significatione totali & propōnali, ita ipossibile est esse, vt istæ, hō est asinus, Deus non est sunt, impossibiles. Et est propō impossibilis duplex. ¶ Quædā fm quid, vt Adā non fuit cuiusmodi est oīs propō de præ terito falsa. ¶ Alia simpliciter ꝙ im- H plicat contradictionem. Et talis adhuc est duplex, vt hēt Sco. 11. d. 1. q. 2. Quoddā enim est, ꝙ ex intellectu suo ītatim includit duo contradictoria, vt homo irrationalis, & vniuersaliter, omnis ratio in se falsa. Similiter copulatiua composita ex partibus contradicentibus, vt sortes currit & sortes non currit. Alia est propositio impossibilis, ꝙ non includit ambo contradictoria in suo intellectu nec pñt per consequētiam essentialem inferri ambo contradictoria ex eo sed tm̄ vnum infertur per cōsequentiam essentialem, & aliud per consequentiam accidentalem, & ex trinsecam, vt hō non est risibilis, sequitur vnū contradictorium per locū intrinsecum. s. ergo non est risibilis,

Pertinēs quid.

Suppō-- es aliq.

Possibile ē duplex.

Alis, sed aliud puta, hō est risibilis, nō nisi per consequentiam extrinsecā ad ly risibile. Item bene sequitur, hō nō risibilis, ergo hō est rōnalis, quia cōsequens est necessarium, & est hō ergo est rationalis. Sed alia pars contradictionis puta homo non est rōnalis non sequitur per consequentiā intrinsecam. i. quæ tenet per intrinsecam quidditatē hominis, sed solū a negatiōe posterioris ad negationē prioris. ¶ Supponitur tertio, ꝙ ꝓpō necessaria est cuius opposita est impossibilis. Et est duplex. Secundū q̄d puta ꝑterita vera, vt Adā fuit. Simpliciter, ꝙ opponitur ipossibili simpliciter. Et tale est duplex per oppositum ad impossibile. Quoddā opponitur impossibili simpliciter primo mō, vt hō est aīal rōnale. Aliud oppo B nitur impossibili scdo modo, vt hō est risibilis. ¶ Supponitur quarto, ꝙ quis pōt se obligare ad possibile, aut naturaliter, aut supnaturaliter, aut ad impossibile ſm quid, aut necessarium negādum ſm quid, aut impossibile simpliciter, ꝙ tñ non includit contradictoria in suo intellectu, aut ad necessariū negandum simpliciter ꝙ tñ nō opponitur impossibili, īcludenti duo contradictoria in suo intellectu, vt statim videbit. Supponit quinto, ꝙ oēs nostræ disputationes & rñsiones debēt accipi, ac si fierēt in eodē instāti. His suppositis, ponunt aliquæ ꝓpositiones, ad sciendū, quo modo quis debeat rñdere in obligationibus, quę valent saltem in pluribus speciebus obligationis. ¶ Prima propositio, seu regula est, omne possibile siue naturaliter, siue supernaturaliter, & omne impossibile ſm C quid, siue necessariū ſm quid, siue ponatur, siue deponatur siue dubiè ponatur à sciente ipsum esse tale, est admittendum. Probatur, quia non est maior ratio de vno possibili, q̄ de alio, sed aliqñ est oīmodo admittenda, vt patet de illa tu es Romæ, ergo quælibet de impossibili ſm quid. Etiā de necessario ſm quid, patet, qa talia simpliciter sunt possibilia, igit sunt admittenda, sicut possibilia. Sequit ex illa propōne, ꝙ pertinens repugnans obligationi, vel admissioni vel bonæ rñsioni est admittendum. Exemplū vt illa. tu non es obligatus, nihil est tibi positū tu admittis duo contradictoria, tu male respondes, tu negas obligatum cōcessum, & sic de alijs, quia oēs tales propōnes sunt simpliciter possibiles, licet aliqui vo D luerunt dicere, ꝙ non essent admittendæ. ¶ Secunda propō omnē, impossibile, ꝙ statim ex intellectu suo includit duo cōtradictoria, nō ꝑt admitti, tñ illa, q̄ ex intellectu suo vnū cōtradictoriorū includit, & aliud nō nisi per cōsequentia accidētalē, vel ꝑ locos extrinsecos, bñ vr posse admitti. Ista propositio, quantum ad secūdā partem, est contra omnes formæ doctores in hac arte, sed Sco. in 11. d. 1. q. 2. in principio, ponit illā propōnem in forma, & reputo eam esse veram. Et probatur ista propositio pro prima parte, quia admisso tali impossibili nullæ regulæ disputationis pñt sustineri, imo illico oportet cōcedere duo cōtradictoria. Scda pars probatur per locum à contradictorio, quia tali impossibili posi-

Possibile é duplex.

Q̄n̄ obligatiōib. respondē dum.

to

E to possunt adhuc sustineri regulæ disputationis, puta ꝙ non concedat duo contradictoria, ꝙ non idem affirmet & neget, ergo est admittenda cõsequentia patet per locum a cõtrario. Ideo enim aliqua positio nõ admittitur, quia ipsa admissa, non potest respondens respondere, quin immediate esset in meta. Antecedẽs probat Sco. ibidem, quia respõdens potest concedere sequens, consequẽtia essentiali, & negare repugnans. Et si inferatur repugnans, sequens per locum extrinsecum, vel cõsequẽtia accidentalis, negandum est illud sequi, quia propositio illa, per quam talis consequentia teneret destruit expositione. Ad illam probationem nota pro regula, ad respondendum positioni tali ipossibili, ꝙa postea eã
F non ponam. Exemplum regulæ posui in secunda suppositione istius notabilis. ¶Et si contra hoc arguatur ex impossibili sequitur quodlibet, vt vult Scot. in præallegato loco, & idem Scot. dist. 1. sententiarum q. 3. ergo non potest talis positio sustineri sine concessione duorum contradictoriorum, & per consequens nulla est talis admissio. ¶ Dr ex verbis Sco. in 11. dist. 1. vt supra, si bene inspicies, habes responsionem, puta, ꝙ hoc est per consequentias extrinsecas, quas pro tunc negant. Potest ẽt illa cosequentia probari, vt Scot. probat ibidem, quia Augustinus, Ricardus Aristoteles cõcesserunt tales positiones &c. ¶Ex quo sequitur declaratio illius dicti ꝙ posuit Scot. in. 8. dist. 1. q. 5. ꝙ ad impossibile, non sequitur impossibilius, ita ergo oportet sustineri tale impossibile, ꝙ non G
concedatur impossibile, concludens duo contradictoria in suo intellectu nec oportet negare necessarium oppositum tali impossibili, includente duo cõtradictoria in suo intellectu. ¶Et nota illa quę hic dixi de positione impossibilis cũ sua declaratione, quia quecũq; post hac dicã, vel quascunque regulas posuero (ne materia simul confundatur) intelligi volo de possibili, & nõ de impossibili. ¶Tertia propositio omne possibile admissum in toto tempore obligationis, ita est defendendum secũdum eum statum quo semel admissum est, vt non cõcedatur aliquod impossibile simpliciter, licet bene secundum q.d nec, vt negetur aliquod necessarium simpliciter, licet bene secũdum q.d. H
Probatur ista propositio, primo quo ad eius præsuppositum, quia omne semel admissum, quotiens iterum proponitur, in tempore obligationis est admittendum, vt patuit in diffinitionis declaratione obligationis. Sed prima pars eius probatur, quia ad possibile non sequitur necessario impossibile simpliciter, cum antecedens possit esse verum sine consequẽte. Etiam patet ex Aristotele primo priorum. ¶Sed ꝙ possit admitti im Cap. de mixtionibus.
possibile secundum quid probatur, quia potest esse pertinens sequens. Probo assumptõ, pono ꝙ in instanti primo iustificeris, & in eodem instãti ponam tibi illam tu nunquam fuisti iustus, concedenda est, quia vera. ¶ Deinde post instans, adhuc tamẽ in tempore obligationis, pono illam tu nunquam fuisti iustus, concedẽda

A da, quia ſemel conceſſa. Et ſi poſuiſſem ſecundo loco illam, tu fuiſti iuſtus, negãda eſſet ibi, igit̃ conceditur impoſſibile ſm quid in primo, & negat̃ neceſſarium ſm quid in ſecundo. Et intellige illam primã partem ꝓpoſitionis, niſi eſſet facta obligatio ad hoc, vt ſi ponerem tibi iſtã, tu concedis duo cõtradictoria, quæ eſt poſſibilis. ¶ Deinde ponerem tibi iſtam, tu concedis duo contradictoria. Vel ponere primo illam, tu concedis impoſſibile deinde iterum eandẽ. Secunda pars probatur, quia ꝓp nullum falſum oportet negare neceſſarium, nec ꝓp negationem alicuius veri non oportet negare neceſſarium ſimpliciter, licet bene ſm quid, vt dictum eſt. ¶ Quarta propo

B ſitio, ad omne impertinens eſt eodẽ modo reſpondendum in tempore obligationis, ſicut reſpondetur extra niſi eius veritas variaretur propter conceſſionẽ, vt ſi illa præponeretur poſt factam obligationẽ, tu non eſt obligatus, tunc eſſet negãda licet ſit impertinens ad obligatum, quia eius veritas eſt variata. Sed oẽ pertinens, repugnans ſaltẽ obligato, eſt negandum. Probatur prima pars, qa ꝓp obligationem non oportet varia re reſponſiones talium. Secũda pars probat quia alias concederent incõpoſſibilia, & ſic impoſſibile, quia copulatiuam compoſitam ex partibus contradicentibus, cum diſputationes debeant referri ad idem inſtãs. ¶ Quinta propõ, oẽ illud, qđ ſequit̃ ex cõceſſo, vel cõceſſis, vel ex oppoſito bñ negati, vel negatorũ ſcitũ eſſe, tale eſt concedendũ, illa propõ eſt ſa

tis declarata ſupra in primo notabili, vbi diximus de pertinẽtib. ¶ Sexta propõ, concedẽs poſſibile naturaliter, non debet propterea negare cõſequẽtias naturales, vt pono te eſſe Romę, deinde pono illã, tu non es Pariſijs, illa cõſequẽtia nõ eſt negãda, qa idẽ nõ põt eſſe in duob. locis. Sed cõcedẽs poſſibile ſupernaturaliter, põt negare cõſequentias naturales, puta pono illã, tu es Romæ, ergo non Pariſijs, ſi ponatur idem corpus in duobus locis. Similiter albedo eſt, ergo album eſt, illa conſequẽtia eſt neganda tenendo q albeo eſſet ſine ſubiecto. ¶ Septima ꝓpõ, in tpe obligationis nõ eſt incõueniẽs cõcedere falsũ, & negare ꝓpriũ actũ, imo cõcedere ſe male rndere, & concedere ſe concedere falſum, licet ſi extra tempus obligationis duceretur ad hoc, vt oporteret fateri ſe male reſpondiſſe, eſſet inconueniens, immo in Meta. illa propõ declarabit poſtea in multis exemplis. ¶ Vnde aduerte, ſiquis vult inquirere, an quis bene reſpondebat in tempore obligationis, dicat, cedat tempus obligationis, & ſic tunc poteſt oſtendere, eum malè reſpondiſſe contra propoſitiones dictas, puto vel dicendas, tunc talis eſt in Meta. ¶ Octaua propoſitio, non tenetur reſpondens arguentem certificare in tempore obligationis de omni quæſtione & caſu. Probatur proponendo, q ſorte ſolo exiſtente in ſcholis, ponat̃ ei iſta, ſortes nõ eſt in ſcholis, qua admiſſa, ponatur ipſa iſta, aliquis homo eſt in ſcholis, concedatur, quia vera & impertinens. Si tunc petatur a ſorte,

E quis est ille homo, qui est in schola istis? nō cogit sortē eū certificare, quia quocunq; alio homine ostēso, concedat falsum, & impertinens. Si seipsum ostendat, concedit contradictoriū obligati. ¶ Vnde sequit, ali quā indefinitā esse concedēdam, cuius quodlibet singulare est negandū. ¶ Secundo sequit, quod in casu vbi est concedenda, cuius quælibet singularis est negāda, vt posito q; tm̄ duo sint hoīes, puta, sortes & Plato, & taceāt, tūc ponat ista, oīs hō loquit, qua admissa, qa possibilis, ponat ista, sortes loquit negāda est, qa falsa & impertinens. Ponat ista dein de, Plato loqtur, neganda similiter, qa falsa & impertinēs. Non.n. sequi F tur, oīs hō loquitur, ergo sortes: Sed cōtra tu dicis, concedis vle, & negas quodlibet singulare, ergo male rn̄des, cōcedatur. Vel dic, q; non, quia obligatio requirit. ¶ Notandum tertio circa spēs obligationis. Vnde vna opinio est, quæ dicit, q; tantum tres sunt species obligationis, puta positio, depositio, & dubiè positio, aliæ enim puta petitio, impositio, & sit verum, ad positionem reducuntur, quia eius sunt species. Probatur illa opinio, quia tantum tres sunt status. igitur. ¶ Sed cōmuniter alij sunt in oppositum. & similiter Sco. in 39. dist. 3. in tertio art. vbi ponit petitionē, speciē distinctam cōtra positionē, & per consequens non continetur sub positione, consequentia probat a simili. Dicendū igitur, q; sex

Sex sunt spēs obligationis.

sunt species obligationis, & hoc distinguendo eas ex parte obligationis, vt videbitur, de vnaquaque suo loco. ¶ Prima species vocatur positio, quæ sic describitur, est obligatio alicuius enunciabilis, sustinendi affirmatiue. Vel clarius vt dicit Scot. in præallegato passu: Positio est species obligationis, quæ obligat respō dentium ad sustinendum, positum tanquam verum, & adde, vel tanquā possibile ex sua ratione formali. De qua specie ponuntur aliquæ propositiones. ¶ Prima, q; per illam speciem possunt admitti omnia possibilia, tanquā vera, & oīa īpossibilia, q̄ nō includūt cōtradictoria in suo primo intellectu tanq̄ possibilia ex rōne formali terminorū, sic q; ex rōne formali terminorū nō est impossibilitas, vt hō nō est risibilis, ām q; dictum est in duab. primis proponib. H præcedētis notabilis. ¶ Secunda propō, oē positū, & admissum intra tps obligationis sub forma positi ꝓpositū, est concedēdū. Patet ille propō ex dictis in primo & scdo notabilibus. ¶ Et primo soluit illud sophisma, pono tibi illā, alter istorum est risibilis, demonstrando asinum & sortē, cōcedatur, quia vera. ¶ Deinde pono illā, sortes est risibilis, concedenda, quia eadē est cū prima. ¶ Deinde pono istam, alter istorū est ribilis; si negas, negas positū, prius cōcessum, si concedis. Arguitur bene sequitur, alter istorū, puta sortes, est risibilis, & alter istorū est risibilis, sed alter istorū alius a sorte est asinus, ergo asinus est risibilis. Respondeo nō cōcedendo illam secundo propositā, alter istorū est asinus, quia tunc accipitur relatiue, & ita prius non accipiebat, quia nunc aliquid præcessit, sed

prius

A prius indefinite accipiebatur. ¶ Tertia propositio, positio est duplex. ſ. ſimplex, & compoſita. Simplex eſt, in qua ponit propō cathegorica; Et talis eſt multiplex, quæda repugnat positioni, quædā repugnat admiſſio ni, quædā his ambabus ſimul, quędā nec positioni, nec admiſſioni. Et tales dicuntur ſimpliciter poſitiones. ¶ Quædā dicunt ſimiles, quædam diſſimiles, partes patebūt. ¶ Quarta propō, oīs positio ſimplex, repugnās positioni in ſe, eſt admittenda. Aliqui illam propōnem nō concedunt. Probatur tamē quia omnis talis eſt poſſibilis, igitur. Exēplū huius propoſitionis, pono tibi illā, nihil eſt tibi positū, concedenda eſt ſm iſtam propoſitionem. Deinde pono illam, B aliquid eſt tibi positum, cum ſit oppoſitum positi, non eſt dubitāda nec concedenda, ſed neganda. Si negas, contra, poſui tibi iſtam, nihil eſt tibi positū, licet iſta eſt aliquid, ergo ſolui tibi aliquid. Rn̄deo concedendo positū, & negādo illā, aliquid eſt tibi positū, eſto ꝙ ſit pertinens, ſequens ad positionem, non tn̄ ad obligatū, & per conſequēs reputabīt pro impertinenti. Et ad probationē negatur maior, qa repugnās. Sed contra, rei veritas eſt, ꝙ aliquid eſt tibi poſitum, ſed tu negas illud verū, & nō es obligatus, qa nihil eſt tibi poſitum, ergo male reſpondes. Reſpōdetur concedendo maiorem, minorē, & totū pro tempore obligationis, cadente autē tempore obligationis, negabo minorē pro vtraque ſui parte, & per cōſequens concluſionem. Vel aliter negatur maior in tempore obligationis. Vel tertio negatur minor, cōcedēdo maiorē. Prima eſt melior, & ſecunda ſimiliter. ¶ Quinta propō, positio ſimplex, repugnās admiſſioni, eſt concedēda. Probat, cōtra aliquos in hac arte, ſicut p̄cedēs, de qua propōne ſit hoc exēplū, pono tibi iſtam, tu non es, quia poſſibilis cōcedatur. De hinc pono tibi illam, tu admittis aliquid, videtur ꝙ eam non poſſis negare, cum admiſiſti illam, tu non es. Si ergo concedis, pono tūc vltra tibi illā, tu es, quā ſi concedis, aut dubitas, igitur oppoſitum positi concedis, aut dubitas, quod tamen eſt ſecundum regulas negādū. Si negas, ergo negas ſequens ex bene conceſſo, vel ex aliquo dubio, vt bene ſequit, tu aliquid admittis, ergo tu es, ſi añs eſt conceſſum, ergo & conſequens. Si dubium ſimiliter & conſequens, & non negandum, ſed vel admittendum, vel dubitandum ergo eius oppoſitū quod eſt ipſum poſitum principale. Rn̄detur, negādo illā, tu admittis aliquid: Et ſimiliter nego, ꝙ admiſi illud positū, tu nō es, qa repugnat obligato, ſed cedente tēpore obligationis, concedo me negaſſe verū, & ꝙ illa ſit mihi poſita, ſed tūc nihil concluditur contra positū, nec male reſpondi, qa ita exigebat obligatio. Sed cōtra, ponatur tibi iſta tu es, ſi cōcedis, oppſitū poſiti ergo cōcedis. Si negas tunc, ſic bene ſequitur, tu negas, vel dubitas, ergo tu es. Reſpondetur, negando positū, ad improbationē negatur antecedens. ¶ Sexta propoſitio, positio repugnās pōni, & admiſſioni ſimul, eſt admittēda, illa ſimiliter, ſicut p̄ce-

C

D

E dentes duæ, est contra aliquos, sed probatur vt præcedẽtes, qa est possibilis, igitur. De qua propõne sit hoc exẽplũ, pono tibi illã, tu nõ es obligatus, qua admissa, cũ sit possibilis, pono de hinc tibi illã, tu es obligatus, quã si cõcedis, aut dubitas, oppositũ, igit positi cõcedis, aut dubitas: Si negas, contra, posui tibi illam, tu nõ es obligatus, & tu admisisti eã, ergo es obligatus. Rñdet, concedendo positum principale, negãdo ẽm, puta, qp sim obligatus, qa ei repugnat. Ad improbationẽ negando añs pro vtraque sui parte, prout vna sequit aliam, licet vtraque seorsum concederem, quia impertinens vera, quæ simpliciter dr̃ põ sine addito. ¶ Septima propositio, omnis positio simplex, non repugnans admissioni & F positioni simul, est admittenda, illã tenent omnes, probatur, quia possibilis est, igitur. Exemplum huius datũ est in fine primi notabilis, puta, omnis est Romę. ¶ Deinde tu es Romæ, deinde tu es hõ deinde iterum tu es Romæ, vt ibi declaratum fuit. Aliqui hic dñt admittendo illam, tu es homo, & cum infertur, ergo tu es Romæ, quod est contra prius cõcessum, dicunt qp vtraque pars copulatiuæ potest esse vera, non tamẽ cõ possibilis, & sic non sequitur cõclusio. ¶ Sed hoc est destruere oẽm modũ arguendi. Aliud exemplum, pono tibi illam, tu differs a chimera, si cõcedis, pono illã, chimera est, si negas, negas ptinens sequẽs, si cõcedis impossibile. ¶ Item ponat illa, aliqua res nõ est, si cõcedis, ponat ista, omnis res est, si concedis, concedis igitur oppositum positi, si negas vel G dubitas, igitur necessarium propter possibile negas, vel dubitas. Rñdet nõ admittẽdo posita, quia sunt impossibilia. Aliud exemplũ, poonatur tibi ista, hõ est asinus, est tibi positũ, & a te concessum, concede, nã possibile est te male respondisse. ¶ Deinde pono tibi illã, hõ est asinus, q̃ si concedis, aut dubitas, igit possibile simpliciter cõcedis, aut dubitas, propter possibile. Si negas, cõtra, illud est tibi positũ, & a te admissum, ergo est concedendũ Si tu eam negas, ergo male rñdes. Rñdet primo, concedendo penultimã consequentiã cũ añte, & consequente, sed nego minorẽ vltimę consequentiæ, puta qp ego ea negatiui, tanq̃ repugnans bonæ rñsioni, quotiens tñ tibi proponi tur, nega eã. Vel secundo dic, negan H do vltimam consequentiã s. qp ergo male respondis, concedendo pcedẽtia, quia obligatũ hoc exigit. Vel tertio concedendo ẽt vltimã consequẽtiã, sed hoc est in tpe obligationis. Aliud exẽplũ, ponat tibi ista, tantũ Deũ esse Deũ, est tibi positũ, admittatur qa possibilis. ¶ Deinde ponatur ista Deus est Deus, est tibi positũ, cõcedat quia sequens ad positũ, vt pia cẽs ad exclusiuã. Sed cõtra, Deus est Deus, est tibi positũ, ergo aliud, q̃ tãtũ Deũ esse Deũ, est tibi positũ, cõcedo cõsequẽtiã & cõsequẽs, qa sensus est, alia propõ, q̃ illa tm̃ Deus est Deus, est tibi posita, quia eius pars, vel præiacens. ¶ Sed contra, aliud q̃ tm̃ Deum esse Deũ, est tibi positum, ergo non tm̃ Deum esse Deũ, est tibi positum, consequentia probat ab ex

ponen-

A ponente ad expositam. Respondetur distinguendo consequens, vel enim accipitur ly tantum, vt facit exclusionem ad ly Deum, tunc est falsa, & non valet consequentia, & sensus est, nō tātum Deus est Deus, illa propō est tibi posita. Aut facit exclusionem ad ly positū, vt sit sensus, nō tm̄ hæc ꝓpositio, Deus est Deus, est tibi posita, & sic concedo consequentiā, & hoc non repugnat pōni, tamen potest diuersimode ſolui, & possunt fieri plures deceptiones ī hoc, ꝙ ly tantū facit exclusionē ad ly positū, vel ad ly Deum. ¶ Per hoc soluitur tale argumentū, stante prio ri positione ponatur ista, nihil aliud q̄ Deum esse Deum, est tibi positū & vltra aliud, quā Deū esse Deū, est B tibi positum. probatur, quia hæc tantum Deus est Deus, est tibi positū, & illa est alia ab ista, Deus est Deus, ergo &c. Negatur ista, aliud quam Deum esse Deū, est tibi positū, cum sua probatione. ¶ Per hoc soluit ēt illud, sit rei veritas, ꝙ sortes & plato sint Romæ, pono tibi istā, tantū alter istorū est Romæ, admittitur. ¶ Deinde ponat illa vterq; istorū est Romæ quæ est admittēda, q̄a vera & impertinēs, quia vterque istorum est alter istorū, & tunc si inferatur, ergo non tantū alter istorū est Romæ. Dicitur ꝙ si primū positū exponitur gratia possibilitatis, secundū postea non est concedendū, tanquā ei repugnans, si vero gratia alietatis, concedatur, & negabitur consequētia vltima, quia vterq; istorū est alter istorum quia accipitur, alter, indefinitè. ¶ Octaua, quādocūque propositiones pununtur esse similes, nō C faciendo mentionē de adæquato significato respondendum est ad eas, sicut extra puta negando, affirmando, vel dubitando. Sed ad primā pro pōnē esse falsam, vel verā nndeat, sicut extra, & ad secūdā, sicut ad primā. Probat illa propō ꝑ exēplū, & ꝑsuppono, ꝙ ꝓpōnes esse similes, est eas esse similes in veritate vel falsitate, hoc supposito, ponat tale exēplū. Sit rei veritas, ꝙ tu sis in Friburgo, tunc pono tibi istam, tu es in Friburgo, & tu es in Liuonia, sunt similes, concede, quia possibilis est. ¶ Deinde pono tibi illā, tu es in Friburgo, quæ nō vr esse negāda, q̄a verū & ipertinēs, non. n. sequit tu es in Friburgo, & tu es in Liuonia, sunt simi les ergo tu es in Liuonia, cū añs possit esse verū, mutatis earū sigñatis si- D ue consequente. Si igit cōcedis, contra, concedis falsum, & impertinēs, ꝙ sit impertinēs, patet. Quod sit falsum, ꝓbat, q̄a propono tibi illā, tu es in Liuonia, quā non possis cōcedere, quia falsum & impertinēs, tūc si hæc est falsa, tu es in Liuonia, ergo hæc, tu es in Friburgo. Rndetur ꝙ concedenda est illa, tu es in Friburgo, q̄a verū impertinēs, & negāda illa, tu es in Liuonia, quia falsa impertinens. Et qn̄ dr, sunt similes, verum est, & ergo si cōcederē vnā esse verā, & reliquā, si vnā falsam, & reliq̄, qn̄ igitur dicet hæc est vera, tu es in Friburgo, cōcedēdo, ergo hæc est vera, tu es in Liuonia: Nā tunc stant termini personaliter, non est tunc concedenda, sed neganda. ¶ Nona propō, qn̄ ponunt propōnes adæquatæ

E significãdo, sicut nũc significant, quarũ vna alteri cõtradictoriè repugnat, vel vna est simpliciter impossibilis, nõ est cãsus admittendus, vt sortes sedet, sortes nõ sedet: Deus est, & hõ est asinus. Sed qñ ponuntur ãdæquatè significando duas esse similes: quarum vna sequitur ad contradictoriũ alterius, tũc ambę sunt veræ, vt tibi cõcluditur, & tu nescis tibi cõcludi, sunt similes, ſm adæquatũ significatũ, qđ quodlibet nũc habet. Admisso cãsu ponat ista, tibi concluditur est verũ, & etiã ista, tu nescis tibi concludi est verũ, quia si diceres secũdã esse falsam: ergo eius oppositũ esset verũ. ſ. tu scis tibi cõcludi, & tũc bene sequitur, tu scis tibi concludi, ergo tibi concluditur. Vide qũo diuerh-
F modè esset respondendũ, si non ponerentur cum adæquato significato. ¶ Decima propõ, si ponerentur duæ propõnes ſm adæquatã significationẽ esse similes, & ex quarũ vna sequitur oppositũ alterius, tales ambæ sũt similes in falsitate, & ambæ negandæ. Sed si ponerentur propõnes similes in adæquata significatione, quæ sunt impertinentes inuicẽ, tunc possunt esse similes in veritate & falsitate, & possunt negari, vel cõcedi. Exẽplum primę partis, vt tibi concludi tur, & tu nõ scis tibi concludi, tu es albus, & tu nõ es coloratus, quæ ambæ sunt concedendę esse falsas, & negãdas. ¶ Si dicas q nõ sunt falsæ: arguit sic: ergo illa est vera, tu es albus, & sequtur, ergo es coloratus, & sic cõsequẽs erit verũ, & sic illæ duæ erunt verę, tu es coloratus, & tu nõ es coloratus. Exẽplũ secũdæ partis: tu es homo, & tu curris, si prima proponat, G & conceditur vel esse vera, ita ẽt dic de secũda. ¶ Vndecima propõ, qñcũque proponũtur duæ propõnes dissimiles esse, non dicẽdo de adęquata significatione, respõdendũ est ad eas intra tẽpus, sicut extra. Tñ ad primã propositã esse verã, respõdendũ, sicut extra tempus obligationis, & adjaliã dissimiliter. prima pars potest declarari ex octaua propositione, secunda pars patet, & pono, q istę sint dissimiles: tu es hõ, & tu es animal, vel melius: tu es in Liuonia, & es in Friburgo, concedatur. ¶ Deinde ponat̃ ista: tu es in Liuonia, est vera, nego, quia est falsa, ponatur illa, tu es in Friburgo, est verum, nego, dico q similiter est falsa, contra, est impertinens verum, dico q non, immo est H pertinens repugnans. ¶ Duodecima propositio, quãdo ponũtur duæ propositiones esse dissimiles secundum adęquatam significationem, quarũ vna cum altera conuertitur, non admittendus est casus, sed si vna est necessaria, & alia contingens vel impossibilis, necessaria est concedenda, & impossibilis, vel contingens neganda. Prima pars patet p hoc exẽplũ, homo est risibilis, & rationale est risibile, sunt dissimiles, proponat̃ tũc illa, homo est risibilis, impertinens vera: igitur concedenda: deinde rationale est risibile, si concedis, igitur non sunt dissimiles secundum adæquatam significationem, si negas, negas ergo necessarium propter verũ, & possibile: igitur casus non est admittẽdus. Secunda pars patet p hoc exẽplũ, Deus est, & hõ est asinus, ſm adę-

A adęquatã significationẽ sunt dissimiles. ¶Decima tertia propõ: si ponuntur duæ cõtingentes propositiones, secundum adæquatam significationem dissimiles, quarum vna tamen antecedit ad aliã, & nõ econtra: antecedens vbicunq; ponitur, semper est negandum, & consequens est concedẽdũ, vt tu curris & tu moueris, sed si sunt omnino impertinẽtes, ad primã respõdeatur, sicut extra, ad aliã vero dissimiliter. ¶Sequũtur nũc aliquæ propositiones de positione compositã. ¶Et primo supponitur, q̃ positionũ cõpositarũ, aliqua est copulatiua, aliqua disiũctiua, aliqua dependẽs. ¶Tũc sit prima propõ, & hoc de disiũctiua: nulla pars disiũctiuę est seqũs ad ipsam totã formaliter, licet B bene qñ vna pars est simpliciter impossibilis, altera verò possibilis, tunc possibilis sit sequens ad ipsam in cõsequentia necessaria. Prima pars patet qa ad veritatẽ disiunctiuæ, nulla pars formaliter est vera. Scd̃a pars p̃ patur, qa si tota disiũctiua est vera, oportet vnã partẽ esse verã, & impossibilis nõ põt: ergo possibilis. ¶ Ita ẽt dic, q̃ qñ disiunctiua est cõposita ex partibus, quarũ vna sequit ad aliã, tũc illa, q̃ sequitur ex alia, est pertinẽs ad disiũctiuã verã, vt tu curris, vel moueris, ly moueris est sequens ad disiũctiuã. ¶ Circa istam propositionẽ soluitur hoc sophisma, pono illã, sortes currit, vel plato disputat, conceditur quia possibilis, deinde ponat̃ ista, sortes currit, dubitanda est, sicut extra. Deinde pono illam, plato disputat, si cõcedis dubitabile impertinens, eodẽ modo si negas, si dubitas, contra, tota disiunctiua est C concessa, & prima pars est negata, ergo secunda est concedenda. Respondetur, q̃ non est inconueniens concedere disiunctiuam, & dubitare de vtraq; eius parte. Iterum ponatur illa, tu es in Liuonia, vel homo est asinus, qua concessa ponatur illa, tu es in Liuonia, quia est falsa, neganda est. Deinde illa, hõ est asinus, si negetur, ergo male tota disiunctiua est cõcessa, si concedatur, igitur impossibile propter possibile. Respõdetur, cõcedẽdo illam, tu es in Liuonia, & nego, q̃ nunc sit impertinens. Item, ponatur illa; Antichristus est vel Antichristus currit, qua admissa, pono illam; Antichristus est, videtur neganda, quia falsa & impertinens. Si concedis, proponitur iterum illa, Anti- D christus est, & tunc si negas, negas sequens, ex concessis concedendum, igitur oppositum prius negati. Respõdetur concedendo illã; Antichristus est, & dico, q̃ nunc est pertinẽs. Secũda propositio, copulatiua est cõcedenda; esto q̃ aliqua eius pars repugnet positioni. Exẽplũ, sit rei veritas, q̃ nullus currat, ponatur ista, ois homo currit, & nihil est tibi positũ, qua concessa, ponatur ista, tu non es obligatus, videtur concedẽda, quia sequens pertinens cum nihil sit tibi positum, nec es obligatus per aliam speciem. Deinde illa ponatur, omnis homo currit, si negas, igitur pertinens sequens, si cõcedis, igitur falsum concedis, non obligatus. Dico concedendo in tempore obligationis, igitur male respondeo, concedendo, sed hoc negabo extra, quia

Positio cõposita triplex.

Sophisma.

E negabo, me non fuisse obligatum.

Sophisma. ¶ Itē soluitur illud sophisma, sorte sedēte ponatur ista, sortes currit, & nulla copulatiua est tibi posita, qua cōcessa, ponat illa, sortes currit, concedēda, quia est sequens. Deinde ponatur ista, tu non es obligatus, q̄ videtur concedenda, quia nulla copulatiua est tibi posita, & nihil aliud tibi posui, q̄ copulatiuam, igitur non es obligatus, si concedis, igitur ponatur ista, sortes currit, si concedis, igitur falsum concedis non obligatus. Si negas, aut dubitas, igitur prius cōcessum negas, aut dubitas. Respondetur negando, q̄ non sis obligatus, & similiter q̄ nihil aliud tibi posui, q̄ copulatiuam, quia copulatiuā ponendo, ponitur quælibet pars. ¶ Itē ponatur ista, aliquis homo est Parisiis, & nullus alius a te est Parisiis, F qua admissa, ponitur illa, tu es Parisijs, quam videris non posse negare, quia est sequens, sequitur enim, aliquis homo est Parisijs, & nullus alius est a te, ergo tu, si concedis, igitur concedis falsum & impertinens. Respondetur negando illam, tu es Parisijs. Ad probationem dicitur, q̄ non sit sequens, quia te mortuo, antecedens potest esse verum sine consequente, puta quòd aliquis esset Parisijs, & etiam nullus alius à te, quia tunc nullus diceretur alius à te, & tamen tu non esses Parisijs. ¶ Tertia p positio, positio dependens, quæ est, quando aliquid ponitur sub conditione, potest admitti, & cōtinet sub se positionem cadentem, & renascētem. Exemplum de positione dependente in se, ponatur ista, si affirmatiue respondebis ad primum tibi posi- G tum a me, te esse regem sit tibi positum, qua cōcessa ponatur ista, tu nō es rex, quam si concedis igitur oppositum positi concedis, quia cū tūc affirmatiue respondes, ergo te esse regem est tibi positum, & tu non es rex, est eius oppositum. Si negas, negas verum & impertinens. Respondetur concedendo illam, tu non es rex, sed nego quòd affirmatiue respondeo, & similiter quod est primum mihi positum, tanquam repugnans positioni, cum prius sit illa posita: tu es rex, si affirmatiue respondes. Vel concede, te male respondere, & totum in tempore tamen obligationis. ¶ Item aliud exemplum, sortes dabit platoni denarium, si ei obuiauerit, & non aliter, & plato nō obuiabit sorti, si sortes det illi dena- H rium, quam admissa, ponatur ista, sortes dabit platoni denarium, si cōcedis: ergo plato sorti non obuiabit per secundam partem, & vltra: ergo non dabit platoni denarium. ¶ Item sortes vult comedere, si plato vult comedere, & non aliter, & plato non vult comedere, si sortes vult comedere: omnia ista non admittuntur, quia includunt cōtradictoria. ¶ Sed propositione cadente, quę scilicet cadit præter hoc, quod dicatur, cedat tempus obligationis, sit hoc exemplum, sit sortes in veritate niger, tūc pono tibi istam: sortes est albus, donec posuero aliquod tibi negandū, qua concessa, pono illam, sortes est niger, quam si negas, negas aut dubitas verum impertinens. Quod verum patet, quòd impertinens, quia

cum

A cum negas sortem esse album, non est plus tibi positum, concede igitur. Sed contra, tu concedis illam, sortes est niger: ergo nõ est aliquod tibi negandum positum, & vltra ergo sortem esse album est tibi positũ: ergo oppositum eius concedis. Respondetur negando illam, tu concedis illam, sortes est niger, quia repugnat bonæ responsioni. ¶ Sed pro positione cadente & renascẽte ponitur tale exẽplum, vnde positio dicitur cadens, & renascens, quando sine nouo signo obligatiuo, desinit esse positum, & deinde iterum sit positum, & iterum desinit, vt te negatiue respondere, sit tibi positum, quamdiu est verum, & quando non est verũ, non sit tibi positum, & quando iterũ est B verum, sit tibi positum, quo admisso pono tibi illam, tu negatiue respondes, si negas vel dubitas, negas positum cum enim dicis, nego, negatiue respondendum, & si est sic ergo est verum, te negatiue respondere, & per consequens est tibi positum. Si concedis, tunc sic arguitur. bene sequitur, tu concedis te negatiue respondere: ergo falsum est, te negatiue respondere: ergo te negatiue respondere non est tibi positum, & sic concedis falsum non obligatus. Respondetur, concedendo positum, & nego illud, quod negatiue respondeo, & nego me vltra negare. ¶ Notandũ quarto circa alias species obligationis, puta circa impositionem, depositionem, petitionem, & sit verum. Et primo dicẽdum aliquid de impositione. Vnde impositio est obligatio, qua mediante aliquod complexum vel incomplexum, complexe vel incomplexe imponitur ad significandum. ¶ Aduerte pro illa diffinitione, quòd duplex est impositio, absoluta scilicet, & dependens. Dependens, quando imponitur aliquid ad significandum rẽ, non determinatã, nec manifestam respondenti, vt impono, q, a, significet primũ proponendum a me. ¶ Absoluta est, quando imponitur ad determinatã rem significandum. Et quælibet est duplex, aut. n. fit per complexum cõgruum, aut incongruum. Item quælibet potest fieri, aut in ponendo cõplexum ad significãdum aliquod in complexũ, aut complexum. Similiter potest fieri in ponendo aliquod incomplexum ad significandum aliquod complexum vel incomplexũ, D vt videbuntur illa in exemplis. Hoc supposito ponuntur aliquæ propositiones de impositione. ¶ Prima pro positio: omne impositum, & admissum, quotiescunq; intra tempus obligationis proponitur, est concedendum, & omne impositum est impertinens siiæ impositioni. Prima pars patet. ¶ Pro secunda nota, q impositũ est oratio, vel dictio, quæ est imposita ad significandum. Sed impositio est tota oratio, qua impono aliquid, vt dicendo, impono, q homem esse asinum, significet Deum esse: tota illa oratio dicitur impositio. Sed illa: homo est asinus, est impositum, & impositio est obligatum, & non impositum. Vnde sequitur, quòd cõsequẽtia non valet, qua arguitur a terminis secundæ intentionis ad terminos primæ intentionis. Et patet,

C

Regula impositionis.

Impositio qd & quotuplex.

Et tet, qũo illæ ꝯñtię non valẽt. A significat hominem, b significat risibile: ergo a est b. Item patet qũo quidam in principio sophismatũ multum est deceptus, vbi dicit, ꝙ, a, significet oĩs homo, & similiter b, tunc hæc est vera, a est aliquid, & tamen nihil est b. Similiter b, & a, conuertuntur, & tñ, a, non est, b. nec econuerso. Sed contra secundam partem propositionis arguitur, tamen cõiter, positq̃ imposuimus aliquid, inferimus impositũ simpliciter, vt impono, ꝙ, a, significet hoĩem, tunc hęc est vera, a est risibilis. Dico ꝙ hoc est ex vsu vtẽtiũ, & qui accipiunt terminos pro significatis, pro quibus imposuerunt, sed ꝙ illis non accipitur ex rigore impositionis in propõne, absolute sumpta sine aliqua secũda intẽtione, vt homo est asinus, & nõ est formalis consequentia, a, est nomen tñ, ergo tu es a, ita neq; b. ¶ Tertia propõ, omnis propõ imposita ad significandũ, siue prius fuerit possibilis, siue non, siue necessariã cum possibili vel impossibili, non faciendo mentionem de adęquato significato, est concedẽda, & ad propositiones est respondẽdũ ꝑ se, sicut extra. Exemplum, impono ꝙ hoĩem esse asinum, significet Deũ esse, vel ꝙ illę duę cõuertantur, concesso illo, ponitur ista, Deus est, est cõcedẽda, quia vera & impertinẽs. ¶ Deinde ponatur ista, hõ est asinus, si cõcedis aut dubitas, igitur impossibile concedis, aut dubitas ꝓpter possibile. Si negas, ponatur ista, Deus est, non est illa negãda, qa semel cõcessa, & si concedatur, tũc sic, vnam conuertibilium negasti, igitur & reliquam. Respondetur, ꝙ ista propositio ita intelligitur, si quis negat vnum conuertibilium esse verũ, & reliquum, & si vnũ concedit esse falsum, & reliquũ: ita hic, concedo hoĩem esse asinũ esse verũ, quotiens tibi pręponitur negabo. Sed contra, ipsa est concedenda, quia vera, concedo, & tu eã negasti, possis cõcedere illud, vel negare. Si cõcedis, quando tũc inferretur: ergo male rñdes, nego consequentiã, quia sum obligatus. Vñ possum concedere aliquã propõnẽ esse necessariã, & tñ ipsam propositã negare, & aliquã concedere esse impossibile, ipsam tñ propositam concedam. Et consequentiã dicere esse bonã, attamen negare. Similiter dicere, aliquã nõ valere, tñ propositã concedere. Nã oẽm consequẽtiã malã negabo, quia propõ est impossibilis, & oẽm bonã cõcedã, quia necessaria, & ad impoſe & necessariũ eodẽ modo est respondendũ intra sicut extra. Exẽplũ, pono te esse in Liuonia, est propõ necessaria, cõcedat. ¶ Deinde ponatur illa, tu es in Liuonia, negãda, quia falsa & impertinẽs, cũ sim in friburgo. ¶ Itẽ pono te esse in friburgo, est impoſis propositio, qua concessa, pono illam, tu es in friburgo, concedatur, quia vera impertinens. ¶ Itẽ pono illã consequẽtiã esse necessariã, Liuoniẽses habẽt portũ maris: ergo sunt bellicosi. Deinde ꝓponat ista: Liuoniẽses sunt bellicosi, extra, dubitares igitur, & nũc ponat. Deinde Liuoniẽses habẽt portũ maris, concedatur, quia verum & impertinens. Deinde iterum illa, ipsi sunt bellicosi, si dubitas, dubitas

Error cuiusdam.

F

H

sequens,

E sequens, sequit. n. habent portũ maris, concedo, ergo bellicosi, nego cõsequentiam, sic fac exemplum de cõsequentia bona, tñ qñ ponitur, negabitur. ¶ Tertia propõ, qñ ponuntur duæ propõnes conuerti ſm adequatam significationem ipsarum, quarũ vna est necessaria, & alia impossibilis sit, quarum vna est possibilis & alia impossibilis, aut vna necessaria, alia contingens, aut ambæ sunt contingentes, vna tamen alteri contradictoriè opponit, talis casus non est admittendus, sed si sunt contingentes, non repugnantes, possunt admitti. Prima pars patet, quia ex necessario sequeretur impossibile, vt Deus est, ergo hõ est asinus. Scda pars patet, quia ex possibili sequeretur impossibile, vt tu es in friburgo, & hõ est a-
F sinus, adequatè cõuertunt, tũc pono illã, tu es in friburgo, ergo hõ est asinus. Tertia pars patet, quia ex necessario sequeretur cõtingens. Rõ in illis cõis est, quia ponũtur cõuerti ſm adæquatã significationẽ, ergo valet ſmpliciter, quia cõsequẽtia ab vno cõuertibilium ad aliã valet. Quarta pars patet quia tunc duæ contradictoriæ, essent simul veræ. ¶ Sed aljæ propõnes, q̃ repugnant, tñ pñt simul esse falsæ, pñt admitti vt tu curris, & nõ moueris, & primas voco cõtradictorie oppositas alias cõtrariè. Ad vltimã partẽ ꝓpõnis, nota ꝙ tũc oportet respondere, ad primum sicut extra ad ſm sicut ad seqũs. ¶ Quarta propõ, aliqd cõplexũ incongruũ põt imponi ad significandũ. Probatur, quia impossibile est, ꝙ ita nomẽ, vel dictio imponetur sub inflexione tali significare. Exemplum, in pono G ꝙ hõ currit significet cõuertibiliter cũ illa, Deus est qua admissa, ponat, ista hõ currit, si concedis, ergo cõcedis ipsã congruã. Si negas ponat ista, Deus est cõcedẽda est. Deinde iterũ ista, hõ currit, si negas, negas vnum conuertibilium alterũ concedendo. Rñdetur, nec negando, nec concedẽdo illã hõ currit, sicut & extra, quia non est congrua, tñ dico eam esse veram, & necessariam, & cum secũdis intentionibus eam bene concederẽ, non tñ in ſmpliciter. ¶ Quinta ꝓpõ ſ. Propõ. aliquod incomplexũ põt imponi ad significandum in complexum, & põt imponi ad significandum cõplexũ. exemplum primæ partis, impono ꝙ a significet oẽ illud ꝙ non est a quo posito propono illam, tu es a, si cõcedis, ergo a, non significat te, & per cõsequens tu non es, a, si negas, ergo a, te significat, per consequens tu es a. Rñdetur negando illã tu es a. Ad improbationẽ negat consequentia. Exẽplum secundæ partis, volo ꝙ a, significet tñ quantũ illa, Deus est qua admissa ponat illã a, si cõcedis ergo impertinens, & nõ propõnem cõcedis. si negas aut dubitas ergo dubitas illã Deus est. Respondetur, nec negãdo, nec dubitando, nec concedendo dico tamẽ quod est concedenda, & vera, & necessaria. & habens prædicatũ & subiectum sub intellectum. Ad exemplum primę partis imponatur, ꝙ a, significet in omni propositione vera asinũ, in falsa hominem, in dubia tantum, quãtum hoc complexũ (homo, vl aliud ab homine) qua posita licet multi nõ admittunt, ponatur

E tur ista homo est a, Si concedis, hoc ideo, quia impertinens vera ergo, a significat asinum, & per consequens concedis illam, homo est asinus. Si dubitas, ergo ideo quia est dubia impertinens, ergo dubitas illam, hō est homo, vel aliud ab homine, nega ergo. Contra tu negas, ergo a significat hominem ergo negas illam, hō est homo. Rñdetur concedendo primā consequentiam, sed nego vltimam consequentiam, puta, ꝙ ego nego illam, hō est homo concedo enim, ꝙ sunt conuertibilia, & ꝙ si vnum est verum, & reliquum. tñ eam ꝓpositā ego nego. Aliud exemplum, impono a significare tm̄, quātum vna istarum, rex sedet, nullus rex sedet, & te lateat, quæ istarum est vera. ¶ Deinde ponatur tibi ista, tu scis a. Si ne
F gas cōtra, scis a, esse veram, per impō nem, quia alterū istorum significat distributiue, & si concedis, ponatur deinde quælibet pars, quas oportet dubitare, ergo male concedis illam, tu scis a esse veram. Rñdetur ꝙ non est inconueniens, scire totam disiūctiuam & dubitare omnes partes. ¶ Sexta propō, impositio dependens est admittēda. Probatur per tale exēplum impono ꝙ a sit nomē tm̄, si primum tibi a me positū sit falsum, concedatur. Deinde pono illam tu es a, si concedis ergo a non significat te, & per consequens non es a, & sic male concedis. Similiter si dubitas, ergo non es a, quia a non significat te, & sic dubitas falsum impertinens, nega ergo. Sed contra, ergo est impertinens falsa concedo, ergo a significat te, concedo ergo tu es a, & nego illam consequentiam, vt prius visū G est. ¶ Septima ꝓpositio de depōne'. Depō Depositio est obligatio, vel prefixio quid. alicuius enunciabilis, ad sustiuendū ipsum negatiue. Et datur talis regula de ea. ¶ Quod omne depositū, & concessum, quotiescunq; infra tps obligationis præponitur scitum esse tale est negandum, & eius oppositū vel sequens ad eius oppositum est cō cedendū. Exēplum, de ponatur ista, aliquis hō non est in friburgo, qua admissa, ponatur ista oīs hō est in friburgo, est concedenda, quia oppositum depositi. ¶ Deinde ponatur ista tu es in friburgo, & sit veritas, ꝙ sis in liuonia, neganda est, quia falsa, & impertinens. ¶ Deinde ponatur ista tu es hō, quæ vr cōcedenda quia vera, & impertinens. Si ergo concedis, ponatur ista, tu es in friburgo, & tūc H si concedis ergo, prius negatum concedis. Si negas ergo sequens ad concessum & oppositum depositi negas. Rñdetur negando illam tu es homo quia pertinens repugnans. Alia exēpla vide per te. ¶ Octaua propositio est de petitione, quæ ſm Sco. in 39. di. 3. artic. 3. obligat ad exequendū petitū in facto. i. ad exercēdū aliquē actum supra illud, ꝙ ponitur in obligato, vel super ipsum obligatum. Ex ex duplex, quædā absoluta, & determinata. Exemplum, peto te cōcedere hominem esse asinum, cōcedatur, & ponatur ista homo est asinus, si concedis, ergo impossibile. Si r si dubitas, ergo impossibile, ꝓpter possibile, si negas, facis contra petitum. Respondetur concedendo petitum, negando positū, & nego me negare.

Defen-

A Defende omnia exempla, vt prius in alis, speciebus sunt defensa. ¶ Nona propõ, dubie põ est obligatio, ad sustinendum positum dubie. Vnde aduerte, q̃ impossibile simpliciter nõ est dubiè ponẽdum nec necessarium cũ limitatione, tamen illam, quam posui impossibili, & necessario in secundo notabili. ¶ Item indubiè positione non oportet sustinere sequens sicut obligatum, quia ad dubium bñ sequitur necessarium, q̃ non debet dubitari intra sicut extra. Exemplũ, dubie ponatur ista, antichristus est, qua concessa, concedis sequens ad antecedens per te dubium. Si dubitas, dubitas & necessario simpliciter. ¶ Item in dubie põne non oportet concedere antecedens scitum esset tale, quia tunc oporteret concedere B consequens, & sic nũ esset dubiè põ. exemplum dubie ponatur illa, aliqs homo est in friburgo, quo admisso ponatur ista tu es in scriburgo, & sit veritas, q̃ sis ibi, si negas, negas igit verum impertinẽs. ¶ Similiter si dubitas si concedis, tunc sic, tu es in friburgo, ergo aliquis homo est in friburgo. Antecedẽs est concessum, igitur & consequens, & sic males respõ C des. Respondetur dubitando illam tu es in friburgo. Et ad improbationem concedo, q̃ est impertinens, obligato tamen contra obligatum non est ei impertinens, & sic oportet hic specialiter attendere ad consequens & sic non oportet concedere antecedens. Et dubiè pono illã. Omnis homo est Romæ, quà concessa propono istam, tu es Romæ. Negatur, quia falsa & impertinens. Deinde ponatur ista, tu es homo. Si negas, vel dubitas, negas vel dubites verũ impertinens. Si concedis. ¶ Arguitur tunc sic, Omnis homo est Romæ, tu es homo ergo tu es Romę. Maior est dubia minor concessa, ergo male negas conclusionem. Respondetur dubitando illam, tu es homo, & dic q̃ D est pertinens dubiæ posito cum bene negato. ¶ Decima propositio, sit verum, est obligatio, qua obligatur respondens ad sustinendum aliquid esse verum, vt sit homo est asinus, verum. Deinde ponatur ista, homo est asinus. Nega, quia est impertinens. Exempla possunt declarari sicut in petitione, & positione.

Finis Commentariorũ Celeberrimi Viri Magistri Petri Tatareti super textum Petri Hispani, insertis tractatibus cõsequentiarũ, sophysmatum, insolubilium, & descensu: adito etiam tractatu obligatoriorum magistri Martini Molemfelt ex Liuonia, singulari diligentia, quę fuerunt recognita per Reuerendum Patrem Magistrum Saluatorem Bartolucium de Assisio Regentem in Conuentu magnæ Domus Venetiarum.

Dec. 1973

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS.

Alexander Gryphius Excudebat, Sumptibus Heredum Melchioris Sessæ.

M D L X X X.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA PAN

29773 21783

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14174

